CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXVIIII.

ITINERA HIEROSOLYMITANA

SAECVLI IIII—VIII

EX RECENSIONE

PAVLI GEYER.

PRAGAE F. TEMPSKY | VINDOBONAE F. TEMPSKY | LIPSIAE G. FREYTAG

MDCCCLXXXXVIII.

ITINERA HIEROSOLYMITANA

SAECVLI IIII—VIII

RECENSVIT
ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

PAVLVS GEYER.

PRAGAE
F. TEMPSKY

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCLXXXXVIII.

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

PRAEFATIO.

Cum abhinc duo lustra Ministerii Bauarici liberalitate mihi potestas facta esset Italiam obeundi cognoscendae antiquitatis causa, propositi mei erat cum alios codices manuscriptos tum codicem Aretinum excutere paulo ante Francisci Gamurrini uiri doctissimi indagatione e bibliothecae, in qua compluria saecula latitauerat, tenebris in lucem protractum. Woelfflinus enim praeceptor carissimus et uiua uoce et recensione editionis principis Gamurrinianae in ephemeridis, qui inscribitur *Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik, uol. IV p. 338 s.* publicata monuerat codice denuo in comparationem uocato nonnihil posse fructus capi cum ad ipsius auctoris uerba emendanda tum ad sermonis familiaris, qualis saeculo quarto exeunte Gallis in usu fuisset, proprietatem cognoscendam. Codice Aretino excusso animum aduerti ad alias terrae sanctae descriptiones; nam nonnullis aliis codicibus inspectis mihi persuaseram nouissimas editiones a Toblero et Molinerio in lucem editas non genuinam scriptorum formam, qualis ex optimis codicibus erui posset, exhibere, sed editorum arbitrio modo huius modo illius codicis auctoritatem nulla ratione aut uia sequentium saepeque temere mutantium concinnatam, immo deprauatam. Itaque negotium ab Academia litterarum Caesarea Vindobonensi mihi impositum, ut Siluiae, quae fertur, peregrinationem in hoc corpore scriptorum ecclesiasticorum latinorum edendam curarem, ita amplexus sum, ut etiam Antoninum Placentinum et Arculfum adicere statuerem, quorum ille quidem studiis Gildemeisteri non parum emendatus, sed tamen non omnibus numeris absolutus anno 1889 typis

mandatus est, hic quantopere nouo post Toblerum editore egeret, iam pridem a *Friderico Vogel* in dissertatione, quae inscribitur *De Hegesippo, qui dicitur, Iosephi interprete, Erlangae 1881,* demonstratum, nuper a Gildemeistero comprobatum est. Cum autem Arculfus pleraque ex Eucherio, qui dicitur, excerpserit, Arculfum ipsum Baeda in libello de locis sanctis exscripserit, etiam haec opuscula addere placuit. Ne autem, qui hac editione usuri essent, Itinerarium Burdigalense, Theodosium, Breuiarium desiderarent, etiam haec adiungere animum induxi, quamquam me non fugit, libelli Baedae, qui est de locis sanctis, editionem a ceteris eius operibus, Itinerarium Burdigalense ab Itinerario Antonini non facile posse separari, cuius noua editio ab O. Cuntz et W. Kubitschek praeparatur. Hieronymi epistolas, quibus de terra repromissionis agit, Vitam sanctae Paulae, epistolam ad Marcellum, epistolam ad Dardanum, ab hac editione exclusi, quoniam Hieronymi opera uniuersa in hoc corpore publicantur. Baedae libellum cum quasi in appendice addiderim satis habui praeter antiquissimos codices eos tantum adhibere, quos sine nimia difficultate adire potui, praesertim cum hic libellus satis bene traditus sit neque multis locis emendatore egeat. Petrus diaconus, qui anno 1137 libellum de locis sanctis ex diuersis auctoribus compilauit, Baedae opusculum fere totum transscripsit. Neque uero ea erat causa, cur eius libellum denuo prelo mandarem, sed quod etiam ex Siluiae peregrinatione atque adeo ex ea parte, quae in codice Arretino conseruata non est, multa in suum librum transsumpsit.

Praeter editiones singulorum scriptorum, quas suo quamque loco afferam, uelut Siluiae editionem alteram Gamurrinianam 1889, editionem Rossicam a uiro doctissimo Pomialowsky confectam, Petersburg 1889, editionem Britannicam Ioh. Bernardi, London 1891, Gildemeisteri editionem Antonini Placentini, Berlin 1889, Theodosii, Bonn 1882, editionem Rossicam Antonini a Pomialowskio publici iuris factam, Petersburg 1895, quibus omnibus quantum debeam grato animo profiteor, haec potissimum opera enumero, quibus in hac editione adornanda potissimis subsidiis usus sum:

Palaestinae descriptiones ex saeculo IV., V. et VI. Itinerarium Burdigala Hierosolymam. Peregrinatio S. Paulae. Eucherius de locis sanctis. Theodorus de situ terrae sanctae. Nach Drucken und Handschriften mit Bemerkungen herausgegeben von Titus Tobler. St. Gallen. Huber und Comp. 1869. 149 pp. 8°.

Itinera Hierosolymitana et descriptiones terrae sanctae bellis sacris anteriora et latina lingua saec. IV—IX exarata sumptibus societatis illustrandis orientis latini monumentis edidit T. Tobler. I. Geneuae typis I. G. Fick 1877. 240 pp. I 2 ediderunt Titus Tobler et Augustus Molinier, Genevae 1880. LV pp. et 241—418. 8°.

Codices manuscripti, editiones ceteraque subsidia bibliographica summa diligentia congesta sunt in opere egregio: *R. Roehricht, Bibliotheca geographica Palaestinae. Berlin 1890.*

Ipse de singularum peregrinationum codicibus manuscriptis, editionibus, fontibus, sermonis proprietatibus, corruptelis sanandis has lucubrationes edidi:

Kritische Bemerkungen zu S. Siluiae Aquitanae peregrinatio ad loca sancta von P. Geyer. Programm des Gymnasiums bei St. Anna, Augsburg 1890. 8°. 60 pp.

Kritische und sprachliche Erläuterungen zu Antonini Placentini Itinerarium. Progr. Augsburg 1892. 8°. XIV et 76 pp.

Adamnanus, Abt von Iona. I. Theil. Sein Leben. Seine Quellen. Sein Verhältnis zu Pseudo—Eucherius de locis sanctis. Seine Sprache. Progr. Augsburg 1895. 8° 47 pp.

Adamnanus. II. Theil. Die handschriftliche Ueberlieferung der Schrift de locis sanctis. Progr. Erlangen 1897. 8°. 66 pp.

Codices manuscriptos ipse plerosque contuli magnam partem eximia bibliothecariorium liberalitate Augustam Vindelicorum aut Erlangam transmissos, alios in meum usum contulerunt uiri docti M. Barnard, E. Hauler, R. Kauer, Fl. Weigel, R. Wünsch. Nonnullas emendationes ad Siluiam pertinentes mecum communicauit Max Bonnet, codicis Turicini scripturam et antiquitatem meo rogatu examinauit Schweizer-Sidler, complures Siluiae locos liberalissime pro me denuo ad codicem

Aretinum contulit Fr. Gamurrini. Quibus omnibus uiris doctis et si qui alii me opere et consilio adiuuerunt gratias ago quam maximas.

Quoniam haec de uniuersa huius editionis indole disputaui ad singulorum libellorum subsidia critica enarranda transeo.

Itinerarium Burdigalense

anno CCCXXXIII[0] ab homine Aquitano conscriptum, quoniam antiquissimam continet locorum sanctorum descriptionem, agmen ducat itinerum Hierosolymitanorum, quae hoc uolumine comprehenduntur. Codex antiquissimus et longe praestantis-
P simus est Pithoeanus, nunc Parisinus 4808 (P), quem codicem miscellaneum accuratissime descripserunt *Parthey et Pinder* editionis suae p. XIII et XXXIV, deinde *A. Riese* in praefatione ad *Geographos latinos minores, Heilbronnae 1878, p. XXXVI s.*, cf. etiam *Toblerum* in prooemio libri, qui inscribitur *Palaestinae descriptiones ex saeculo IV[0], V[0] et VI[0], St. Gallen 1869.* Est codex membranaceus saec. VIIII, pars codicis Parisini 4808, qui continet Itinerarium Burdigalense foliis septem 66[a]—77[b]; codex diligenter exaratus manum correctoris passus est ab ipso scriba diuersam et recentiorem. Fol. 72[b] EXPLICIT ITINERARIVM; sequitur: *De gentibus. Gomer in genesi* etc; adscriptum est a manu recentiore: *ex opusculis domni hieronimi.* Fol. 73[a] *De fluminibus,* 73[b] *de mensibus,* qui tractatus clauditur: *mare suan. octauus.* In linea $\frac{1}{2}+1$ eiusdem paginae uacante scriptum est: *De hierosolima relatio cuiusdam simelici sermone composita.* Fol. 74[a]—78[a] *Theodosius de locis sanctis.* Excipit in eadem pagina 78[a] sine titulo tractatus duabus columnis scriptus, cuius initium est: *In prouintiis gallicanis quae ciuitates sint.* Fol. 66—79 inter se continent et cum ab antecedentibus tum a sequentibus partibus scriptura discrepant; sunt enim reliquiae eiusdem codicis, cuius quaternio XXVI et XXVII erant, duo postrema folia abscisa sunt. Hunc codicem in meum usum contulit uir doctus Florianus Weigel.

Singulas editiones, quoniam omnes ex eodem codice fluxe-

runt, enumerare supersedere possum. Editio princeps adornata est a Pithoeo 1589. de quo libro rarissimo uide Toblerum l. c. p. 49. Multo magis uulgata erat editio Andr. Schotti, Coloniae Agrippinae 1600. quam denuo aliorum suisque adnotationibus auctam edidit *Petrus Wesseling* sub hoc titulo: '*Vetera Romanorum Itineraria, siue Antonini Augusti Itinerarium etc. Amstelaedami 1735*'. pp. 535—617. Prima editio critica cum recenti eaque accuratissima codicis Parisini collatione est: '*Itinerarium Antonini Augusti et Hierosolymitanum ex libris manu scriptis ediderunt G. Parthey et M. Pinder. Berolini 1848*'. cuius libri paginas 261—290 Itinerarium Hierosolymitanum explet.

Hac editione publici iuris facta innotuit alter codex, Veronensis 52 (V), quem detexit T. Tobler, cf. *Topographie von Jerusalem, Berlin 1853 I p. XIII*, primus a D. Detlefsen descriptum publicauit *A. Barthélémy, Revue archéologique, nouvelle série, Paris août 1864, 10, p. 99—108*. Descriptio eius inuenitur apud *Reifferscheidum, Bibliotheca patrum lat. Ital. I p. 104 ss.* Codex est membranaceus saec. VIIII uel potius X formae oblongae, longus 29, 3 cm, latus 13, 5 cm, continet folia 276 duodetricenorum uersuum. Constat ex tribus partibus ab initio separatis a diuersis manibus scriptis. Prima pars fol. 1—99 continet homilias s. Gregorii et alios sermones ecclesiasticos, altera fol. 100—225 regulam s. Benedicti, sententias Ephrem Syri aliosque tractatus, tertia fol. 226—238 Itinerarium Hierosolymitanum, fol. 238—240 notitiam prouinciarum Galliarum, fol. 240—260 epistolam Damasi papae ad s. Hieronymum eiusque responsum, denique ordinem episcoporum Romanorum usque ad Gregorium tertium (a. 731). Duo folia itinerarii excisa sunt, singuli uersus nonnulli omissi sunt, ita ut haec desint: p. 26. 1 usque ad p. 30. 8. 5, 6. 7, 17. 8, 15. 10, 15. 11, 5, 6. 11. Versa uice post p. 18. 22 *Inde Sarepta mil VIIII* in solo codice Veronensi legitur. Codicem pro me diligentissime excussit E. Hauler. V

Tertius liber manu scriptus est cod. Sangallensis 732 (S) S anno 811 exaratus, cuius accurata descriptio exstat apud

Scherrerum *Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen, Halle 1875, p. 240;* cf. etiam *Tobler, Palaestinae descriptiones p. 55 s.*, in quo p. 104—114 sub titulo: DE VIRTVTIBVS HIERVSALEM exstat pars itinerarii p. 21, 3—25, 17. 19, 25 *ciuitas nec. polim ibi est mors* (*sic*) *agar* — 21, 2.

Ad horum trium librorum fidem eam partem Itinerarii Burdigalensis, quae ad terram sanctam pertinet, edidit Toblerus in libro supra allato *Palaestinae descriptiones etc. St. Gallen 1869,* p. 1—9 cum adnotationibus p. 43—83, totum Itinerarium in *Itineribus et Descriptionibus* etc. I p. 1—26 ita tamen, ut magis rebus quam uerbis aut litteris animum intenderet. Nouam editionem Itinerarii Antonini cum Hierosolymitano promiserunt *O. Cuntz* et *W. Kubitschek,* cf. *Beiträge zur Textkritik des Itinerarium Antonini, Wiener Studien 1893 p. 260—298.*

Cum ipse Itinerarium Burdigalense denuo edidi, mei propositi erat, quid quoque loco in codicibus scriptum sit, quam accuratissime notare. Nomina locorum saepe corrupta coniecturis tentare ausus non sum; ut tamen, quid scriptor significare uoluerit, magis perspicuum fieret, eas nominum formas, quae etiam in Itinerario Antonini occurrunt, in comparationem uocaui ad paginas et uersus editionis Wesselingii. In omnibus fere rebus codicem P secutus sum; nam ut cod. S mirum quantum uitiatum omittam, ex cod. V, qui, praeterquam quod nomina locorum multo corruptiora exhibet, etiam neglegentius scriptus est, id quod ex ipsis lacunis apparet, (etiam signum S = semis, in cod. P quater seruatum in V deest), non multum fructus percipi posse ad libellum emendandum mihi persuasi. Atque primum quidem V ex eodem archetypo descendere uidetur, quo P, quod maxime patet ex p. 31, 22 ss., ubi adnotationem criticam inspicias. Eundem errorem uterque ex archetypo assumpsit 18, 24 *mutatio ad Nonum mil. IIII,* ubi *VIIII* exspectes. 6, 24 in utroque post *Mediolanum,* cum sit finis itineris, male *mansio Fluuio Frigido mil. XII* additur. Eadem menda inueniuntur in milibus, mansionibus, mutationibus colligendis. Non raro fit, ut in codice V eadem

summa quae in P efficiatur, quamquam uersus quidam desunt; uelut in V, cum uersus 5, 6 prorsus omissus sit, 5, 9 XI pro XII ponatur, tamen 7, 1 eadem summa efficitur atque in P; similiter 10, 5 idem numerus colligitur, quamquam 8, 10 numerus milium, 8, 15 totus uersus deest. Item 10, 15. 11, 6. 11 desunt; nihilo secius 11, 21 tota summa codicis V nihil differt a P.

Etiam in distantiis mansionum uel mutationum indicandis alter ab altero non raro dissonat. Omitto paruas discrepantias, quae errori scribae facile tribui possunt, uelut 14, 12 *mansio Libum mil. XI P, X V,* quamquam numero XI probato ratio congruit cum It. Ant. 140, 3, ubi inter Nicomediam et Libum XXI milia ponuntur, quae summa numeris 14, 11 X et 12 XI (P) collectis efficitur; aliis locis, uter errauerit, non facile discernas, uelut 16, 11: XVI P, XV V, quorum neutrum cum Itin. Ant. p. 144, 4 consentit; similiter 19, 19. 32, 23. Etiam his locis uterque errare uidetur 7, 21. 11, 24 *VIII* V, *VIIII* P, ubi multo maiorem numerum exspectes; similiter 14, 19. Pag. 14, 14 *ciu. Nicia mil. VIII* P, *VIIII* V; hoc numero cum antecedente, *mut. Liada mil. XII*, collecto secundum P XXI milia inter Libum et Niciam efficiuntur, secundum V XXII, cum It. Ant. p. 141, 1 XXIII milia ponantur. 16, 20 inter Tyanam et Faustinopolim in P *XII*, in V *X*, in Itin. Ant. p. 145, 3 XVIII milia numerantur. 18, 5 inter Gabalam et Laodiceam XIIII milia interesse P, XIII V, XVIII It. Ant. p. 148, 1 tradit. *Item ab Hierusalem euntibus Bethleem milia quattuor* (sic P, VI V, VII S) *super strata est monumentum Rachel* 25, 1 omnes codices refutantur auctoritate Hieronymi, qui tom. III p. 202 ed. Vallars. locum sepulcri Rachel V, Bethleem ipsam (*Onom. ed. Lagarde p. 101, 6*) VI milia passuum ab Hierosolymis abesse memoriae prodidit.

Nonnullis locis sane cod. V numeros rectius tradere uidetur: p. 30, 10 a Tarracina ad Medias X milia ponuntur, inde Appi Foro VIIII P, VIII V. It. Ant. p. 107, 5 Appi Forum et Tarracina XVIII m. p. inter se distare feruntur. 13, 1. 2 mut. Tipso a Drizupara X P (VIII V), Tunorullo a Tipso XI

P (VIII V) a se abesse traduntur; numeri codicis V collecti congruunt cum It. Ant. p. 138, 1, ubi inter Drizipara et Izirallo XVI milia numerantur. 18, 22 s. P haec exhibet: *Ciuitas Sidona mil. VIII. Ibi Helias ad uiduam ascendit et petiit sibi cybum.* Cum autem illam uiduam non Sidone, sed Sareptae fuisse constet, cod. V prorsus ad sensum interponit: *Inde Sarepta mil. VIIII.* Sed quod numerus milium inter Sidona et Tyrum hoc modo iusto maior efficitur, emendatio non archetypo, sed ingenio scribae cod. V deberi uidetur. Similiter 14, 10 summae aperte corruptae cod. P (mil. VIII) in cod. V alia (L) substituitur, quae, quamquam magis ad uerum (LII) accedit, tamen ne ipsa quidem recta est. Idem cadit in p. 19, 24, ubi numerus milium VI cod. P inter Scythopolim et Aser iusto minor, XVI cod. V maior esse uidetur. Itidem 15, 16 ubi P numerum, 15, 14 ubi totum uersum omisit, quae in cod. V supplentur, non omnino recta uidentur, cum coll. It. Ant. p. 142, 5 illo loco non XIII, sed XI, hoc non VIIII, sed XVI milia efficiantur.

Quid mihi de codice V uideatur, ut paucis comprehendam: ad eundem archetypum descendere uidetur, ad quem cod. P, cum quo aliquotiens eisdem corruptelis laborat. Nonnunquam cod. V locos aperte uitiatos emendare conatur. Multo neglegentius scriptus est quam P, quod maxime in nomina cadit, in Veronensi saepe male mulcata recentiorisque aetatis orthographiam et formam prae se ferentia. Quae cum ita sint, in textu constituendo codicis P lectiones secutus sum, ita tamen, ut, ubi mihi codicis V traditio magis arriserit, in adnotatione critica non reticuerim.

Sanctae Siluiae Peregrinatio.

Haec peregrinatio primum a Iohanne Francisco Gamurrini e bibliothecae fraternitatis s. Mariae uel laicorum Aretinae tenebris in lucem protracta est. Postquam in ephemeride, quae inscribitur *Studi e documenti di storia e diritto V (1884) p. 81 ss.* et *VI (1885) p. 145 ss.* de hoc libro a se detecto, de eius aetate et auctore disputauit, eum primo edidit hoc

titulo praefixo: *S. Hilarii tractatus de mysteriis et hymni et S. Siluiae Aquitanae peregrinatio ad loca sancta. Accedit Petri Diaconi liber de locis sanctis. Biblioteca dell' accademia storico-giuridica uol. IV. Romae 1887. 4°. 151 pp.*, quam editionem principem altera emendatior secuta est. *Studi e documenti IX (1888) p. 97—174.*

De codice ipso eiusque fatis Gamurrini fusius disputat locis allatis et in praefatione editionis principis. Codex Aretinus, in catalogo librorum manuscriptorum numero VI, 3 signatus, est membranaceus saeculo undecimo litteris langobardo-casinensibus exaratus. Altus est 26, 2 centim., latus 17, 1 centim., habet folia triginta septem in quaterniones distincta. Constat ex duabus partibus, quarum prior quindecim foliis — plura enim deperierunt — tricenorum ternorum uersuum Hilarii tractatum de mysteriis et hymnos continet, altera eadem fere aetate scripta foliis uiginti duobus (pag. 31—74) tricenorum quinorum uersuum, litteris paulo minoribus, scriptura minus diligenti, sed prioris partis simili, hanc peregrinationem, cui editor Siluiae nomen tribuit. Ne haec quidem pars integra ad nos peruenit, nam initium et finis deest, et in medio libro mutila est, pag. 59 huius editionis et p. 75 singulis foliis excisis.

Cum codex Aretinus saeculo undecimo exaratus, peregrinatio ipsa saeculo quarto exeunte (circa annum 383) conscripta sit, orthographiam non eandem esse atque auctoris ipsius consentaneum est; atque etiam uestigia quaedam exstant archetypi orthographiam processu temporum mutatam esse. In archetypo assimilatio consonarum neglecta esse uidetur; tales formae etiam in codice Aretino manserunt: *inpugnant* 63, 2. *inmorari* 44, 20 (*immorari* 45, 25. 61, 13). *inbecillitate* 40, 4 et 45, 5. *Inbomon* 83, 21. 94, 10. (*Imbomon* 86, 13. 19. 91, 29. 92, 16. 94, 16). *inpossibile* 66, 4. *inpugnant* 63, 2. *adtendunt* 66, 22 (antecedente *attendimus* 66, 20). *adtenduntur* 78, 2. *adceleratur* 93, 27. *adparuit* 59, 23 (*apparere* 37, 6. 59, 13. 63, 24) etc. Versa uice *d* assimilatur sequenti *n* in uocabulo *annotare* 75, 14. 24. 96, 20. 97, 3. *annuntiata* 82, 20. *Aggarus* pro *Abgarus* 60, 17. 62,

12. 13 etc. Sed librarius sibi non constat; sic scribitur *commemoro* 71, 24. *commoror* 37, 22. *compleo* 38, 30. 41, 10 etc. *impono* 51, 22. 55, 24. *impensus* 41, 22. *affero* 43, 26. 48, 30. Ante *d* saepius *n* pro *m* scribitur, uelut *tandiu* 44, 22. *quandiu* 49, 27. *aliquandiu* 58, 21. Ad similitudinem uerborum cum praepositionibus compositorum facta est falsa forma *Ponpeiopolin* 69, 15.

Peculiaritates in usu aspirationis partim ab ipsa Siluia, ut hoc nomine auctoris utar, profectae esse uidentur, uelut *hostium* = *ostium* 39, 28 etc. uide indicem uerborum (*ostium* 88, 28 etc. 92, 5) cf. gallice *huis*. *heremus* 46, 2. 3. 21. 47, 4 etc. cf. gallice *hermite, hermitage*. *habundans* 56, 5. 61, 21. Nota est etiam forma *hii* 63, 19. 64, 3. 6. 71, 15 et *hisdem* 84, 2. 95, 30 etc. (*isdem* 55, 8. 100, 24). *Helias* 41, 16. 17. 58, 22. 23. 59, 5 est uulgaris huius nominis forma. Saepe *h* ad duas uocales dirimendas interponitur; *Bathuhel* 66, 23. 29. 67, 1. 4. *Israhel* 37, 22. 41, 29. 43, 6 passim. *Fanuhel* 77, 26. Scriptura uariat inter *Abraam* 66. 27. 31. 67, 1. 9 et *Abraham* 65, 19. 22. 30. 66, 21. *Nahor* 67, 1, *Nachor* 67, 4, *Naor* 66, 23. 29. Falsa aspiratione scribitur *hac* pro *ac* 39, 15. 40, 8. 18. donec librarius cognito errore 42, 4 hac forma abstinuit. *heramento* 57, 11. *Helpidius* 65, 23. 25. *Hisauri* 70, 4. *Hisauria* 69, 11. 16. 18. *hiens* 56, 6. 83, 13. *hitur* 76, 26. 87, 6. *hiuit* 85, 14. *hornatus* 77, 7 (*ornatus* 77, 9). *hispatii* 53, 17 praeterea habet i prostheticum ante s impurum. Transpositio aspirationis occurrit in *Anthiocia* 60, 24. 26. 61, 1 (*Antiochia* 60, 30). *Phitona* 48, 2 (*Pithona* 47, 27). *cathecuminus* pro *catechumenus* 71, 25. 72, 25 etc. *cathecisis* pro *catechisis* 97, 24. 98, 3. 5. 8. *Tharsus* pro *Tarsus* 69, 9. 10. 11. 14. 70, 13. Aspiratio omittitur semper in uocabulis graecis: *agiu* 58, 1. *ebdomada, ebdomadarius, eortc, olesericus, ymnus, Ierusolima*, uide ind. nom. et rer. Tenuis pro aspirata inuenitur in uocabulo *coclea* 39, 12; *Tatnis* 50, 11, sed *Tathnis* 50, 12. Pro *h* nonnumquam *ch* scribitur: *Nachor* 67, 4. *nichil* 40. 6. 54, 16. 69, 24. 89, 20. *nichilominus* 59, 8. *michi* 47, 10. 56, 15. 62, 24 et saepius.

E consonis littera *m* in fine uocabulorum non raro abicitur, non solum in declinationis, sed etiam in coniugationis formis, uelut *nosse* 46, 22. 50, 14. *uenisse* 60, 8. *accedere* 69, 12; uersa uice nonnunquam falso affigitur uelut *atrium grandem* 89, 5. *quam* pro *qua* 96, 16. Idem, quod in *m* etiam in *t* cadit: *esset* pro *esse* 89, 21. *faceret* pro *facere* 60, 2. *furasset* pro *furasse* 88, 17. Raro *s* eliditur: *quale* pro *quales* 62, 20; incertum est: *de illa statua quas* pro *de illas statuas quas* 49, 10. Falso *s* additur, sed sequente *s*: *ad lucernares similiter* 75, 11.

Inter se consonae nonnumquam permutantur, uelut *b* et *v*: *lebat* 72, 14. *baluis* 95, 10. *infra annotauimus* pro *annotabimus* 75, 14. *d* et *t*: *aliquod* pro *aliquot* 50, 22. 63, 11. *aput* pro *apud* 69, 28. *illut* pro *illud* 41, 6. *di* et *z*: *baptidiare* 90, 22. 91, 24. 98, 26. *baptizare* 57, 16. 58, 15. *x* et *s*: saepius *extimare* pro *aestimare* 76, 17. 89, 26. 97, 10. 98, 25 (*estimare* 37, 18. 66, 4. 68, 1). *qu* et *c*: *in quo moditas* pro *incommoditas* 49, 1. *quooperta* 54, 22. *quod olla gomor* 57, 14. *qui* = *cui* 59, 25.

De uocalibus saepissime *e* pro *ae*, *i* pro *y* (*girus, Ierusolima, licinicon, simbolum, siriste, sirus etc.*), *cepi* et *cępi* pro *coepi* scribi ex notis criticis apparet. Cum uero *m* finale obmutescere coeperit, interdum uocabula in *um* pro *o* et in *o* pro *um* terminantur, uelut *dormito* = *dormitum* 74, 16. *locum* = *loco* 42, 29. 68, 11. *subito* = *subitum* 94, 15. *suso* = *sursum* cf. ind. uerb. *grato* = *gratum* 64, 22. *per giro* = *per girum* 38, 15. 63, 10. etc. Praeterea *e* pro *i* et *i* pro *e* et *ae* occurrit: *retinere* = *retineri* 44, 15. *aputactites* = *aputactitis* 70, 11. 81, 1. *grandis* = *grandes* 56, 10. *tractantis* = *tractantes* 77, 23. *Persi* = *Persae* 62, 29. *quę* = *qui* 84, 2.

Codex unicus huius peregrinationis Monte Casini exaratus est; quem ab Ambrosio Rastrellinio, qui 1599—1602 munere abbatis Casinensis functus monasterium s. Florae Aretinum regendum suscepit. Aretium translatum esse Gamurrini satis probabilibus causis demonstrat. Ibi eum anno 1788 uir doctus Angelo di Costanzo uidit et in hodoeporico suo commemorat,

cf. *Archivio storico per le Marche e l'Umbria, uol. II p. 557.* Illo monasterio iussu Napoleonis anno 1810 sublato hic codex cum plerisque aliis libris in bibliothecam fraternitatis s. Mariae illatus est, ubi Franciscus Gamurrini eum inuenit.

Recensionem alteram Gamurrinianam secuta est editio Rossica in scriptis societatis Rossicae Palaestinensis: *Peregrinatio ad loca sancta saeculi IV exeuntis edita, rossice uersa, notis illustrata ab Iohanne Pomialowsky. Petroburgii 1889. 312 pp. 8⁰*, in cuius usum *Cholodniak* codicem Aretinum transscripsit et p. 257 ss. non paucos locos corruptos emendauit. Editio denique Anglica publicata est paucis annis post: *Palestine Pilgrims' Text Society. The Pilgrimage of s. Silvia of Aquitania to the holy Places circa 385 A. D. Translated with introduction and notes by John H. Bernard. With an appendix by colonel Sir C. W. Wilson. London 1891, 150 pp. 8⁰*, ubi textus latinus excusus est p. 79—136. Ipse in programmate gymnasii Annaei Augustani: *Kritische Bemerkungen zu s. Siluiae Aquitanae peregrinatio ad loca sancta. Von Paulus Geyer. Augsburg 1890. 60 pp. 8⁰* de textu Siluiae emendando et de elocutione eius egi, saepeque eandem uiam ingressus sum ad locos corruptos sanandos quam Cholodniak, cuius coniecturae cum editione Pomialowskii mihi non prius innotuerunt, quam dissertatio mea iam typis exscribi coepta est. In appendice p. 51—60, quid mihi de Cholodniakii coniecturis uideatur, exposui. Alios locos emendauit *Woelfflinus*, qui de Siluiae genere dicendi egit *Archiv f. lat. Lexik. IV p. 259—76*, ego *Archiv IV p. 611—615, Sittl, J. v. Müllers Jahresberichte 1889 t. LIX p. 57 s., Du Chesne, Origines du culte chrétien;* nonnullas emendationes per litteras mecum communicauit *M. Bonnet*, cf. p. 54, 9. 94, 1. Cum compluribus locis lectiones codicis a me enotatae ab eis discreparent, quas Cholodniak affert, et quae in secunda editione Gamurrinii inueniuntur, — Cholodniak enim p. 262 eos locos congessit, quibus a secunda editione Gamurrinii dissentit — interdum dubitatio oborta est. Quoniam autem collata tabula photographica codicis, quam Gamurrini editioni priori addidit, intellexi

ne Cholodniakium quidem, quamuis accurata plerumque eius transscriptio sit, erroris immunem esse, (uelut p. 48, 1 *grandis* legit, cum in codice, ut imago photographica designat et Gamurrini legit, *gratus* exstet), ipsum Gamurrinium adii, ut causam disceptaret. Is summa humanitate petenti mihi obsecutus codicem denuo euoluit. Falso autem Cholodniak his locis Gamurrinium erroris insimulauit: 47, 19 *ioebelsefon*, non *iobelsepon* in codice est; 47, 20 *ostensus*, non *ostensum*; 49, 28 *publicus*, non *publicum*; 55, 23 *eisdem*, non *eis*; 57, 10 *contiget*, non *continget*; 63, 23 *obsedebant*, non *obsidebant*; 64, 27 *ad nos*, non *ad uos*; 65, 6 *ad ecclesiam*, non *ad ecclesia*: 68, 21 *Nam et eulogias*, non *nam eulogias*; 74, 14 *uiris aut mulieribus*, non *uiris ac mulieribus*; 75, 24 *sit*, non *fit*; 94, 25 *inde et cum*, non *inde cum*; 97, 19 *ibi non intrat tunc*, non *ibi non tunc*; 99, 22 *latini sunt, id est*, non *latini id est*; 99, 24 *grec////atini*, non *greci latini*. Alios Cholodniakii errores correxi *Krit. Bemerkungen p. 52*. Quaecumque alia de Siluiae peregrinatione scripta sunt, enumerantur in *Roehrichtii bibliotheca Palaestinae*, in editione *Pomialowskii* et in ephemeride, quae inscribitur: *Zeitschrift des deutschen Palaestinavereins, herausgeg. von Prof. Lic. Hermann Guthe, t. XV. Leipzig 1892, p. 117 ss.*

Restat, ut de titulo huius libri paucis perorem. ‚*Peregrinatio*' a Gamurrinio hic liber inscribitur, quod PE in extremo paginae tertiae angulo et in media undeseptuagesima scriptum inuenit. De tempore et loco, quo peregrinatio scripta esse uideretur, acutissime argumentatus est in praefatione editionis principis, alia Bernardus in editione sua profert; cf. etiam Woelfflinii Archiuum VIII 479 s. IX 298 ss. Peregrinationem a femina Gallica circa annum 385 scriptum esse pro certo haberi potest. Siluiam uero, sororem Rufini illius, huius libri esse auctorem mihi quidem persuaderi non potest; nam quod Palladius in historia Lausiaca de Siluia narrat, eam omnes antiquorum in scripturas sacras commentarios perlegisse, Gregorii, Stephani, Pierii, Basilii quorundamque aliorum, in eam, quae hanc peregrinationem conscripsit, cadere non potest,

cum, praeterquam quod scripturas sacras optime nouit, nullum profundioris doctrinae uestigium in eius opusculo appareat. Quid? quod linguae graecae uix mediocriter gnara fuisse uidetur, id quod probatur episcopi uerbis, qui peregrinae dicit p. 57, 29 *in hodie hic hortus aliter non appellatur graeco sermone nisi ‚cepos tu agiu iohanni', id est quod uos dicitis latine ‚hortus sancti Iohannis'*, nedum patres graecos legere potuerit. Etiam usu uocabulorum graecorum, in quibus saepe accusatiuus pro nominatiuo uel genetiuo usurpatur (uide *Eufraten, Ponpeiopolim, Ramessen, Siriae Celen, cathecisin* in indice rerum et Archiv f. lat. Lexik. IV 276), opinio eorum refutari uidetur, qui Siluiam hunc librum scripsisse arbitrantur. Nihilominus titulum ab editore principe huic libro inditum, cum sub hoc nomine peruulgatus sit, retinui eademque de causa capitulorum numeros a Pomialowskio, qui incisiones a Gamurrinio factas secutus est, indicatos non mutaui, quamquam hac ratione singula capitula longitudine ualde inter se differunt, nonnunquam etiam res dissonae in idem capitulum rediguntur, uelut in capitulo 16 et 25, ubi in medio capitulo singula folia excisa sunt.

Petrus Diaconus (a. 1137).

Petri Diaconi libellum ut in appendice post Siluiae peregrinationem edidi. Cum enim in ceteris itineribus Hierosolymitanis nulla Siluiae uestigia inueniantur, Petrus Diaconus, coenobii Casinensis bibliothecarius, cum libellum de locis sanctis e compluribus auctoribus compilaret, etiam nonnulla ex hac peregrinatione excerpsit. Opusculum suum Guibaldo abbati dedicauit, qui anno 1137 ab imperatore Lothario ad hanc dignitatem euectus non plus duobus mensibus abbatis munere functus est. Maxima pars libelli Petri e Baeda excerpta est, alia e diuersis fontibus, quos Anonymi uocabulo signaui, in his etiam Siluia, quam cum nonnunquam in antecedentibus tum continuo inde a p. 115, 13 paene ad uerbum exscribit. Hoc modo nonnulla, quae de codice Aretino deperierunt, e Petro Diacono suppleri possunt.

Codicem a Petro Diacono ipso exaratum, in bibliotheca Casi-

nensi numero 361 signatum, saeculo XV Honoratus monachus transscripsit, quod exemplar est codex Neapolitanus regius D 22. Ex his duobus codicibus Petri libellum primum a Mignio in Patrolog. t. CLXXIII p. 1115—1134 publicatum edidit comes *De Riant: Petri Casinensis dyaconi liber de locis sanctis seu descriptio terrae et totius terrae itinerarium. Neapoli 1870* et iterum *Gamurrini* in editione principe Siluiae p. 111—143, qui nonnulla, quae comitem De Riant fugerunt, melius uidit, sed etiam nonnulla omisit, uelut p. 109, 7. 114, 19. 116, 7. 117, 26. 118, 10. 119, 8. 24. 120, 5—8. 13. Ipse noua collatione codicis Casinensis usus non sum, sed editiones a De Riant et Gamurrini confectas inter se comparaui; nonnullis locis, quibus inter se dissentiunt, discrepantiam auctorum notaui, codicis Neapolitani menda et interpolationes in notis criticis repetere inutile uisum est. Neque, ut locos e Baeda excerptos exscriberem, a me impetraui, praesertim cum Petrus uitiato exemplari Baedae usus sit, uerba Baedae nonnumquam amputauerit, Baedae libellus ipse in calce huius tomi a me editus sit. Pomialowsky in editione sua Gamurrinium ad uerbum secutus est.

Eucherius.

Opusculi, cui in codicibus Eucherii episcopi nomen tribuitur, quod est de situ Hierosolymae uel Iudaeae, tres libri manu scripti exstant.

1. Codex Escorialensis R. II, 18 membranaceus saec. VIII E
foliorum 95, cuius specimen datur ab *Ewald—Loewe, Exempla scipturae Visigothicae 1883, tab. VII.* Codex ille, quem intercedente uiro doctissimo mihique amicissimo Ottone Staehlin maxima liberalitate R. Wünsch pro me contulit, est miscellaneus, neque omnes eius partes usque ad VIII. saeculum descendunt; continet autem haec: Fol. 1 *Isidorus de rerum natura.* fol. 35 *Breuiarium rerum gestarum populi Romani. Rufi Festi V. C. Agusti Valenti.* fol. 44 *Incipit qua loca tangere debeas, cum nauigare ceperis.* fol. 47 Sine titulo: *Igitur Hieronymi presbyteri succedit auctoritas.* fol. 49ᵇ Trac-

tatus historicus, cui a manu recentiore inscriptum est: *Prosper Aquitanus.* fol. 55 *Incipit de origine Gotorum a domino Isidoro editum.* fol. 56 *Oceani orientalis insulae.* fol. 59 duae columnae e codice uetustiore, lectu difficillimae. fol. 60 Geographica. Quae fol. 56 inchoata sunt, continuantur. fol. 62[b] *Nunc haereticorum sententias opinionesque.* fol. 66 Palimpsestus lectu difficilis. fol. 67 Geographica. fol. 83 *Incipit sermo s. Ambrosii episcopi de pace.* fol. 84[b] *Incipit tractatus s. Augustini.* fol. 87 *A + Ω. In nomine domini nostri Iesu Christi. Incipit opusculum sancti Eucherii episcopi de situ Hierosolimae uel Iudae. Faustino presbytero insulano Eucherius episcopus.* fol. 89[b] *Iheronymus ad Aculciam.* fol. 91 Palimpsestus. fol. 92 *Incipit indiculum de aduentum Henoc.* fol. 95 *Inuentarium librorum anni CMXX.*

P 2. Codex Parisinus bibl. nat. lat. 13348 membranaceus s. VIII, 21 × 15 centim., (scriptura 15 × 11 centim.), uicenas habet lineas in singulis paginis. Continet haec: fol. 1 *Liber s. Hieronymi in Genesim seu quaestiones in Genesim.* fol. 43 *De locis hebraicis auctore b. Hieronymo.* fol. 64 *Eucherii episcopi epistola ad Faustum.* fol. 69[b] *Epistola ad Niceam hypodiaconum Aquilegia auctore b. Hieronymo.* fol. 72 *Eiusdem ad Castorinam materteram.* fol. 72[b] *Ad Euangelum presbyterum de Melchisedech.* fol. 78 *Constantina Augusta et Damasi uersus.* fol. 78[b] *Dicta cuiusdam sapientis.* fol. 89 *S. Ephrem seu Efrem de fine mundi.* fol. 93[b] *S. Methodii Paterensis episcopi de consummatione saeculi interprete Petro monacho.* Contulit pro me uir doctus Spout.

V 3. Codex Vaticanus 636 A in folio membranaceus saec. XIII, quem ipse Romae excussi, constat ex duabus partibus Vat. 636 et 636 A, altera 75, altera 52 foliorum, eadem manu nitide bipertitis paginis scriptus est, tituli et subscriptiones sunt rubra. Illae duae partes iam ab initio coniunctae erant, posteriore aetate a conglutinatore inter utrumque codicem quinque folia inserta sunt. Continet autem haec: fol. 1—71 *Liber uenerabilis Baedae. de tabernaculo sedis.* [fol. 72 uacat. fol. 73 b *Versus de s. Maria.* fol. 74 *De Politico* (fragmentum

mirabiliorum urbis Romae). fol. 75 *Liber s. Mariae de Esrom*]. — Vat. 636 A: fol. 72—78 b *Beda de locis sanctis.* fol. 79 a —99 b *Liber Adamnani de situ Hierusalem.* fol. 99 b—107 a *Relatio beati Antonini martyris de locis transmarinis sacris.* fol. 107 a—109 b *Incipit epistola Eucherii episcopi ad Faustum* (sic) *presbyterum.* fol. 109 b *Explicit epistola de situ terrae repromissionis Eucherii episcopi ad Faustinum* (sic) *priminsulanum. Ex libro Gregorii Turonensis episcopi primo de miraculis sanctorum quaedam excerpta.* fol. 122 b—123 b *Versus Bedae de dii iudicii.*

Alterius generis librorum unicum specimen est codex E, qui plerumque textum meliorem praebet, ab altera parte stant P et V, quorum consensus statim hac lacuna cernitur p. 126, 6, ubi uerba desunt: *a septentrione ingressis,* quae confirmantur a Baeda epitomatore p. 303, 20, quo in comparationem uocato etiam apparet p. 126, 6 interpunctione mutata legendum esse: *Ingressis a septentrionali parte urbem primum de locis sanctis* etc. Quare quoniam haec omissio soli librariorum culpae tribuenda est, nihil inde argumenti repeti potest, non Eucherium, quem uocant, a Baeda exscriptum esse, sed uersa uice hunc libellum e Baeda excerptum esse, nec magis ex uocabulo *nuper* p. 126, 10 in PV omisso, ut feci in programmate gymnasii Augustani 1895 p. 25, cum mihi collatio codicis E nondum suppeteret. Alia exempla consensus codicum P et V sunt haec: 125, 3 *uel relatione*] *uel* om. PV; *cognitus*] *agnitus*; 125, 6 *decus et praesidium meum*] PV om. E; 11 *est*] om. PV; 14 *planitie*] *planiciem*; 126, 2 *fertur*] *ut fertur* etc. Atque tantus est consensus, ut V ex ipso P descriptum esse putaueris, nisi quod quaedam in P uitiose tradita librarius codicis V emendare conatus est; uelut 127, 21 *exornatu* P, *exornato* non minus perperam V; 128, 17 in exemplari codicis V iam *erom* pro *erumpens* exstitisse uidetur, quod, quoniam sensu caret, librarius omisit. Alii loci, quibus V uitiatam exemplaris lectionem emendare conatus est, sunt 126, 20 *a fundamenta* P, *ad fundamenta* V; 127, 2 *tenditur uicina templi* P, *ostenditur in uicinia templi* V; me-

liore fortuna usus est emendator, ubi peruersam lectionem cod. P 127, 3 *apparit ut signis* recte mutauit in *apparet insignis*.

Itaque cum codex V ad textum emendandum nihil praebeat subsidii, satis uisum est lectiones eius usque ad p. 128, 20 notare. Reliqua pars epistolae, cum ex epistola Hieronymi ad Dardanum et Heges. l. III c. 16 p. 181—184, 70 compilata sit, hi auctores ipsi sufficiunt ad textum codicibus E et P traditum emendandum.

Editio princeps huius libelli adornata est a Labbeo, *Noua bibliotheca manuscriptorum librorum, Parisiis 1657, tom. I p. 665—67*, sub hoc titulo: *Epistola Eucherii episcopi ad Faustum presbyterum. Ex codice Vaticano Bedae de tabernaculo cum seqq. mutuatus est iam olim R. P. Iacobus Sirmondus, nos ex eius apographo descripsimus.* E codice P apud Toblerum-Molinierum p. LIV—LV nonnullae lectiones selectae afferuntur. Ipse primus praeter P etiam E adhibui. Cum prius existimarem hunc libellum a monacho quodam Britanno e Baedae libello, Hegesippo, Hieronymo conscriptum esse (cf. Adamnanus I p. 18 ss.), sententia mea labefactata est, cum mihi meliores codicis Escorialensis lectiones innotuissent; etiam Furrer uir doctissimus, *Theolog. Litteraturzeitung 1896* p. 472 ss., nonnulla notatu digna contra illam sententiam protulit. Itaque mihi non licere existimabam hunc libellum ex itinerum Hierosolymitanorum corpore excludere.

Theodosius (circa a. 530).

De codicibus libelli, qui *Theodosius de situ terrae sanctae* inscribi solet, accuratissime egit Gildemeister, cuius hic uestigiis insisto, in praefatione editioni suae praemissa: *Theodosius de situ terrae sanctae im echten Text und der Breuiarius de Hierosolyma vervollständigt herausgegeben von Dr. I. Gildemeister, Prof. in Bonn. Bonn 1882.* Nomen Theodosii non nisi in codice Vaticano saec. IX et apud Geruasium Tilberiensem inuenitur, qui in opere, quod uocatur *Otia Imperialia*, anno 1211 conscripto etiam compendium geographicum compilauit, in quod hoc quoque opusculum recepit. E Geruasio,

cuius liber a Leibnitzio, *Scriptores rerum Brunsuic. 1707, I p. 948 ss.*, editus est, manauit codex Londin. Mus. Brit. Cotton. Titus D III 8⁰. fol. 68; qui quia inscriptus est: *De situ terre sancte secundum theod' et de uia filiorum Israel*, cum in ceteris codicibus titulus desit, Toblerus nomen abbreuiatum primum expleuit Theodericus (1865), deinde Theodorus (1869), in Itineribus uero (1879) Theodosius.

Libros manuscriptos Gildemeister recte in duo genera diuisit. Ceteris ut antiquitate ita integritate praestat codex olim Pithoeanus, nunc bibliothecae nationalis Parisiensis 4808, P quem accuratissime typis expressit *Anatole de Barthélemy, Revue archéologique nouvelle série X p. 108—112;* fuit quondam uiri docti Pithoei, deinde in bibliothecam Colberti deuenit, exaratus est saeculo nono, nunc cum uariis tractatibus, in his et itinerario Burdigalensi (cf. p. IV), conglutinatus est. Denuo cum textu Barthelemii contulit Florianus Weigel.

Huic maxime cognatus est codex Haganus n. 165, fol. H 126—134, saeculi VIII, olim abbatiae Bertinianae, quem typis exscripsit Tobler, Itinera p. 360—360 ***; desinit p. 143, 10 huius editionis. In eadem codicis pagina sequuntur Baepae quaestiones in lib. reg. IV p. 133 ed. Colon. 1688.

Eiusdem familiae est etiam codex Vaticanus 6018 saeculi V IX, qui pertinet usque ad p. 144, 15; ultima uerba sunt: *In ipsa prouincia est ciuitas Sebastia, ubi sunt martiros XL.* Sequitur haec clausula: *Hec est mensura uel sapientia partibus orientalis. Explicit.* Ut subscriptionem ita etiam titulum habet: *In nomine domini dei summi incipit expositio ciuitatis Hierusalem uel rebus eius, dicta Theodosii archidiaconi de partibus orientis per terminium.* In medio maiorem lacunam exhibet, inde a p. 141, 12 *ad quam domnus Christus* usque ad p. 143, 10 *aquam ibi in cisternas habent.* Quae ratio inter hunc et ceteros codices intercedat, Gildemeister non indicat. Eum eidem familiae cui P et H adnumerandum esse compluribus locis euincitur, quibus codices aperte in duos ordines discedunt. P. 143, 14 *omnes in barcas ascendunt* P, *ascendunt in barcas* V, cum altera familia, cuius optimus testis codex

Guelferbytanus (G) est, habeat: *omnes per barcas ueniunt.* 143, 15 consentit V cum P: *maris desiccat milia sex* contra G: *recedit maris per milia sex*: itidem res se habet in uersu sequente: *tenduntur super se papiliones* PV, *super extenditur tentorius* G. 143, 18 *daemonia excluduntur* PV, *daemonia expelluntur* G. 138, 16 *ubi requiescit s. Zacharias* HV; uerbum omisit P, secunda manu ex coniectura additum est *iacet*, quod G exhibet.

Quamquam autem in hac editione codicibus prioris familiae ducibus et fundamentis usus sum, tamen a me non impetraui, ut apparatum criticum lectionibus uariantibus codicis V onerarem, cum temerariis interpolationibus, transpositionibus, mutationibus abundet. Exempla talium additamentorum sunt p. 138, 7, ubi ante *Ior et Dan* inseritur *hoc est*, 138, 11 post *Mariosa* additur *nam in ebraica lingua Vironicia dicunt*, post *electrina* additur *quae in Esaia dicitur*. Quid? quod post p. 143, 10 tota periodus adiungitur: *De fine terminium Hierusalem usque in Betleem, qui interpretatur domus panis, ubi Herodes fuit rex, miliaria sunt VI.* Verba autem, quae leguntur p. 143, 18 ss. *Si quis uero de uexaticis ad ipsam anchoram attingere potuerit et eam tetigerit, statim liberatur* interpolator iste hoc modo mutauit: *si qui deuexati fuerint, qui ueniunt, et tangere potuerit uel obsculare, mox et de presente saluantur*: p. 144, 3 ss. *et omnes, qui ibi manebant, homines pares suos comedebant; nam modo tanta misericordia ibi est, ut ad stratas sedeant per peregrinos suscipiendos* ita mulcata sunt: *et omnes manebant cum pares suos illic. Nam modo—peregrinis suscipiendis: quod die noctuque domino laudes referunt.* Cui usui est lectiones uarias librarii enotare, qui tam temere uerba exemplaris sui mutat: 137, 2 *porta Beniamin exiens ad Iordanem*] *p. B. a Iordane habens finem?* — p. 137, 15 ex corrupto nomine *cynopolim* fecit *nicopoli*: pro *martyrizatus est* scripsit *martyrium suscepit*, altera familia habet *passus est*. 138, 20 *ubi Olofernis mortuus est*] *ubi Iudeus occisus est*. 139, 11 *Diocaesarea*] *alia Caesarea*; 139, 14 pro corrupto *syce taburi* habet *ciuitate Guria*. Luculentissimum

interpolationis exemplum praebet 144. 9: *unum* (monasterium) *est religionis Wandalorum et aliud Romanorum*) *unum religiosarum ancillarum dei et alium est monachorum.*

Optimum alterius familiae exemplum est codex Guelferbytanus (Weißenburg 99) p. 144—151 saec. IX. Desinit p. 149. 9 cum uocabulo *propter* uno folio abscisso. Accuratissimam huius codicis collationem ab Ottone de Heinemann illius bibliothecae praefecto confectam publicauit Molinier Itin. p. XXIV, qua etiam in hac recensione usus sum. G

Simili affinitatis uinculo. atque V cum PH cohaeret. codex W cum G coniunctus est. nisi quod interpolationes codicis W etiam multo magis temerariae sunt. Hunc codicem Wessobrunnensem, nunc bibliothecae regiae Monacensis 22053. s. IX. totum typis descriptum inuenis apud Toblerum-Molinerium p. 353—59. Hic titulus praefixus est: *Incipit <nume>rus in militarum* (leg. *miliarium*), *ubi Dominus pedibus ambulauit. De locis sanctis.* Hic codex textum multis locis decurtatum et in angustius contractum praebet et compluribus lacunis foedatus est, quarum maxima a p. 144, 7 usque ad p. 144. 23 *inrigat omnem terram Aethiopiae* pertinet: desinit p. 149. 19. Statim ipsum initium idoneum est. ex quo cognoscatur. quomodo interpolator iste Theodosii uerba tractauerit. Cum Theodosius recte sex portas urbis Hierusalem enumeret, librarius codicis W Apocalypsim 21, 12 s. imitatus de duodecim portis hariolatur, trinis a singulis caeli plagis, cum scribit: *Ciuitas Hierusalem habet portas XII. Parte orientis porte III. parte meridianae porte III, parte occidentis porte III, parte aquilonis porte III, et inter porta et porta milia trea.* Ad p. 137, 5 *de manu sua arauit* addit: *et seminauit et ibi est monasterium, et in ipso monasterio CCC monachi, qui possident agrum illum, et ipse ager in anno tertio fructum dat, et singuli fructi VIII modios dant.* P. 137. 10 hoc modo amplificauit: *In qua Iacob somnium uidit scalam ad caelum iunctam, per quam ascendebant angeli et discendebant, et dominus incumbebat in cacumine eius. et ibi uouit Iacob uotum domino dicens: De omnibus, que dederis mihi, decimas decimabo tibi.* W

Eiusmodi additamenta spuria sunt praeterea ad p. 137, 14 *decollatus est*] *in carcerem*; ad p. 138, 4 *Ibi dominus puerum centurionis sanauit*; p. 138, 8 tali modo uariatur et augetur: *et subtus ciuitatem congregant se in unum et ex ipso loco uocatur Iordanis fluuius usque ad locum, ubi intrat in mare mortua*; p. 139, 14 post *milia V* additur *ubi natus est Ioseph sponsus beate Marie uirginis*; ad p. 139, 15: *piscantibus in mari*; p. 140, 5 s. taliter deformata sunt: *Deinde usque ad domum Zachariae patris Iohannis baptistae et matris sei* (sic!) *Elisabeth mil. I;* p. 140, 7 pro *Hieremias propheta* scribitur: *sanctus Hieronimus presbiter.* Nota etiam interpolationem p. 145, 18 *fluxerunt aquae et ipse uocatur torrentis.* Mirum in modum sensum sequentis periodi turbauit *et ibi nascitur dactalus et exinde usque ad Nicolaum maior est mil. XII.* Se ipsum autem superare uidetur interpolator iste p. 145, 24, ubi post *Iohannis baptistae* sic pergit: *Ibi est monasteria monachorum, et quando monachus exiturus erit, ter ex flumine Iordanis exiet aqua et mittit in ecclesia sancti Iohannis, et ibi monachi senos solidus pro sepultura dant.* Hanc enumerationem claudam hoc exemplo; p. 148, 8 sic legitur: *De Hierusalem in Luza XII mil. Et ibi Alexander magnus Macido mensurauit altitudinem caeli, profunditatem maris.* Sed sat superque in his ineptiis temerarii interpolatoris uersatus sum, quarum maiorem numerum ideo enumeraui, ne quis mihi crimini daret, quod uarias lectiones huius antiquissimi codicis ex apparatu critico exclusi. Accedit, quod librarius exemplari usus est codici G simillimo, uelut p. 137, 16 *martyrizatus est*] *passus est* GW; item p. 138, 1 *fontes*] *fontanas*; p. 139, 1 *Silona*] *sydonia*; p. 139, 2 *Emmaus*] *inmau* G *inmaus* W; p. 139, 17 *terebintum*] *tereuetitu* G *terrauetitu* W; p. 145, 19 *habet*] *nascitur.*

E recentioribus codicibus tres ad hanc familiam pertinent
B, C, E inter se artissime cohaerentes: B = reg. Christ. 554 s. XII, C = reg. Christ. 630 s. XIII, E = Paris. bibl. national. lat. 4892 in fol. s. XII. Maxime notabiles lectiones horum codicum inueniuntur apud Toblerum, Itin. p. 81—88***. Totum opusculum antecedit praefatio, quae nusquam nisi in his tribus

libris inuenitur, quae sic orditur: *Melchisedech sacerdos Dei et rex Salem, quem adfirmant Sem esse filium Noe,* et terminatur: *Inde habet initium iste liber, quia finis maxime sermonem inde iterum habebit.* Quae in hoc prooemio continentur, pleraque ex Hegesippo uel potius Eucherio excerpta sunt, uelut p. 81, 13 ss. ed. Tobler-Molinier: *Inicium longitudinis eius a uico Arpha usque ad uicum Iuliadem porrigitur, in quo Iudeorum pariter ac Tiriorum communis habitatio est* = Eucher. p. 134, 4—6. P. 81, 15 ss.: *Latitudo autem eius a monte Libani usque ad Tiberiadis lacum extenditur* = Eucher. p. 134, 1—4. Cum eis, quae sequuntur p. 81, 16 ss.: *In medio autem Iudaeae ciuitas Iherosolima est, quasi umbilicus regionis tocius* etc. comparanda sunt Eucher. p. 133, 2—11. Alia ex Hieronymo deprompta esse uidentur, uelut p. 81, 5 *Salem quidam putant esse Ierusalem* ex Hieron., Onom. sacra ed. Lagarde p. 132, 12: *hanc esse Iosephus refert, quae in Genesi scribitur Salem sub rege Melchisedec,* quo loco etiam Hierosolyma a Iebusaeis condita et Cananaei a Iudaeis expulsi esse traduntur. Huius librorum generis proprium est, quod milia saepius in leugas conuersa sunt; deinde p. 149, 20 hoc additamentum exstat: *Inuentio s. crucis, quando inuenta est ab Helena matre Constantini <VI nonas mai; exaltatio sanctae crucis> VIII Kal. octobris.* Horum librorum, qui recentissimus esse uidetur, C, plerisque lacunis sordidatus est, etiam eis locis, quibus B et E integri sunt, uelut p. 137, 18 *ubi domna* — p. 138, 1 *usque ad* deest; item p. 140, 5 *De Hierusalem* — p. 140, 6 *milia* V; p. 144, 13 *qui mulsit* — *Mercurius martyr.* Etiam in aliis rebus E et B a codice C dissentiunt; exempli gratia in praefatione *per omnia saecula* C, *per saecula saeculorum* BE; p. 146, 1 *pro Iordane* C, *pro redundacione Iordanis* BE; p. 146, 23 *monticelli* C, *montes Celsi* BE; p. 147, 14 *missas celebrant* C, BE addunt *annuatim*; p. 148, 11 *compendiaria*] *compenzaria* BEG; p. 149, 1 *reuocatus* C, *reuolutum* BE; p. 149, 5 *recepit*] *recipit* BE.

Qui codices cum in plerisque lectionibus cum G congruant (p. 140, 1 eandem lacunam habent, quam GW *ubi requie-*

scunt usque ad *duplice*) in adnotatione critica eorum con-
b sensum (b) inde a p. 149, 9, ubi G desinit, notaui ad huius familiae imaginem explendam.

S Restat, ut explicem, cur codicis Sangallensis 732 anno DCCCXI scripti, quamuis aetate uenerabilis, lectiones in notis criticis silentio praeterierim; de quo libro conferas Gildemeisterum l. c. p. 7. Continet legem Alamannorum et assumptionem beatae Mariae, quam excipiunt excerpta quaedam ex Theodosio: p. 137, 1—14. 137, 16—138, 14. 140, 5 s. 8 s. 140, 12—141, 4. Sequitur Breuiarius, quem uocant, hoc titulo praefixo: *De doctrina, quod est in sancta Hierusalem*, deinde fragmentum Itinerarii Burdigalensis p. 19, 25—21, 2, (cf. p. V), cui annectitur Theodosius p. 144, 21—145, 2. 147, 20—24 et, quamuis ualde interpolatus, locus de septem dormientibus p. 148, 1—6, denique sub titulo *De uirtutibus Hierusalem* alterum fragmentum Itinerarii Burdigalensis p. 21, 3—25, 17. Loco illo p. 148, 1 ss. uerba *ad pedes—Quiriacus* desunt, sed post *Felicitas* haec adduntur: *Et in spelunca montis celen: Ibi requiescunt corpora sanctorum, id sunt: Maximianus, Martirianus, Dionisius, Iohannes, Seraphion et Constantio, qui martyres facti sunt in ciuitate Epheso regnantem Decii imperatoris. In tempore illo, quod manifestati sunt, inuenerunt, quod habuerunt CCCLXXII annos in tempore Maximiano imperatore cum sanctorum corpora resurrexissent. Et amplexus est Maximianus imperator sanctos illos et omnes uidentes inclinantes capita sua dormierunt. Deo gratias.* Non facile est hoc excerptum ad alterum utrum codicum genus referre, praesertim cum multa ad arbitrium mutata uel omissa sint, uelut p. 137, 7 *ibi erat—in qua Bethsaida* 137, 9. 137, 14 *Cappadocia* legitur pro *Sebastea;* 138, 4 *Bethania* pro *Bethsaida.* 137, 14 post *decollatus est* additur: *ab Herode*, similiter 138, 6 *De Bethsaida usque in Paniada* corrumpitur *de Beniamin usque in Pannonia.* 140, 5 *ubi habitauit sancta Elisabeth* male interpolatur *ubi salutauit sancta Maria Elisabeth.* Cum 138, 12 *Liberius* S, *Libarius* G pro *Libanus,* 140, 9 *suscitauit* GWS pro *resuscitauit* magis cum secunda familia facere ui-

deatur. certiora uestigia exstant, quibus appareat codicem S artiore cognationis uinculo cum codicibus prioris stirpis PH contineri, uelut 138, 8 *coniungunt* PH, *coniunguntur* S, at uerbum simplex *iungit, iungunt* ceteri, in quibus Gb; 138, 1 et 3 *fontes—fontanas* GbW; 138, 9 *Iordanis* HPS — *Iordanem* G cum ceteris; 144, 21 *flumina duo* PS — *duo flumina* Gb; 145, 1 *perrexit* PS — *pergit* GbW. Quibus de causis recte mihi uideor iudicare, librarium codicis S exemplari eiusdem stirpis usum esse, ex qua HP emanauerunt.

Hoc opusculum non ab initio uniuersa capitula 32 amplexum esse, quae in hac editione exscribuntur, sed paulatim additamentis auctum esse primo obtutu patet. Neque casu factum esse uidetur, ut codex H cum capitulo 11 desinat: nam deinceps ordo saepe interpolationibus et additamentis turbatus est. Ille quidem uir doctus, qui editiones a Gildemeistero et Pomialowskio confectas recensuit, *Litterarisches Centralblatt 1892 p. 928*, iam caput 9 posteriore aetate ad uerba p. 140, 9—12 amplificanda, similiter caput 11 ad caput 9 (p. 142, 8) augendum et illustrandum in margine additum et ad suum utrumque locum transponendum esse censet. Quod quamquam aliquam speciem ueri prae se ferre non nego, tamen a transpositionibus abstinendum esse censui. Nam ipsum capituli 9 initium *Sanctus Iacobus—praecipitatus est* hoc capitulum ex antecedente capitulo 8 *Sanctus Stephanus foras porta Galilaeae lapidatus est* pendere docet. Quae uero sequuntur p. 142, 1 ss. *Piscina Siloe a lacu, ubi missus est Hieremias propheta, habet passus numero C* etc. continuantur eis, quae p. 141, 11 traduntur *iuxta se missus est sanctus Hieremias in lacum*. Etiam quae p. 142, 3 traduntur *De domo Pilati usque ad piscinam probaticam passus plus minus numero C* nexa sunt ex p. 141, 10, ubi praetorium Pilati commemoratur, et apte p. 142, 5 de piscina probatica agitur, cum paulo ante p. 142, 1 piscinae Siloe mentio facta sit. Similiter quae de morte Iacobi et Stephani narrantur, ipsa similitudine martyrii inter se cohaerent, ita ut, quae p. 141, 18 ss. et 142, 7 ss. traduntur, inter se apta colligataque uideantur. S. Iacobus de pinna

templi praecipitatus est; sepultus est in monte Olivieti, cui uallis Iosaphat adiacet, qua descripta scriptor reuertitur, unde egressus est, ad pinnam templi, cuius mentio p. 142, 8 inciderat, cum p. 143, 4 pergit *A pinna templi subtus est monasterium de castas*. Quibus de causis ordinem rerum in codicibus traditum mutare non sum ausus. Etiam in eis, quae sequuntur, quamquam series et contextus rerum non semel interrumpitur, a transpositionibus abstinui. Quamquam enim nonnulla mera additamenta marginalia ad ea, quae antecedunt, uidentur esse, tamen plerumque etiam inter se uinculo quodam continentur, quo ea diuellere prohibemur. Velut quae in posteriore parte capituli 23 inde a pagina 147, 10 de resuscitatione Lazari traduntur, primo obtutu ad p. 140, 9 ss. reuocanda uidentur, sed tamen a priore capituli parte non possunt seiungi. Quoniam enim in illa de iuuene ab Helia ad uitam reuocato mentio facta est, facilis est transitus ad Lazarum a Domino resuscitatum.

Breuiarius de Hierosolyma (saec. VI)
inscribi solet breuis descriptiuncula locorum Hierosolymis sanctorum libello Baedae de locis sanctis annexa in codice
A Ambrosiano M 79 sup. (A) saec. XII, fol. 44ª—44ᵇ, cf. Gildemeisteri praefationem ad Theodosium p. 12, in quo libello Gildemeisterus Breuiarum edidit p. 33 s. ad fidem exemplaris accuratissime a uiro doctissimo Ceriani transscripti. Eiusdem descriptiunculae contractior forma inuenitur in codice Sangallensi 732 (S), quem supra p. V et p. XXIV descripsi. Gildemeisterus codices A et S inter se contaminauit; ipse codicis A auctoritatem secutus codicis S lectiones in adnotatione critica attuli.

Antoninus Placentinus (circa a. 570).

Itinerarii, quod falso Antonini Placentini nomine fertur, — nam id non ab ipso Antonino, sed ab uno e comitibus eius scriptum esse ex ipso initio apparet — codices omnes enumerauit, descripsit, in tres classes digessit uir de Antonino

emendando omnium optime meritus, Iohannes Gildemeister, in praefatione editionis suae, quam inscripsit: *Antonini Placentini Itinerarium im unentstellten Text mit deutscher Uebersetzung herausgegeben von Dr. I. Gildemeister, Prof. in Bonn. Berlin. H. Reuther 1889.* Cuius quoniam uestigiis insistens ipse de Antonino emendando prolixius egi in programmate gymnasii Annaei Augustani 1892, hic ea tantum, quae notatu dignissima uidentur, breuiter comprehendam.

In textu constituendo his potissimum codicibus usus sum: Codice bibliothecae sancti Galli Nr. 133 saeculi IX ineuntis, G pag. 602—657, quem accuratius descripsit *Scherrer, Handschriften der Stiftsbibliothek St. Gallen, Halle 1875, p. 47.* Altus est 18 centim., latus 7 centim., spatium, quod scriptura obtinet est 11, 5 × 6, 5 centim., undeuicenorum uel uicenorum uersuum in unaquaque pagella, litteris minusculis langobardicis neglegentissime scriptus. Scatet lacunis, mendis orthographicis et grammaticis, quae utrum auctoris an librarii culpae tribuendae sint, saepe difficillimum est diiudicatu. Singula uocabula saepe male inter se separantur, nonnulla manu antiqua, sed ab ipsius librarii litteris diuersa correcta sunt.

Codex monasterii Renaugiensis, nunc bibliothecae cantonalis R Turicinae saeculi noni, ut uidetur, exeuntis uel decimi ineuntis, fol. 30—43; altus 31 centim., latus 23, 5 centim.; spatium, quod litterae obtinent, est 25 × 18, 5 centim., tricenarum linearum in unaquaque pagella. Litteris carolingicis belle exaratus est; uerba scriptoris multo magis ad praecepta grammaticae conformata sunt quam in codice G. Cur Gildemeistero non assentiar codicem si non saeculo VIII exeunte, at IX ineunte scriptum esse iudicanti, exposui in programmate gymnasii Erlangensis, cui inscripsi: *Adamnanus II. Theil p. 66 ss.* Hic codex constat ex compluribus partibus diuersis manibus scriptis et continet fol. 1—28 Adamnani libros tres de locis sanctis, deinde Venantii Fortunati uersus VIII 3, 93—178; fol. 30—43 Antonini Placentini Itinerarium; fol. 44—51 fragmentum Baedae quaestionum in libros Regum,

opp. Colon. 1688 uol. III p. 341—346. Ne R quidem lacunis caret, sed nec numero nec magnitudine lacunis codicis G pares sunt. Nam cum in codice G fere sexaginta numerauerim, in quibus decem maiores, in R circiter uiginti quinque inueni easque plerumque minores. Uno loco glossema in margine exstat: p. 185, 13 ad *burdones, qui in montibus molent* in margine adnotatur *alias manent.* 186, 6 *unguebant plantas nostras* glossema in textum irrepsisse uidetur, cum R exhibeat: *unguebant pedes nostros, unguebant plantas nostras.* Cum non semel solus genuinam lectionem seruauerit, praecipue eis locis, quibus G lacunis uitiatus est, nonnunquam librarius, quae non intellexit, mutauit uelut 161, 14 omisit *sedit;* 165, 22 *in proximo] proxima* R; 167, 9 *aput balsamo* (= apabalsamo, opobalsamo) G] *balsamo* R; 169, 1 uerba scriptoris contraxit, quia non intellexit; 182, 16 *a parte Aethiopiae] aperte Aethiopes* R.

Utrumque codicem magna bibliothecariorum liberalitate Augustam Vindelicorum transmissum post Gildemeisterum denuo excussi; nonnulla, quae hunc uirum doctum fugerunt, eius apparatu critico adiutus emendare uel rectius legere potui. E quibus has potissimum lectiones, quae in apparatu Gildemeisteri desiderantur, exhibeo, alia in notis criticis inueniuntur:

	Gildemeister.	Codices G et R
160, 3	*factus fuit*	*factus fuerat*
162, 9	*exiuit*	*exurgit* R
163, 13	*circuitu*	*in circuitu* (*-m* R)
163, 11	*de mari*	*de mare*
164, 5	*maior fit*	*fit maior*
164, 8	*positam*	*posita*
164, 11	*Elisaeus*	*heliseus*, (sic semper *helias, heremus*).
165, 2	*ciuitatem*	*in ciuitatem*
166, 9	*dominus*	*deus*
167, 4	*diuo, tenente*	*diuo et tenente* etiam R
168, 4	*Quo loco*	*In quo loco*
168, 16	*lapides illi*	*lapides illos* etiam R

	Gildemeister.	Codices G et R
169, 5	*in prouinciam*	*in prouincia*
169, 9	*in ascensione*	*in ascensionem domini*
170, 8	*uirorum et mulierum*	*uirorum ac mulierum*
170, 10	*inclusa fuit sancta Pelagia uel iacet*	*fuit inclusa* (*inclausa* G) *uel iacet sancta Pelagia* sic habet G et R
171, 6	*corpus domini positum fuit Iesu Christi* G	sic habet G et R
172, 2	*et in ipsa petra cruor sanguinis* R *et cruor sanguinis in ipsa petra* G	*cruor sanguinis* omisit R *cruor sanguinis parit in ipsa petra* G
172, 6	*aut aliud quod* (*aliud* om. R)	*aut quod* omisso *aliud* GR
172, 15	*scriptum ē erat* R	*scriptum est*
174, 15	*qua crucifixus est* G	*in qua crucifixus est*
174, 19	*et gemmis* G	*ex gemmis*
175, 7	*dominum audit* RG	*dominum audit* G, *d. audiuit* R
176, 9	*ingrediuntur*	*ingreditur*
177, 4	*agitatur*	*exagitatur*
177, 19	*qua se laqueauit*	*cum qua se laqueauit*
179, 2	*atrium*	*atrio*
180, 13	*habent nomina*	*nomina habent*
180, 19	*ad miliarium secundum*	*ad secundum miliarium*
181, 4	*est mortuus*	*mortuus est*
181, 7	*sponsi uestimentum*	*uestimentum sponsi*
181, 16	*dicebat*	*dicebant*
182, 7	*nulla potuimus ratione*	*nulla ratione potuimus*
183, 4	*familiae* R	*familia*
183, 6	*sareca missa*	*et sareca missa*
183, 17	*ecce multitudo*	*et ecce multitudo*
184, 21	*antequam egrediatur luna*	omisit R

	Gildemeister.	Codices G et R
187, 5	*praeter ecclesiam et*	*praeter ecclesiam cum presbytero suo et*
187, 15	*extendit*	*extenditur* R, *extendit* G
188, 12	*Qualisuis enim tempestas maris sit, infra littore illo*	*Qualisuis enim tempestas sit maris, tamquam in stagnum infra littore illo*
189, 22	*Antonius*	*antoninus*
190, 10	*ibi est monasterium*	*ibi est et monasterium* R
191, 3	*Barbărissum*	*barbarisso*

Praeter G et R altera codicum familia exstat, quos hoc potissimum uitio omnium communi inter se cohaerere apparet, quod duae paginae inde a pagina 159, 7 — 160, 9 et p. 160, 10 — 161, 12 inter se commutatae sunt, de qua re uide p. 195 et 196 huius editionis. Quorum uetustissimus et longe
Br praestantissimus est codex Bruxellensis saeculi IX uel X, cuius accuratissima descriptio inuenitur in prooemio editionis Gildemeisteri p. VIII et in Catalogo codicum hagiogr. Bibl. Reg. Brux. Partis I, quae codices latinos membranaceos complectitur, tom. I p. 379, quem ediderunt hagiographi Bollandiani, Analecta Bollandiana tom. II—V, Bruxellis 1886. Antonini itinerarium exhibent fol. 52^{r}—68^{u} in duobus quaternionibus scriptura et pergamena inter se differentibus. Folia singula sunt alta 17, 5 centim., lata 9 centim., scriptura 14 × 8 centim. Inter utramque partem lacuna est; desunt enim uerba c. 23 p. 206, 16 *Marie* usque ad p. 207, 1 *in ipso pretorio.*

M Ad hunc proxime accedit et paene in omnibus rebus congruit codex Monacensis 19149 saec. X, olim Tegernseensis 1607, fragmentum quattuor foliorum duodeuicenarum linearum. Cum bibliopega his foliis ad libros uestiendos usus sit et Guilelmus Meyer demum ea a tegumentis resoluerit, ita mutilata sunt, ut superior margo amputatus sit. Itaque cum longitudo prius 17, 2 centim. fuerit, nunc 14 centim. est. Latitudo est 13, 2 centim., sed altera pars ita decurtata est, ut 8, 4 centim. supersint. Scriptura est 11 × 9 centim.

B Codex Bernensis saec. X, in Sinneri catalogo p. 635 numero

582 signatus. Descripsit Gildemeister l. c. p. IX s. et ego, *Adamnanus II p. 20 s.* Codex est longus 19, 5 centim., latus 18, 5, foliorum 96 undeuicenorum uersuum; continet Arculfum fol. 1—46, euangelium Nicodemi fol. 46—75, Antoninum fol. 76—96. Ut Arculfi ita etiam Antonini textus nonnullis foliis excisis mutilatus est. Desunt enim haec: p. 196, 5 inde a *uenimus* usque ad p. 198, 26 *faciunt;* item postremum folium abscissum est, ut extremum uocabulum sit p. 217, 25 *Epiphaniam.*

Ut codices Br M B, ita etiam codicem Vaticanum 636 A saec. XIII, Vindobonensem 2432 saec. XII, Berolinensem latinum 32 saec. XV cum editione Gildemeisteri comparaui, sed cum hi et ceteri a Toblero, Gildemeistero, Roehrichtio enumerati textum etiam multo magis deprauatum et interpolatum exhibeant quam Br M B, eos commemorasse sufficiat.

Codices omnes praeter G et R alterius recensionis sunt, interpolationibus, lacunis, singulis uerbis uel transpositis uel ad arbitrium mutatis foedatae. In singulis tamen uerbis nonnumquam genuinas lectiones seruasse et nonnulla, quae in codice R ad praecepta grammaticae conformata sunt, intacta reliquisse uidentur, ueluti 159, 13 *fuit;* 161, 5 *amola;* 161, 6 *ubi sedebat;* 163, 9 *pertransit;* 163, 13 *in* ante *ista;* 170, 21 *talea*[*s*] *stat;* 172; 17 *ad* ante *adorandum;* 175, 15 *de* ante *petra illa;* 176, 2 *habet;* 177, 20 *uenimus;* 188, 8 *permittunt*, cf. *Krit. Erläuterungen zu Antonini Placentini Itinerarium p. V s.* Praeter eos uero locos, quibus haec recensio sola ueram lectionem praebet, etiam aliis locis non sine commodo adhibetur, quibus R et G inter se discrepant; hic enim secundae recensionis assensus nonnumquam aliquod momentum addere potest ad alterius utrius lectionem comprobandam, cf. *Krit. Erläuterungen p. VII.* Sed cum haec recensio ab originaria textus forma, qualem G et R exhibent, adeo dissonet, ut, si uarias lectiones eius illi textui subicere uelis, apparatus criticus parum perspicuus fiat, ipse rem ita institui, ut post illam genuinam recensionem hanc recentiorem seiunctim typis mandarem. Ut in illa codicem R et G, qui cur mihi,

quamuis neglegenter sit scriptus, multis in rebus maiore fide dignus esse uideretur quam cod. R, exposui *Krit. Erläuteeungen p. I ss.*, secutus sum, ita in altera recensione codice Br potissimum auctore usus sum, in notis criticis discrepantias codicum B et M annotaui.

Restat, ut de editionibus ceterisque subsidiis artis criticae disseram, de quibus quoniam accuratissime et rectissime Gildemeister egit, haec pauca commemorare sufficiat. Editio princeps prodiit sub hoc titulo: *Itinerarium B. Antonini Martyris, e Musaeo Cl. Menardi, cum notationibus aliquot uocum obscurarum. Iuliomagi Andium 1640. 4. 54 pp.* e codice interpolato. Nec maiorem usum praebet editio Papebroeckii: *Acta Sanctorum Antv. T. II. Maji p. XI—XVIII. 1680,* quam transcripsit *Ugolini, Thesaurus antiquitatum sacrarum Venetiis 1747, tom. VII. col. 1207—1230* et *Migne, Patrol. lat. tom. LXXII col. 899—918.*

Editione principe ut fundamento nituntur editiones a Toblero 1863 *Antoninus Martyr, de locis sanctis, quae perambulauit circa a. d. 570. Nach Hand- und Druckschriften mit Bemerkungen herausgegeben von Titus Tobler. St. Gallen 1863. Huber & Comp. 8. 129 pp.* et denuo in Itineribus et descriptionibus terrae sanctae Geneuae 1877 tom. I p. 90—118 in lucem emissae, ubi etiam transcriptio codicis Vaticani publicata est p. 119—135, item excerptum codicis Caduinensis p. 135—138, totus denique textus iterum exscriptus est ad quattuor codices secundae stirpis tom. I, 2 p. 360***—382.

Nemo melius de Antonino emendando meritus est quam J. Gildemeister, qui primus, quae ratio inter singulos codices intercederet, inquisiuit, libros in duos ordines discedere cognouit, codicem R ad scriptorem emendandum adhibuit multasque difficultates expediuit. Sed etiam post Gildemeisterum non paucas difficultates expediendas esse ipse ostendi in dissertatione, quae inscribitur: *Kritische und sprachliche Erläuterungen zu Antonini Placentini Itinerarium. Augsburg 1892. XIV et 76 pp. 8.* Quae in hac dissertatione de hoc scriptore emendando sermoneque eius conformando iudicaui, fere omnia

probauit, qui nouissime Antoninum edidit ad fidem collationum Gildemeisteri: *Antonini Placentini Itinerarium saeculo sexto exeunte scriptum recensuit, uertit, notis illustrauit I. Pomialowsky. Petersburg 1895. 187 pp. 8.* (tomus XIII scriptorum a societate Palaestinensi Rossica editorum). Qui quantum ad hunc scriptorem explicandum contulerit, non est mei iudicii, cum commentarius eius rossice scriptus sit. Hodieque non sine fructu adeas programma uniuersitatis Lipsiensis, in qua *Fridericus Tuch* doctissime et diligentissime de tempore peregrinationis, de peregrinatore eiusque libro, de eius itineribus agit: *Antoninus Martyr, seine Zeit und seine Pilgerfahrt nach dem Morgenlande. Leipzig 1864. 4. 39 pp.*

Adamnanus (Arculfus circa a. 670).

De Adamnano quoniam prolixius egi in duobus programmatis, altero Gymnasii Annaei Augustani 1895, quod inscripsi: „*Adamnanus, Abt von Iona. Sein Leben. Seine Werke. Sein Verhältnis zu Ps. Eucherius de locis sanctis. Seine Sprache,*“ altero Gymnasii Erlangensis 1897: „*Adamnanus II. Theil. Die handschriftliche Ueberlieferung der Schrift de locis sanctis*“, quicunque accuratius inquirere uoluerit, illos libellos adeat. Hic notatu dignissima breuiter perstringam.

Ad Adamnani libellos tres de locis sanctis emendandos e duodeuiginti codicibus, quos excussi, his potissimum usus sum:

Primus est codex Vindobonensis n. 458 saec. X, olim Salisburgensis 174, membranaceus, 28, 1 × 18, 7 centim., scriptura 20, 5 × 14 centim. foliorum 191, in quaterniones, qui in inferiore margine indicati sunt, digestus, cum figuris. Arculfi libelli in 26 paginis prioribus exarati sunt, 25 lineis in singulis paginis. Sequuntur praeter dialogum de operibus sex dierum Alcuini tractatus super psalmos. Y

Ad hunc proxime accedit codex Parisinus latinus 13048, olim S. Germanus latinus 844 (olim 665), membranaceus (28, 2 × 18 centim., scriptura 22 × 13 centim.), s. IX, cuius accuratam descriptionem inuenis in Fr. Leonis editione Venantii Fortunati, Berolini 1881, Mon. Germ. Hist. Auct. antiq. P

t. IV prooem. p. VIII, foliorum 82, quae singula sunt uicenorum senorum uersuum. Liber constat ex tribus partibus a diuersis manibus scriptis, quarum prima continet Arculfum siue Adamnanum foliis 1—28; codex autem est mutilus, cum quinque folia nunc desiderentur. De primo enim quaternione primum et ultimum folium, 1 et 8, abscisa sunt, ita ut prologus cum parte capitulationis desideretur. Incipit fol. primum: *De lancea militis* p. 222, 11 et lacuna exstat a uerbis *de sepulchro domini* p. 236, 4 usque ad p. 237, 24, ubi codex denuo incipit *dixit partes.* Ad folium sextum huius quaternionis falso duo folia sordida et maculata agglutinata sunt, in quibus scriptum est p. 277, 6 *Haec pulchra — incidant* p. 279, 10 et p. 287, 2 *inquam tantummodo — in quadam domu* p. 288, 16. Desideratur porro folium, in quo exarata erant, quae leguntur p. 275, 4 — *campi planitiem* p. 277, 6. Deperierunt praeterea quattuor folia continua a p. 279, 10 *aut ne uestibuli — in ternis* p. 287, 2. Arculfum excipiunt fol. 29 et 30 uersus Venantii Fortunati VIII 3, 93—178, qui idem exstant in codice Turicino, sequuntur deinde carmina Venantii fol. 32—58, opuscula quaedam Cassiodori et Augustini. Orthographia eo ab aliis codicibus discrepat, quod saepius o pro u, c pro t inuenitur.

Z Codex Turicinus saec. X, quem iam supra p. XXVII descripsi, cum figuris. Adamnanus exaratus est in 28 primis foliis; sunt tres quaterniones octonorum foliorum in margine inferiore numeris I, II, III signatae, et ternio sex foliorum 31 × 23, 5 centim., scriptura 25 × 18, 5 centim., singulae paginae sunt tricenorum uersuum. Passim correcturae eiusdem manus inueniuntur. Descriptus uidetur ex archetypo, cuius librarius nonnullis compendiis usus erat; quo factum est, ut p. 291, 12; 295, 4 et 7 librarius primo *propter* loco *post* scriberet, deinde cognito errore ipse corrigeret; similiter 292, 13 *quia* pro *quam,* 296, 18 *quialibet* pro *quamlibet.* Non solum eosdem uersus Fortunati post Arculfi libellum habet, quos P, sed etiam p. 225, 20 idem glossema iricum in textum irrepsit, de quo uide adnotationem criticam.

Codex Bruxellensis 2921—22 saec. X (18 × 12 centim., Br
scriptura 14, 7 × 9 centim.), quem, quia etiam Antoninum continet, iam supra p. XXX descripsi. Adamnanum continent folia 52 priora, sex quaterniones et una binio. singulae paginae sunt uicenarum trium linearum. Retractatus est a correctore.

Hi codices sunt quasi duces trium familiarum, e quibus maxime sincera esse uidetur, quae codicibus Y e P repraesentatur. Codex Y diligentius scriptus est; nam quamquam mendis non caret, tamen non tot lacunas exhibet quot codex P, et cum temporis iniuria non mutilatus sit, hoc potissimum libro textus nititur eis locis, qui in codice P aut prorsus omissi sunt aut euanuerunt et male rescripta sunt, cf. adn. crit. ad p. 279, 10. Consensus horum codicum etiam apparet ex numero capitulorum libri primi, quae in utroque undetriginta numerantur.

Secundae enim stirpis codices, quorum praecipuum testem ceteris aetate et bonitate multo praestantem Turicinum (Z), quondam Augiensem, adhibui, librum primum in uiginti sex capitula diuidunt. Neque uero tanta codicem Z esse praestantia, quanta Gildemeistero uidetur, qui in editionis Antonini praefatione p. IV dicit: *Soweit die Handschriften des Arculfus bekannt sind, enthält sie den bei weitem besten Text,* iam ostendi in programmate Augustano 1895 p. 8 et Erlangensi 1897 p. 16. Cum Parisino eo consentit, quod eosdem uersus Venantii Fortunati VIII 3, 93—178 Arculfi libello adiungit et p. 225, 20 idem glossema iricum exhibet.

Multo magis etiam et ab hac et a prima familia ei codices differunt, quorum longe antiquissimus et praestantissimus est Bruxellensis (Br). In hoc tertio codicum genere ipsius scriptoris uerborum ordo saepissime temere mutatus est, et multae praeterea peculiaritates inueniuntur, quibus obseruatis primo statim obtutu, qui codices huc pertineant, iudicari potest. Atque primum quidem in capitulatione libri primi XXXII capitula numerantur, in ipso textu XXX, capitulationes autem trium librorum uniuersae primum librum antecedunt, cum in

ceteris codicibus sua cuique libro capitulatio praemissa sit. Maiore autem fide in hac re PYZ dignos esse quam Br patet cum ex altero Adamnani opere, e uita Columbae, in quo et ipso suam quisque libellus capitulationem prae se fert (cf. *Adamn. I p. 34 ss.*), tum ex eo, quod etiam in hoc opusculo ante tertium certe libellum codex Br capitulationem repetit. Tituli autem in hoc codicum genere ita ante singula capitula repetuntur, ut nonnumquam duo uel ter comprehendantur, in ceteris uero libris plerumque desunt et numeris tantum litterisque initialibus designantur. Qua in re huius familiae consuetudinem praeferendam esse eo probatur, quod in uita Columbae et ipsa tituli singulis capitulis superscribuntur. Accedit, quod ipsius textus uerba nonnumquam ad titulum referuntur, uelut p. 243, 19. 272, 7. 273, 3. In omnibus denique codicibus, etiam primae et secundae stirpis, uestigia exstant, quibus probatur, etiam in horum archetypo titulos singulis capitibus primitus fuisse praefixos; nam inde a l. I c. X reliquiae quaedam titulorum occurrunt. Verba porro, quibus totum opus clauditur p. 296, 15 ss.: *Obsecro itaque eos* etc. in Br ut alter prologus post capitulationes posita sunt, qua in re huius recensionis auctor Adamnani textum ad Sulpicii Seueri exemplum conformasse uidetur, qui similibus uerbis in praefatione uitae Martini utitur 1, 9. Alia exempla transpositionis in codice Br eiusque affinibus obuia occurrunt p. 245, 8. 264, 23. 265, 4. Denique cum p. 282, 18—283, 5 omnino desit, uersus 283, 6—11, quibus de crocodilis agitur, in fine libri III additi sunt. Additamentis spuriis auctus est textus p. 240, 14 (uide adn. crit.). Initio libri secundi ex Sulpicii Seueri Dial. I c. 8 § 2 uerba uncinis inclusa addita sunt: *In huius nostri secundi libelli exordio de situ [Hierusalem parrochiae id est] Bethlem ciuitatis.* Etiam alio loco huius recensionis auctor ipsius Sulpicii librum consuluisse uidetur; p. 247, 7 solus Br et cognati codices cum Sulpicio Seuero Chron. II 33, 5 recte tradunt *harena,* ceteri mendose *area.* Uno praeterea loco solus Br sinceram lectionem seruauit p. 293, 16 *ippum,* ex quo loco etiam 291, 15 et 293, 6 sanari posse ostendi *Adamn. I p. 10.*

Restat, ut de editionibus Adamnani disseram. Primus Adamnanum post multorum saeculorum obliuionem in lucem protulit *Iacobus Gretser* Iesuita, cuius editio: *Adamnani Scotohiberni de situ terrae sanctae. Ingolstadii 1619. 4⁰* denuo typis impressa est in IV tomo operum omnium eiusdem, Ratisbonae 1734. Quod Gretseri codex, quo unico fonte usus est, aetatem non tulit, non est quod nimis doleamus. Nam quibuscumque locis a ceterorum codicum fide abhorret, eius lectiones merae corruptelae sunt. Eum saeculo XIII non antiquiorem fuisse et eidem familiae adscribendum esse, cuius optimus testis est cod. Turicinus, ostendi *Adamn. II p. 26 s.* Melioribus fundamentis nititur editio *Mabillonii in Actis sanctorum ordinis s. Benedicti s. III part. II 1672 p. 499 ss.* Mabillonius enim, qui editionis suae p. 502 se Adamnanum ex manu scriptis codicibus Vaticano et Corbeiensi et editione Gretseri publicasse dicit, rem ita instituit, ut codicis P potissimum auctoritatem sequeretur, lacunas autem ex codice Vaticano, quem eiusdem familiae esse atque Br ostendi *Adamnanus II p. 45 s.*, expleret; praeterea in margine nonnumquam uarias lectiones tertii codicis eiusdem familiae, sed multo magis uitiati adnotauit, quem codicem Parisinum 12943, olim bibliothecae S. Germani a Pratis, esse probaui l. c. p. 46 ss. Nostra aetate *Delpit* clericus Francogallus Arculfi libellos de locis sanctis recensuit et edidit in libro, qui inscribitur: *Essai sur les pelérinages à Iérusalem. Paris 1870.* Qui quamquam nonnullos codices Mabillonio ignotos adhibuit, tamen non modo nihil profecit in textu purgando, sed ubicunque a Mabillonio recedit, cum nimiam fidem habeat codicibus interpolatis, quorum deterrimus Caduinensis 39 s. XIII, de quo disputaui *Adamn. II p. 50 ss.*, ei uel maxime probatur, textum uitiauit. Nec multo felicior quam in Antonino fuit in Arculfo recensendo *Toblerus*, quamquam multis codicibus in lucem protractis eum cum de uniuersis Itineribus Hierosolymitanis tum de Arculfo bene meruisse non est infitiandum. Quodsi *James Rose Macpherson*, qui Adamnani opusculum anglice uertit, *Pilgrims Text Society t. X. 1889*, non satis habuisset editionem Tobleri

adhibere, sed usque ad Mabillonii editionem descendisset, non fuisset coactus fateri, quid Arculfus significare uellet, saepius non posse intellegi. Accedit, quod eum fugit Fridericum Vogelium in dissertatione, quae inscribitur *De Hegesippo, qui dicitur, Iosephi interprete. Erlangae 1881* et in recensione editionis Toblerianae in ephemeride, quae uocatur *Göttinger Gelehrte Anzeigen 1881 p. 218 ss.*, fontibus Adamnani inuestigatis non paucis locis nouam lucem attulisse. Cuius uestigiis insistens nonnullos etiam alios locos indagaui, quibus ab Adamnano exscriptis textus emendari possit, in programmate Gymnasii Annaei Augustani 1895. Non paucis enim locis etiam optimorum codicum lectiones tam corruptae sunt, ut fontibus non compertis emendari non possent, uelut p. 277, 5 et 268, 17, de quibus egi loco allato p. 9. Alii loci id generis sunt 269, 5. 279, 11. 17. 18. 280, 2. 6. 9. 16. 281, 5. 9. 10. 14, ubi adnotationes criticae inspiciendae sunt. Etiam p. 265, 4 huc referendum uidetur: *Galgal in quinto miliario ab Hiericho,* ubi, si Onom. sacra ed. Lagarde p. 126, 28 s. comparaueris: *Et ostenditur usque hodie locus desertus in secundo Ierichus miliario* numerus V ex U (= II) corruptus esse uidetur, deinde codex Y. *in quinto ab Hiericho miliario* solus rectum uerborum ordinem seruauit. Qua comparatione instituta etiam codicum Y et P praestantia optime euincitur, uelut 280, 1 Y solus exhibet *artatur;* haud scio an etiam 280, 11, ubi Y habet: *et quamuis maxima tempestate fit intus tutissimus portus* collato Heges. p. 266, 48 *fit* pro *est* in textum recipiendum fuerit. 240, 14 *uacuum* YBr, *cauum* PZ; 268, 13 *Inde quoque* YBr, *Unde quoque* PZ; 269, 5 *ambitu* YBr (omisit PZ) codicis Y lectio fontium auctoritate genuina esse conuincitur; uersa uice 247, 4 in codice P recte traditur *calcati deo pulueris* cum ceteri *calcati a deo* exhibeant.

Mea recensio editioni Mabillonii multo similior est quam Toblerianae; eo potissimum textus a me constitutus ab illo discrepat, quod lacunae codicis P e codice eiusdem familiae et bonitatis expletae sunt et quod fontibus inuestigatis non paucae difficultates expediuntur. Orthographia codicum non

aequalis est; assimilationem consonarum Adamnanus plerumque neglexisse, nonnunquam uero insolentius adhibuisse uidetur, uelut in uocabulis *ammoneo, ammirabilis, annotare, commemorare, commorari, di* pro *de* scripsisse uidetur, praesertim sequente *s*, uelut *discribere, discendere;* irico more nonnunquam consonae duplicatae sunt, uelut semper *repperio* scribitur, quae omnia singillatim enumerare non opus est, cum in adnotatione critica etiam orthographiam codicum enotauerim praeter eos locos, ubi *e* pro *ae* ponitur. Ipse in rebus orthographicis codicum uetustiorum auctoritatem secutus sum neque ubique aequabilitati studui. Figurae ecclesiarum, quibus Adamnani descriptio illustratur, desumpsi e codice Parisino; nam qui hunc scripsit, multo accuratius archetypi figuras depinxit quam scriba codicis Y, quem exemplaris sui delineationes exornasse et amplificasse ostendi *Adamn. II p. 9 s.*

Baeda (saec. VIII ineunte).

Baedae libellum de locis sanctis, quo, quoniam ex Adamnano, Eucherio, Hegesippo excerptus et compilatus est, qui illis scriptoribus uti uolunt, carere non possunt, quasi in appendice edidi. Ex magna codicum farragine, quos R. Roehricht in Bibliotheca Palaestinae enumerat, primum quidem ei eximendi sunt, qui fragmenta tantum exhibere disertis uerbis dicuntur; ea enim maximam partem nihil aliud sunt nisi illa relatio compendiosa, quam Baeda ex suo ipse libello excerpsit et Historiae Ecclesiasticae gentis Anglorum l. V c. 16 et 17 inseruit, uelut No. 23 catalogi Roehrichtiani, fragm. Herbipolense man. theol. s. IX, quod typis exscripsit Tobler-Molinier p. 235—37. Accedit No. 12, cod. bibl. municipalis Laudun. s. IX, 4° p. 164 ss., No. 2 cod. Auenionensis Mus. Caluet. s. XV; No. 8ᵇ Cantabrig. Corp. Christi 66 s. XIV; No. 10ᵉ Parisin. 15038 s. XIII fol. 172—75. His fragmentis eo facilius carere possumus, quod codex antiquissimus Historiae Ecclesiasticae, Cantabrigiensem dico, biennio post Baedae mortem exaratus his omnibus antiquitate et puritate multo praestat.

Sed ne ceteros quidem codices, qui integrum libellum continent, omnes excutere propositi mei erat. Cum uerba auctoris raro ita corrupta sint, ut, quid scripserit, cognosci non possit, codices autem per totius orbis bibliothecas dispersi sint, antiquissimis tantum uelut fundamentis nouae editionis uti, e reliquis eos tantum in subsidium uocare constitui, ad quos aditus sine nimio sumptu et labore pateret. Atque primum omnes libros enumerabo, quos aut totos excussi aut singulis locis inspexi. Capitula quaedam excerpta, sed alia atque Baedae historia ecclesiastica, codex Monacensis 4351 s. XV continet, in codice uero 13001 et 13002 s. XII a Roehrichtio sub numero 16[d] et 16[e] indicato solum primum caput huius libelli reperiri Laubmannus bibliothecae Monacensis praepositus, qua est humanitate, roganti mihi rescripsit. Magnam spem collocaui in codice 17 catalogi Roehr., libro seminarii Namurensis 760 s. IX; sed quamquam bis per litteras illius seminarii praefectum diligenter de hoc codice rogaui, responsum non tuli. Hac spe deiectus impetraui, ut codex Bruxellensis 8658 s. IX (No. 7 apud Roehr.) mihi Augustam Vindelicorum transmitteretur, sed, heu, iterum spe deceptus sum, nam ne ipse quidem quidquam continet praeter illam epitomam historiae ecclesiasticae nec maiorem usum affert ad Baedam emendandum quam illud fragmentum Herbipolitanum.

No. 4 cat. Roehr., codicem Berolinensem 32, 8^0, saec. XV, Augustae Vindelicorum examinaui. Descripsi, *Adamnanus II p. 42.*

Vat. No. 20 cat. Roehr., cod. Vaticanum 636 A s. XII, quem descripsi *Adamnanus II p. 45 s.,* ipse Romae cum editione Tobleri comparaui.

V_2 No. 22[a] cod. Vindobonensis 2432 s. XI, olim Hohendorf. IV 26 s. XII, fol. 43, longus 24, 2 centim., latus 16, 3 (scripturae latitudo est 11, 6 centim., longitudo 19), undetricenarum linearum in singulis paginis, totus eadem manu scriptus. Continet fol. 1—14[b] Vitam Alexandri. Fol. 14[b] ss. *Incipit epistula eiusdem Alexandri regis magni Macedonis ad magistrum suum Aristotelem de situ Indiae,* deinde: *Explicit epistula Alexandri magni. Descriptio locorum, quae uidit Ber-*

nardus sapiens, quando iuit Ierusalem uel rediit, et ipsa Ierusalem et de locis circa eam. Quo finito cum uerbis *homo conspicari possit* statim fol. 28 a sine nomine auctoris sequitur: *De situ Ierusalem.* Fol. 35 a: *Incipit itinerarium Antonini martyris* — Fol. 43 b *cui est honor et gloria per omnia saecula saeculorum.* cf. Gildemeister, Antonin. p. XIII. Ipsum codicem cum editione Tobleri Augustae Vindelicorum contuli.

Ipse enotaui lectiones codicis Monacensis 629 s. XIII Mb. (No. 16 a Roehricht); foliorum est 96, longus 16, 4 centim., latus 11, 2 (longitudo scripturae est 12, 4, latitudo 11, 2). Singulae paginae sunt 18 uersuum, fol. 1—49 ab eadem manu scripta. In foliis 1—19 est Baedae libellus sub hoc titulo: *Incipiunt capitula de situ iherusalem et locis sanctis in ea.* Post capitulationem legitur: *Incipit opusculum Bede presbiteri impense docti de locis sanctis.* Tituli rubri singulorum capitulorum plerique litterulis nigris in inferiore margine repetuntur. Fol. 19 a *De situ terrae repromissionis uenerabilis Bede presbiteri opusculum explicit. In media aqua, quae dicitur Visgaa, incipit Ungaria.* fol. 21 b sequitur: *Visio Othmari presbiteri*; fol. 28 a *Visio Fursei*; fol. 38 a *Exceptio quaedam de miraculis beati Hieronimi presbiteri*; fol. 44 a *Visio iheronimi presbiteri*; fol. 45 b *De studio legendi*; fol. 46 a: *Incipit passio sanctae Felicitatis cum VII filiis suis.* Inde a folio 49 b sequuntur complures tractatus a uariis manibus scripti.

Codex latinus Monacensis 4351 olim monasterii s. Udalrici U Augustani chartaceus s. XV (No. 16[b] Roehricht), fol. maior., duabus columnis scriptus. In foliis 1—201 est Chronicon abbatiae Urspergensis. A diuersa manu scripta sunt folia 202—12. Fol. 203 a—206 a: *Tractatus de statu terre iherosolimitane.* Excerpta capitula ex Beda incipiunt 204 b—205 b.

Codicis bibl. Cotton. Faustin. A VII s. XII, quem descri- L psi *Adamnanus II p. 1 s.,* uir doctus Mordaunt Bernard duo capitula pro me inspexit.

Ex duobus aliis codicibus Britannicis ea editio confecta est, quae prodiit in opere, quod inscribitur, *Recueil de uoyages et de mémoires publié par la société de géographie, Paris 1839,*

tom. IV, ubi p. 794—815 *Franciscus Michel* Baedae libellum cum integris lectionibus horum codicum edidit:

O Codex Collegii Lincolnensis Oxonii 29 (No. 18 Roehricht) 4. s. XIII (cf. Michel l. c. p. 784 et Giles, Venerab. Bedae opera uol. IV p. VII), qui ut V_2 etiam itinerarium Bernardi continet.

C Alter est cod. Londin. bibl. Cottonianae, Faustina B 1, cod. membranaceus fol. min., constans foliis 227, in quo et ipso Bernardi monachi itinerarium cum Baedae libello coniunctum est.

Praeterea rara specimina quorundam aliorum codicum proposuit Toblerus; sunt autem hi:

Pb Codex membranaceus bibl. nat. Paris. lat. 14797 saec. XII (19 d Roehricht) fol. 19—25.

Pc Codex membranaceus bibl. nat. Paris. lat. 12277 saec. XV (19 c Roehricht) fol. 52—58.

Ego horum quattuor codicum lectiones integras in apparatu critico enotaui:

M Codex Monacensis 6398 s. IX, olim Frisingensis 189 (16 c Roehricht), foliorum 74, longus 23 centim., latus 18 (scripturae longitudo est 16, 5 centim., latitudo 12, 3). Priores duo quaterniones (secundi duo postrema folia abscisa sunt) seu 14 folia Baedae libellum continent. Singuli quaterniones per totum librum litteris indicantur, postrema tria folia item abscisa sunt. Unam figuram exhibet basilicae Sioneae, reliquarum spatium uacuum relictum est. Fol. 13 b etiam littera initialis nigro colore inchoata tantum est, ornatio rubra deest. Inde a folio 15 sequuntur homiliae quadragesimales, quae incipiunt: *Notum est uobis, fratres carissimi, et frequenti sancti euangelii lectione compertum*, concluduntur: *qui uos in sua uoluntate proficientes conseruet in aeternum.*

P Codex Parisinus 2321 saec. X (19 a Roehricht), liber miscellaneus, quem pro me contulit Florianus Weigel. Continet Isidori Hispalensis etymologias aliosque tractatus theologicos. Fol. 135 b incipit Baedae opusculum sine titulo sic: *Pagina sacra magis quae memoranda refert.* Fol. 143 b *Explicit. Incipit chronica beatorum Augustini et Ieronimi.* Habet figuras rudes.

V Codex Vindobonensis 580, olim hist. eccles. 147 s. XI (22 a

Roehricht), anno 1753 alba pergamena uestitus. In folio primo a conglutinatore addito a manu saeculi XVII scriptum est: *No. 486 Theolog. lat. MS. Ioan. Sambucj Tirnauiens.* Est codex miscellaneus foliorum 178, qui continet opuscula Baedae, Hieronymi, Augustini, Isidori. Fol. 10—17 libellus Baedae de locis sanctis quaestionibus de ueteri testamento interpositus est; sine titulo sic incipit: *Descripsi breuiter finesque situsque locorum* etc. Post capitula exstat: *Expliciunt capitula, incipit liber de locis sanctis.*

No. 14 Ambrosianus (A) M 79 sup. s. X; sed Robertus A
Kauer, uir doctissimus, qui huius libri lectiones diligentissime in usum meum enotauit, mihi rescripsit hunc codicem miscellaneum testante uiro doctissimo Mercati, bibliothecae Ambrosianae praeposito, duodecimo demum saeculo exaratum esse; nam fol. 268[b] legi: *Decreta Urbani pape. Anno dnce incarnacionis millesimo XCV*; fol. 269[a]: *Accio concilii contra heresim de inuestitura. Anno ab incarnacione dei mil. CXII.*

Libri manuscripti omnes, quotquot mihi noti sunt, in duos ordines discedunt, quorum alteri codices APVU tribuendi sunt. Alterius recensionis eiusque recentioris sunt plerique alii libri, quorum longe antiquissimus est M. Cuius recensionis peculiare signum est, quod uerba capituli II mirum in modum transposita sunt; eo enim ordine leguntur, quem in adnotatione critica ad p. 305, 10 designaui. Quo loco cur ordo adeo perturbatus sit, id in causa fuisse apparet, quod in archetypo huius recensionis textus figura ecclesiae interposita hoc modo interruptus erat:

	p. 305, 9	dominici potus ministra
Lancea militis (II)		In loco autem illo (I)
. . . .	Figura	. . . .
. . . .		. . . .
sancta loca		depingere curaui.
extra montem (III a)		(III b) Sion pos. cern.

Scriba primo spatium, quod erat ad dexteram partem figurae

expleuit uers. 10—14; deinde, ne alterum latus uacaret, in sinistra parte perrexit u. 16—20. A uerbis *extra montem* ad alterum latus transiit, cum pergeret *Sion posita cernuntur.* Sequentes autem librarii primo columnam sinistram II + III a, deinde dextram I + III b descripserunt.

Atque primae quidem classis codicum P et V in plerisque rebus tantus est consensus, ut V si non ex ipso P, at certe ex eodem archetypo descriptus esse uideatur. Cuius congruentiae passim in apparatu critico exempla inueniuntur uelut 302, 18 *quippe*] *itaque,* 303, 10 *scripta*] *dicta,* 305, 8 *habens ansulas*] *ansulas habens,* 307, 4 *reuixit*] *resurrexit* etc. Quae cum ita sint, ut hi primae ac genuinae recensionis auctores praecipui non raro etiam in mendis congruant, animum induxi, ut etiam codicis Ambrosiani lectiones in apparatu critico ponerem, quandoquidem, licet erroribus scateat, tamen nonnunquam idoneus uidetur, cuius cum alterius recensionis codicibus consensu uera et pura textus forma declaretur. Huius codicis scriba Hegesippum ipsum inspexisse uidetur; nam cum p. 314, 12 ceteri exhibeant *lineis utantur indumentis* solus cum Heges. p. 251, 35 scribit: *lineis utantur exuuiis indumentorum*; p. 315, 4 *oras* Heges. p. 249, 42, *horas* A, (*h*)*oram* ceteri.

Codice uero U, quamquam eiusdem est recensionis, eo carere posse mihi uisus sum, quod non solum his, quos modo commemoraui, aetate longe est inferior, sed etiam quod scriptoris uerba saepe amputauit et ad arbitrium mutauit. Idem cadit in codicem, quo usus est Petrus Diaconus.

Quoniam de primi ordinis codicibus disserui, restat, ut de alterius recensionis libris disputem. In quos quoniam a nullo priorum editorum inquisitum est, non alienum esse a proposito existimaui, quae ratio inter singulos intercedat, exponere. Sunt autem codices M Vat. BV_2OCMb.; etiam Pb et Pc, quantum ex raris lectionibus in editione Tobleri notatis intellegi potest, huic recensioni adnumerandos esse ostendam. E quibus sex priores totos exscripsi, codicis Mb pessime interpolati locos selectos examinare satis habui. Praeter ordinem p. 305, 10 ss. turbatum exempli gratia haec menda inter se communia

habent: p. 307, 9 *pictabionensis* APV] *pictauensis* MBV_2OCMb, *pictauiensis* Vat. p. 307, 14 *pons*] *fons.* p. 314, 18 *Zoaros*] *goaros*; p. 318, 5 *transcendente*] *ascendente* codices supradicti et Pc. P. 314, 15 omnes hi codices nomen urbis *Scythopolis* corruptum exhibent; in M Vat. BMb enim habetur *Sextopolis*, in V_2OC uero etiam altera pars uocabuli corrupta est; legitur enim *sexto miliario.* Ut autem hoc loco, ita etiam plerisque aliis codices V_2OC, quibus id quoque commune esse supra demonstrauimus, quod cum Baeda Bernardi itinerarium coniungunt, inter se concinentes alteram quasi quandam speciem huius recensionis exhibent, uelut p. 302, 15 *quo*] *qui*; 303, 1 *uisuntur*] *sunt*; 303, 7 *alius*] *alius autem*; 303, 8 *autem*] deest; 303, 20 *parte urbem*] *urbis partem*; 304, 2 *affixo*] *affixi*; 304, 6 *solet offerri*] *offerri solet*; 304, 11 *parietis medii*] *parietibus mediis*; 304, 15 *petra excisum*] *in petra excisum*; 305, 3 *monumenti et sepulchri*] *et sepulchri et monumenti*; 309, 1 *per interualla*] deest; 310, 7 *erbosa*] *arbusta* etc.

Artiore autem necessitudinis uinculo O et V_2 inter se coniuncti sunt; ueluti hi singulorum capitulorum titulos seruauerunt, quos C omisit, permultis autem locis inter se concinentes a codice C dissonant, id quod paucis e plurimis exemplis probabo. Velut p. 302, 23 legitur in C *cuius in*] *cum* OV_2, similiter 304, 1 in C *golgothana*] *golgota* OV_2, item 304, 4 *rota cum lampadibus*] *rotarum lampadebus*; 304, 5 *uero*] om.; 305, 20 *cernuntur*] *cernitur* OV_2 et Vat.; 306, 17 *circumdant*] *frequentant*; 310, 24 *ualidi flaminis*] *ualidae flammae* etc.

Inter ceteros huius familiae codices quae ratio intercedat, data occasione explicabo; id pro certo affirmauerim nullum recentiorum codicum ex ipso Monacensi emanasse, cum lacuna, quae in illo hiat p. 323, 2 *odor perfundit. De nodis enim ligni sancti* in nullo eorum occurrat.

Restat, ut, quo iure codices L, Pb, Pc, quorum exigua admodum specimina mihi praesto erant, huic secundo codicum ordini tribuerim, ostendam. Atque L p. 311, 5 pro *monumentum Lazari* habet *ubi monumentum Lazari est* ut Vat.

OCMb; ibidem pro *demonstrat*] *demonstratur* cum M Vat. BMb; 310, 25 *tot*] *tota* L ut M Vat. V_2OC; 310, 16 *seruat*] *retinent* L. *retinet* Vat.; 319, 6 *quadrifida*] *quae dicitur fida* L. Cum idem legatur in codice Mb, qui quin eiusdem sit prosapiae ac M Vat. BCOV_2, non est dubium, et praeterea in Pb, idem in Pb cadere ueri simillimum est. Etiam 318, 23 *natura fragilia*] *naturam fragilem* MbPb inter se congruunt; 320, 10 quoque ambo pari uitio laborant; *XX et trium stadiorum spatio* ceterorum codicum lectio est, pro qua habet *XX et IIII* Mb, *XXIV* Pb. Versa uice duobus aliis locis Pb magis cum codice C facit. 321, 2 *ostiis nili*] *flumine nili* solummodo COV_2 et Pb, *hostiis nili* Mb. P. 323, 7 *Adamnanus lacinioso sermone*] *adobnanus* (*adornatus* Pb) *latino sermone* COV_2Pb. 317, 1 *tauri*] *scauri* COV_2, quod mendum sine dubio emendare conatus *in similitudinem auri* Pb exhibet.

Codicis denique Pc cum hac familia consensum haec indicant: 317, 17 *poma pulcherrima*] *plurima poma p.*; 318, 13 *undae*] *undique* Vat. BMbPc; 321, 5 *meatus*] *meatu* BPbPc; 311, 15 *plani*] *plana* BPc. Id unum adiecerim, codices Pb et Pc absurdissimis interpolationibus inquinatos esse; qua re nullus fructus ex eis percipi potest. Verba auctoris quam sint nonnullis locis corrupta, maxime patet, si capitulum XI *De natura maris mortui*, inde a p. 316, 21 cum Hegesippo p. 252, 12 ss., ex quo est excerptum, compares. Neminem fore puto, qui exempli gratia uerba 317, 4 ss: *qua* (*quia*) *uas dimersum arte quod bibat* etc. extricaret, nisi ex Hegesippo appareret, quid Baeda sibi uellet. Qua comparatione instituta elucebit, codices primae recensionis plerisque locis proxime ad genuinam lectionem accedere, inter alterius autem recensionis libros codicem M longe esse optimum, V_2OC textum exhibere saepe deprauatum peruersisque coniecturis foedatum, codicis Pb scribam saepe hariolatum esse, Toblerum denique in tanta copia eligendi magis forte fortuna quam uia et ratione usum esse, uelut: 316, 22 *generum*] *genera* Pb Tobler; 317, 3 *lucernam accensam*] *lucerna accensa* COV_2; ib. *ferunt* Heges. APV] *fertur* M Vat. COV_2; 317, 4 ante *extincto* addit *nec*

Tobler cum COV_2 contra ceteros codices et Heges. p. 252, 14; 317, 5 *quod uiuat* Heges.] *quod bibat* codd., *antequam bibat* COV_2. Totum locum foedissime interpolauit Pb: *fertur supernatare sine conuersione, ut nec tingui nec demergi possit.* Sed haec hactenus.

Editiones, quoniam nihil eis iuuamur ad artem criticam exercendam, post Roehrichtium denuo enumerare inutile existimaui.

Augustae Vindelicorum m. Octobri a. 1898.

Paulus Geyer.

TABVLA.

ITINERARIVM BVRDIGALENSE.

P = codex Parisinus 4808 s. VIIII
V = codex Veronensis LII (50) s. X
S = codex Sangallensis s. VIIII

Wess.

549

ITINERARIUM
A BURDIGALA HIERUSALEM USQUE
ET AB HERACLEA PER AULONAM
ET PER URBEM ROMAM
MEDIOLANUM USQUE
SIC:

Ciuitas Burdigala, ubi est fluuius Garonna, per quem facit mare Oceanum accessa et recessa per leugas plus minus centum.

mutatio Stomatas . . . . leug VII

550 mutatio Sirione . . . . leug VIIII

Ciuitas Vasatas . . . . leug VIIII

mutatio Tres Arbores . . . . leug V

mutatio Oscincio . . . . leug VIII

mutatio Scittio . . . . leug VIII

Ciuitas Elusa . . . . leug VIII

mutatio Vanesia . . . . leug XII

Ciuitas Auscius . . . . leug VIII

mutatio Ad Sextum . . . . leug VI

mutatio Hungunuerro . . . . leug VII

In margine codicis Parisini fol. 66 a legitur: Hinc editum ab Andrea Schotto 2 BORDEGALA *V* 3 $\overset{H}{\text{D}}$ERACLA *2. m. corr. P* ERACLA *V* ALAVNĀ *P* 4 ORBEM *primitus fuit littera O, post in U mutata, ut uidetur V* 5 MEDIOLANIVM *V* *lineae 1—6 rubris litteris uncialibus scriptae sunt* 7 bordegala *V* 8 accessa *postrema littera 1. m. correcta V* 9 numerum centum *V* 10 *Hinc duae columnae PV* mut Ciut mans *semper abbreuiantur V, raro P* leugs *est abbreuiatio codicis V,* leug *codicis P* leugs n̄. VII *V* 11 senone *V,* sirione *etiam It. Ant. 461, 4* eleug *corr. 2. m. P* 12 *inde a linea 12 post* leugs *add.* N̄ *V* uasatas leugs n. VIII *V* 13 tris arboris i *ex* e *1. m. corr. V* 14 oscyneio *V* 15 socio *V* 16 tolosa *V* 20 hungunerras *ex* hungunerro *1. m. corr. V*

Wess.

550 11 mutatio Bucconis . . . . leug VII
551 1 mutatio ad Iouem . . . . leug VII
2 Ciuitas Tholosa . . . . leug VII
3 mutatio Ad Nonum . . . . mil VIIII
4 mutatio Ad Vicesimum . . . . mil XI
5 mansio Elusione . . . . mil VIIII
6 mutatio Sostomago . . . . mil VIIII
7 uicus Hebromago . . . . mil X
8 mutatio Cedros . . . . mil VI
9 castellum Carcassone . . . . mil VIII
10 mutatio Tricensimum . . . . mil VIII
552 1 mutatio Hosuerbas . . . . mil XV
2 Ciuitas Narbone . . . . mil XV
3 Ciuitas Biterris . . . . mil XVI
4 mansio Cessarone . . . . mil XII
5 mutatio Foro Domiti . . . . mil XVIII
6 mutatio Sostantione . . . . mil XVII
7 mutatio Ambrosio . . . . mil XV
8 Ciuitas Nemauso . . . . mil XV
9 mutatio Ponte Aerarium . . . . mil XII
10 Ciuitas Arellate . . . . mil VIII
553 1 Fit a Burdigala Arillate usque milia CCCLXXI,
2 mutationes XXX, mansiones XI.

13—19 cf. It. Ant. p. 389, 6—388, 6 et 397, 2—396, 1

1 buccones *V* 2 leuguas num̄ VII *V* 3 tolosa *V* 6 eleusione *V* 7 sustomago *V* 8 ebromago *V* 9 cọedros *litt.* o *2. m. expuncta P* cẹdros *V* 10 carcassonẹ *V* 11 tricencimum *P* trecesimum *V* 12 husuerbas *V* 13 narbonẹ *V* 14 beterris *V* beterras *It. Ant. p. 389, 5* beterris *p. 397, 1* 15 cesserone *It. Ant. p. 389, 4 et 396, 9* 17 sustancione *V* sextatione *It. Ant. p. 389, 2*, sextantione *p. 306, 7* 18 ambrosi *V* ambrussum *It. Ant. p. 389, 1 et 396, 6* 19 nemausum *It. Ant. p. 388, 7 et 396, 5* 20 herarum *V* X=II *eraso n.* V *V* 21 arelate *V et It. Ant. p. 388, 6* 22 aburdigala *P* bordegala *V* arillatẹ *P* arelate *V* milia CCCLXXII: *V* *numeri collecti efficiunt CCCLXXV milia passuum, si pro singulis leugis MD passus posueris. Mutationes autem sunt XXXII, mansiones praeter uicum et castellum X*

Wess.			
553	3	mutatio Arnagine	mil VIII
	4	mutatio Bellinto	mil X
	5	Ciuitas Auenione	mil V
	6	mutatio Cypresseta	mil V
	7	Ciuitas Arausione	mil XV
	8	mutatio Ad Letoce	mil XIII
	9	mutatio Nouem Craris	mil X
	10	mansio Acuno	mil XV
554	1	mutatio Vacianis	mil XII
	2	mutatio Umbenno	mil XII
	3	Ciuitas Valentia	mil VIIII
	4	mutatio Cerebelliaca	mil XII
	5	mansio Augusta	mil X
	6	mutatio Darentiaca	mil XII
	7	Ciuitas Dea Vocontiorum	mil XVI
	8	mansio Luco	mil XII
	9	mutatio Vologatis	mil VIIII
555	1	Inde ascenditur Gaura mons.	
	2	mutatio Cambono	mil VIII
	3	mansio monte Seleuci	mil VIII
	4	mutatio Dauiano	mil VIII
	5	mutatio Ad Fine	mil XII
	6	mansio Vapinco	mil XI
	7	mansio Catorigas	mil XII
	8	mansio Hebriduno	mil XVI

11—25 cf. It. Ant. p. 358, 2—357, 5   *23—25 cf. etiam It. Ant. p. 342, 3—342, 1*

1 arnagene *V* ernagino *It. Ant. p. 344, 1* VIIII *V*   3 auinione *V*   4 cepressata *V*   5 XIII *V*   6 *hic uersus deest V*   7 nouencrares *V*   8 mil X *V*   9 u[N]acianis *2. m. corr. P* Bantianis *V*   mil XI *V*   10 *numerus deest V*   13 agusta *V*   15 deanocontinorum *V* dea bocontiorum *It. Ant. p. 357, 10*   17 uolocates *V*   18 mo[N]rs *2. m. corr. P*   20 monte seleuco *It. Ant. p. 357, 8*   22 ad finem *V*   23 uuappinco *V*   24 catoricas *V* caturrigas *It. Ant. p. 342, 2 et 357, 6*   25 ebreduno *V* eburoduno *It. Ant. p. 342, 1 et 357, 5*

Wess.			
555	9	Inde incipiunt Alpes Cottiae.	
	10	mutatio Rame	mil XVII
	11	mansio Byrigantum	mil XVII
556	1	Inde ascendis Matronam.	
	2	mutatio Gesdaone	mil X
	3	mansio Ad Marte	mil VIIII
	4	Ciuitas Secussione	mil XVI
	5	Inde incipit Italia.	
	6	mutatio Ad Duodecimum	mil XII
	7	mansio Ad Fines	mil XII
	8	mutatio Ad Octauum	mil VIII
	9	Ciuitas Taurinis	mil VIII
	10	mutatio Ad Decimum	mil X
557	1	mansio Quadratis	mil XII
	2	mutatio Ceste	mil XI
	3	mansio Rigomago	mil VIII
	4	mutatio Ad Medias	mil X
	5	mutatio Ad Cottias	mil XIII
	6	mansio Laumello	mil XII
	7	mutatio Duriis	mil VIIII
	8	Ciuitas Ticeno	mil XII
	9	mutatio Ad Decimum	mil X
	10	Ciuitas Mediolanum	mil X
	11	[mansio Fluuio Frigido	mil XII]

2—p. 7, 1 cf. It. Ant. p. 341, 6—339, 8 et p. 357, 4—356, 1

1 pennine *V* 3 byrigane *y eadem m. ex i corr. V* brigantione *It. Ant. p. 341, 5 et 357, 3* 4 ascendes *V* matroniam *V* 6 admarte *V* ad martis *It. Ant. p. 341, 4 et 357, 2* 7 segucio *V* segusione *It. Ant. p. 341, 3 et 357, 1* 8 Italia] alia *P* 11 ad octauu *V* 12 taurines *V* 16 regomago *V* 19 laumellum *It. Ant. p. 340, 2 et 347, 2;* laumello *p. 356, 9* 20 dunis *V* 21 ticino *V* ticinum *It. Ant. p. 340, 1 et 356, 8* 23 mediolano *V* 24 fluuio frigdo *P cum haec mansio post finem itineris Mediolanensis hic superflua sit, Parthey huc ex pagina sequente uersum translatum esse statuit.*

Wess.

558 1 Fit ab Arillato Mediolanum usque milia CCCCLXXV,
2 mutationes LXIII, mansiones XXII.

---

3 mutatio Argentia . . . . mil X
4 mutatio Ponte Aurioli . . . . mil X
5 Ciuitas Vergamo . . . . mil XIII
6 mutatio Tellegate . . . . mil XII
7 mutatio Tetellus . . . . mil X
8 Ciuitas Brixa . . . . mil X
9 mansio Ad Flexum . . . . mil XI
10 mutatio Beneuentum . . . . mil X
11 Ciuitas Verona . . . . mil X
12 mutatio Cadiano . . . . mil X
13 mutatio Auraeos . . . . mil X
559 1 Ciuitas Vincentia . . . . mil XI
2 mutatio Ad Finem . . . . mil XI
3 Ciuitas Pataui . . . . mil X
4 mutatio Ad Duodecimum . . . . . . mil XII
5 mutatio Ad Nonum . . . . mil XI
6 Ciuitas Altino . . . . mil VIIII
7 mutatio Sanos . . . . mil X
8 Ciuitas Concordia . . . . mil VIIII

5–10 cf. It. Ant. p. 127, 10—128, 4 *21 cf. It. Ant. p. 128, 5*

1 arelate *V* usque mediolano *V* mille *corr. 2. m. P* CCCLXXV *P* 2 mut̃. LXIII. mut̃. LXIII. *alterum 2. m. deletum est P. It. Ant. p. 339, 7 a Mediolano Arelate per Alpes Cottias CCCCXI milia passuum esse feruntur. Hoc loco si singulos numeros collegeris efficiuntur omisso uersu 12 milia CCCCLXXXVI, mut. sunt XLIIII, mans. XXI* 3 argentea *V* 4 aureoli *V* 5 bergamo *V* bergame ciuitas *It. Ant. p. 127, 10* 6 tallegate *V* 7 mille *2. m. corr. P* 8 brixia ciuitas *It. Ant. p. 127, 11* 9 *haec mansio nominatur* Sermione *It. Ant. p. 127, 12* 10 beneauentum *V* 12 caclianno *V* 13 aureos *V* 14 uinoentia, *litt.* ui *in rasura V* 16 patauis *It. Ant. p. 128, 3* 17 Ad Duodecimum *om. V, sed a librario huius saeculi in margine adscriptum est* 19 altinum *It. Ant. p. 128, 4* 20 sanus *V* 21 VIII *V*

Wess.

559 9 mutatio Apicilia . . . . mil VIIII
10 mutatio Ad Undecimum . . . . mil X
11 Ciuitas Aquileia . . . . mil XI
12 Fit a Mediolanum Aquileia usque milia CCLI,
13 mutationes XXIIII, mansiones VIIII.

---

14 mutatio Ad Undecimum . . . . . . mil XI
560 1 mutatio Ad Fornolus . . . . mil XII
2 [mutatio Castra . . . . mil XII]
3 Inde sunt Alpes Iuliae.
4 Ad Pirum summas Alpes . . . . . . mil VIIII
5 mansio Longatico . . . . mil X
6 mutatio Ad Nonum . . . . mil VIIII
7 Ciuitas Emona . . . . mil XIIII
8 mutatio Ad Quartodecimo . . . . . . mil X
9 mansio Hadrante . . . . mil XIII
10 Fines Italiae et Norici.
11 mutatio Ad Medias . . . . mil XIII
12 Ciuitas Celeia . . . . mil XIII
561 1 mutatio Lotodos . . . . mil XII
2 mansio Ragindone . . . . mil XII

3—20 cf. It. Ant. p. 128, 6—129, 5

1 adpacilia *V* 2 *rectius* XI *V* 4 mediolano *V* 5 *numeri collecti efficiunt* CCXXVIIII, *mutationes autem sunt XXII. It. Ant. p. 124, 1 CCLXX (CCLX P) milia ponuntur* 7 furnolus *V* 8 *hunc uersum a librario omissum 2. manus addidit. Sed hic excidisse uersum supra seclusum* mansio Fluuio Frigdo mil XII *recte suspicatur Parthey coll. It. Ant. p. 128, 7, ubi haec mansio XXXVI m. p. ultra Aquileiam ponitur* 9 surgunt alpes iulię ad pirum summas alpes *V* Inde sunt alpes iuliae ad || f. 67 a Pirum summas etc. *P* 10 mil VIIII *om. V* 12 mutụatio *2. m. corr. P* 13 semona *V* hemona *It. Ant. p. 129, 2* 15 *hunc uersum om. V* adrante *It. Ant. p. 129, 3* mansio hadrante fines italiae || et norci milia XIII *P* fines italię *omisso* et norici *V post* italiae *duae lineae uacant* 17 mutụatio *2. m. corr. P* 18 cęiia *V* 20 ragendone *V* ragundone *It. Ant. p. 129, 5*

Wess.

561 3 mutatio Pultouia . . . . mil XII
4 Ciuitas Petouione . . . . mil XII
5 Transis pontem, intras Pannoniam
6 inferiorem.
7 mutatio Ramista . . . . mil VIIII
8 mansio Aqua uiua . . . . mil VIIII
9 mutatio Popolis . . . . mil X
10 Ciuitas Iouia . . . . mil VIIII
11 mutatio Sunista . . . . mil VIIII
562 1 mutatio Peritur . . . . mil XII
2 mansio Lentolis . . . . mil XII
3 mutatio Cardono . . . . mil X
4 mutatio Cocconis . . . . mil XII
5 mansio Serota . . . . mil X
6 mutatio Bolentia . . . . mil X
7 mansio Maurianis . . . . mil VIIII
8 Intras Pannoniam superiorem.
9 mutatio Serena . . . . mil VIII
10 mansio Vereis . . . . mil X
11 mutatio Iovalia . . . . mil VIII
12 mutatio Mersella . . . . mil VIII
13 Ciuitas Mursa . . . . mil X
563 1 mutatio Leutuano . . . . mil XII
2 Ciuitas Cibalis . . . . mil XII
3 mutatio Celena . . . . mil XI

2—24 cf. It. Ant. p. 129, 6—131, 3

1 mutụatio *2. m. corr. P* poltouia *V* XVI *V* 2 potouione, ui *corr. ex* m *V* patauione *uel* poetouione *It. Ant. p. 129, 6* Ciut̄ potouione | transis ponte intras in pannonia | inferiore mut̄ ramesta mil VIIII *V* 5. 7 *et* 10 mutụatio *2. m. corr. P* populis *V* 8 iouia *litt.* ia *euanuerunt V* 11 lertoles *V* 13 coccones *V* 15 bolent^{i}a *2. m. corr. P* 16 maurianes *V* marinianis *It. Ant. p. 130, 5* 17 superiore *V* 20 iouenalia *V* 22 morsa *V* 23 leutuano *V* 24 ciliciales *V* cibalas *It. Ant. p. 131, 2* 25 cęlena *V*

Wess

563 4 mansio Ulmo . . . . mil XI
5 mutatio Spaneta . . . . mil X
6 mutatio Vedulia . . . . mil VIII
7 Ciuitas Sirmium . . . . mil VIII
8 Fit ab Aquileia Sirmium usque milia CCCCXII,
9 mansiones XIIII, mutationes XXXVIIII.

---

10 mutatio Fossis . . . . mil VIIII
11 Ciuitas Bassianis . . . . mil X
12 mutatio Nouiciani . . . . mil XII
13 mutatio Altina . . . . mil XI
14 Ciuitas Singiduno . . . . mil VIII
564 1 Finis Pannoniae et Misiae.
2 mutatio Ad Sextum . . . . mil VI
3 mutatio Tricornia Castra . . . . . . mil VI
4 mutatio Ad Sextum Miliare . . . . . mil VII
5 Ciuitas Aureo Monte . . . . mil VI
6 mutatio Vingeio . . . . mil VI
7 Ciuitas Margo . . . . mil VIIII
8 Ciuitas Viminatio . . . . mil X,
9 ubi Diocletianus occidit Carinum.
10 mutatio Ad Nonum . . . . mil VIIII
565 1 mansio Municipio . . . . mil VIIII
2 mutatio Iouis Pago . . . . mil X

1—22 cf. It. Ant. p. 131, 3—134, 1

1 ulmos uicus *It. Ant. p. 131, 3* 2 X *in rasura 1. m. V* 3 uidualia *V* 4 sirmi *It. Ant. p. 131, 4* 5 CCCCXII *primum C obscuriore atramento 2. m. add. P. numeri collecti efficiunt* CCCCXI. *It. Ant. p. 124, 2 inter Aquileiam et Sirmium* CCCCI *m. p. interesse dicuntur* 6 mansiones XIIII *2. m. corr. in* XVII *P; reuera sunt XVI* 8 bassianes *V* 11 singiduno castra *It. Ant. p. 132, 1* 12 fines *V* misie *V* 15 *hunc uersum om. V* ad sextū miliarē *P* 17 uinceia *It. Ant. p. 132, 3* 19 uiminacio *V et It. Ant. p. 133, 2* 20 dioclicianus *V* 21 mut. ad nonū. mil. VIIII *P* 22 mans. muncipio *P* munecipio *V* 23 ioues *V*

Wess.

565 3 mutatio Bao . . . . mil VII

4 mansio Idomo . . . . mil VIIII

5 mutatio Ad Octauum . . . . mil VIIII

6 mansio Oromago . . . . mil VIII

7 Finis Myssiae et Daciae.

8 mutatio Sarmatorum . . . . mil XII

9 mutatio Cametas . . . . mil XI

566 1 mansio Ipompeis . . . . mil VIIII

2 mutatio Rappiana . . . . mil XII

3 Ciuitas Naisso . . . . mil XII

4 mutatio Redicibus . . . . mil XII

5 mutatio Ulmo . . . . mil VII

6 mansio Romansiana . . . . mil VIIII

7 mutatio Latina . . . . mil VIIII

8 mansio Turribus . . . . mil VIIII

9 mutatio Translitis . . . . mil XII

10 mutatio Ballanstra . . . . mil X

11 mansio Meldia . . . . mil VIIII

12 mutatio Scretisca . . . . mil XII

567 1 Ciuitas Serdica . . . . mil XI

2 Fit a Syrmium Serdica usque milia CCCXIIII,

3 mutationes XXIIII, mansiones XIII.

---

4 mutatio Extuomne . . . . mil VIII

5 mansio Buragara . . . . mil VIIII

6 mutatio Sparata . . . . mil VIII

7 mansio Iliga . . . . mil X

2—26 cf. It. Ant. p. 134, 2—136, 1

2 idimo *It. Ant. p. 134, 2* 4 horreo margi *It. Ant. p. 134, 3* *uersus 5 et 6 om. V* et asiae *P* 7 caminitas *V* 8 pompeis *It. Ant. p. 134, 4* 9 rampiana *V* 11 *hunc uersum om. V* 13 remisiana *It. Ant. p. 135, 1* 16 translites *V* 19 scretesca *V* 21 sirmia *V* *numeri collecti efficiunt CCCXVII, mutationes sunt XXXIIII, mansiones XIIII.* 23 extuome *V* 24 buracara *V* bagaraca *It. Ant. p. 135, 5* mil VIII *V* 26 hilica *V* helice *It. Ant. p. 136, 1* (elice *P*)

Wess.			
567	8	mutatio Soneio	mil VIIII
	9	Finis Daciae et Traciae.	
	10	mutatio Ponte Ucasi	mil VI
	11	mansio Bona Mansio	mil VI
568	1	mutatio Alusore	mil VIIII
	2	mansio Basapare	mil XII
	3	mutatio Tugugero	mil VIIII
	4	Ciuitas Filopopuli	mil XII
	5	mutatio Syrnota	mil X
	6	mutatio Paramuole	mil VIII
	7	mansio Cillio	mil XII
	8	mutatio Carassura	mil VIIII
	9	mansio Arzo	mil XI
	10	mutatio Palae	mil VII
	11	mansio Castozobra	mil XI
	12	mutatio Rhamis	mil VII
569	1	mansio Burdista	mil XI
	2	mutatio Daphabae	mil XI
	3	mansio Nicae	mil VIIII
	4	mutatio Tarpodizo	mil X
	5	mutatio Urisio	mil VII
	6	mansio Virgolis	mil VII
	7	mutatio Narco	mil VIII
	8	mansio Drizupara	mil VIIII

4—24 cf. It. Ant. p. 136, 2—137, 7 *20—24 cf. etiam It. Ant. 323, 1—323, 3*

1 mut̄ *ex aliis litteris 2. m. corr. P* mut̄. SO. *V* 2 fines *V* dacie *P* datię *V* 3 ponteugas *V* 4 *ab Helice XXI m. p. mansio Lissas collocatur It. Ant. p. 136, 2* 6 bessapara *It. Ant. p. 136, 3* 8 eilopopuli *P* philippopoli *It. Ant. p. 136, 4* 9 sernota *V* 11 cillis *It. Ant. p. 136, 5* 13 arso *It. Ant. p. 136, 7* 15 subzupara *uel* sazanara *It. Ant. p. 137, 1* 16 rammes *V* 17 busdicta *V* burdicta, burdipa *It. Ant. p. 137, 2* 18 dapabe mil X *V* 20 iarpodico *2. m. corr. P* arboditio *V* burtudizo *It. Ant. p. 137, 5* burdidizo *p. 323, 1* 22 uirgoles *V* bergule *It. Ant. p. 137, 6 et 323, 2* 23 narco *2. m. corr. in* nargo *P* 24 dritiopara *V* drizipara *It. Ant. p. 137, 7* druzipara *p. 323, 3*

Wess.

569 9 mutatio Tipso . . . . mil X
10 mansio Tunorullo . . . . mil XI
570 1 mutatio Beodizo . . . . mil VIII
2 Ciuitas Heraclea . . . . mil VIIII
3 mutatio Baunne . . . . mil XII
4 mansio Salamembria . . . . mil X
5 mutatio Callum . . . . mil X
6 mansio Atyra . . . . mil X
7 mansio Regio . . . . mil XII
8 Ciuitas Constantinopoli . . . . mil XII
571 1 Fit a Serdica Constantinopolim milia CCCCXIII,
2 mutationes XII, mansiones XX.
3 Fit omnis summa a Burdigala Constantinopolim
4 uicies bis centena uiginti unum milia,
5 mutationes CCXXX, mansiones CXII.

---

6 Item ambulauimus Dalmatico et Zenofilo cons. III.
7 kal. Iun. a Calcidonia et reuersi sumus Con-
8 stantinopolim VII. kal. Ian. consule suprascripto.
9 A Constantinopoli transis Pontum, uenis Calcedo-
10 niam, ambulas prouintiam Bithiniam.

2—4 cf. It. Ant. p. 138, 1—138, 2 *2—10 cf. etiam It. Ant. p. 323, 4—323, 8*

1 mil VIII *V* 2 tunorollo *V* izirallo *It. Ant. p. 138, 1* tirallo *p. 323, 4* mil VIII *V* *inter Drizupara et Izirallo XVI m. p. esse feruntur It. Ant. p. 138, 1 et 323. 4* 3 mil VIIII *V* 4 herachlea *1. m. corr. P* eraclea *V* heraclia *It. Ant. p. 138, 2* perintho herac. m. p. XVIII, *It. Ant, p. 323. 5 quocum congruunt numeri codicis V* 5 baunne *V* 6 salambrie *V* 7 eallum *V* 8 alesra *V* 10 Ciuitates *2. m. corr. P* 11 constantinopoli *V* mille *2. m. corr. P. Numeri collecti efficiunt CCCXLVIIII; mutationes autem sunt XXXVII, mansiones XVIII* 13 omnes *V* bordegala *V* constantinopoli *V* 14 *singuli numeri collecti efficiunt MMCLXVII, summae sex itinerum in codice indicatae MMCXXXVI* 15 *sunt potius mutationes CCVIII, mansiones LXXXVIII; si summas supra scriptas collegeris, inuenies mutationes CXCII, mansiones LXXXVIIII* 16 dalmaticei zenofilo const̄ *P* zenophilo consolibus *V* 17 đ III kal. jun *V* calcedonia *V* constantinopoli *V* 18 VIII *V* COS UPŌ *V* 19 calcedonia *V* prouinciam bitynam *V*

Wess.

571 11 mutatio Nassete . . . . mil VII S
572 1 mansio Pandicia . . . . mil VII S
2 mutatio Pontamus . . . . mil XIII
3 mansio Libissa . . . . mil VIIII
4 Ibi positus est rex Annibalianus, qui fuit
5 Afrorum.
6 mutatio Brunga . . . . mil XII
7 Ciuitas Nicomedia . . . . mil XIII
8 Fit a Constantinopolim Nicomedia usque milia...
9 VIII, mutationes VII, mansiones III.

---

573 1 mutatio Hyribolum . . . . mil X
2 mansio Libum . . . . mil XI
3 mutatio Liada . . . . mil XII
4 Ciuitas Nicia . . . . mil VIII
5 mutatio Schinae . . . . mil VIII
6 mansio Mido . . . . mil VII
7 mutatio Chogeae . . . . mil VI
8 mutatio Thateso . . . . mil X
9 mutatio Tutaio . . . . mil VIIII
10 mutatio Protunica . . . . mil XI
11 mutatio Artemis . . . . mil XII

2—19 cf. It. Ant. p. 139, 3—141, 3

1 narsite *V* VII *V* VIII *sed per postremam lineolam haec nota 2. m. ducta est S P ititem in linea 2* 2 panticio *It. Ant. p. 139, 3* 4 libosa *V* 7 brunca *1. m, corr. m. 2 in* brunga *P* mil VIIII *V* 9 a constantinopoli *V* mił. VIII. mutatioñ (*uirgula 2. m. add.*) VII. mans VIII (V *1. m. expunct.*) *P* milia L *V*; *sunt autem numeris collectis milia LXII; LXI efficiuntur It. Ant. p. 231, 1—3* 11 hiribolum *V* 12 libo *It. Ant. p. 140, 3* X *V rectiorem esse numerum XI apparet ex. Itin. Ant.* 14 VIIII *V ne id quidem recte, cf. It. Ant.* 15 schene *V* 16 moedo orientis *It. Ant. p. 141, 2* mido *ubi* o *2. m. ex* e *corr. P* 17 chogia *V* 19 mañ. tutado mil. VIII *V* mut. tutaio mił VIIII *P* tottaio *It. Ant. p. 141, 3* 20 protoniaca *V*

Wess.
574 1 mansio Dablae . . . . mil VI
2 mansio Ceratae . . . . mil VI
3 Finis Bithiniae et Galatiae.
4 mutatio Finis . . . . mil X
5 mansio Dadastan . . . . mil VI
6 mutatio Trans Monte . . . . mil VI
7 mutatio Milia . . . . mil XI
8 Ciuitas Iuliopolis . . . . mil VIII
9 mutatio Hycronpotamum . . . . . . mil XIII
10 mansio Agannia . . . . mil XI
11 mutatio Ipetobrogen . . . . mil VI
575 1 mansio Mnizos . . . . mil X
2 mutatio Prasmon . . . . mil XII
mansio Malagordis . . . . mil VIIII
3 mutatio Cenaxem paludem . . . . . mil XIII
4 Ciuitas Anchira Galatia . . . . mil XIII
5 Fit a Nicomedia Anchira Galatia usque
6 milia CCLVIII,
7 mutationes XXVI, mansiones XII.

---

8 mutatio Delemna . . . . mil X
9 mansio Curueunta . . . . mil XI

1—21 cf. It. Ant. p. 141, 4—143, 2

1 doblę *V* dablis *It. Ant. p. 141, 4* 2 ceratę *V* 3 fines bitinię et galacię *V* 4 fines *V* 5 dadartano *V* dabastana *It. Ant. p. 142, 1* 7 melia *V* 9 hyponcrotamū *2. m. corr. P* hicronpotamū *V* 10 laganeos *It. Ant. p. 142, 3* 11 p[i]etobrogen *corr. 1. m. P* petobrogen *V* 12 sinonizous *V uidetur esse eadem mansio, quae It. Ant. p. 142, 4* minizo *uocatur* 13 trasmon *V* 14 *hunc uersum om. P; mansio Manegordo collocatur XXVIII m. p. a Minizo It. Ant. p. 142, 5* 15 cenaxempalidem *P* cenaxempalide *V* 16 galacię *V* mil XIII *om. P* 17 ancira galacia *V* 19 mut. XVI *V numeri collecti efficiunt CCXLIIII uel, omissis numeris mans. Malogordis mil VIIII et Ciuitas Anchira mil. XIII, mil. CCXII, mansiones autem sunt XI.* 21 curueonta *V* corbeunca uel curbeunca *It. Ant. p. 143, 2*

Wess.

575 10 mutatio Rosolodiaco . . . . mil XII
11 mutatio Aliassum . . . . mil XIII
12 Ciuitas Aspona . . . . mil XVIII
576 1 mutatio Galea . . . . mil XIII
2 mutatio Andrapa . . . . mil VIIII
3 Finis Galatiae et Cappadociae.
4 mansio Parnasso . . . . mil XIII
5 mansio Iogola . . . . mil XVI
6 mansio Nitalis . . . . mil XVIII
7 mutatio Argustana . . . . mil XIII
8 Ciuitas Colonia . . . . mil XVI
577 1 mutatio Momoassan . . . . mil XII
2 mansio Anathiango . . . . mil XII
3 mutatio Chusa . . . . mil XII
4 mansio Sasima . . . . mil XII
5 mansio Andauilis . . . . mil XVI
6 Ibi est uilla Pampati, unde ueniunt equi curules.
7 Ciuitas Thiana . . . . mil XVI
578 1 Inde fuit Appollonius magus.
2 Ciuitas Faustinopoli . . . . mil XII
3 mutatio Caena . . . . mil XIII
4 mansio Opodanda . . . . mil XII

1—22 cf. It. Ant. p. 143, 3—145, 4 et p. 206, 1 ss.

1 rosolodiacho *V* rosolaciaco *It. Ant. p. 143, 3* orsolagiaco *p. 206, 1* 2 aliasū *V* 3 arpona *P* aspona *It. Ant. 143, 4 et 206, 2* 4 mutuatio *2. m. corr. P* 6 gallatiae *2. m. corr. P* fines galacię et cappađ *V* 8 iogula *V* ozzala *It. Ant. p. 144, 2* 9 nitazi *It. Ant. p. 144, 3* 10 XIIII *quo eraso manu recentiore* VIII *suprascriptum est V* 11 coloniam Arcilaida *It. Ant. p. 144, 4* milia XV *V* 13 mummoasum *1. m. ex* mummuasum *corr. V* 13 anachiango mil XIII *V* nantianulus *It. Ant. p. 144, 5* 15 sasemạ *V* 16 andauiles *V* andabilis *It. Ant. p. 145, 1* 17 pammati *V* aequi ı ∷ (ui *erasum*) *P* curulis *2. m. corr. P* curoles *V* 18 mil XVI *om. P* thyana mil XVIII *V* tiana mpm XVI *It. Ant. p. 145, 2* 19 apollonius *V* 20 mil ·X· *V* faustinopolim mpm XVIII *It. Ant. p. 145, 3* 21 cona mil VIIII *V* 22 opodando *V* podando *It. Ant. p. 145, 4*

Wess.

5 mutatio Pilas . . . . mil XIIII

579 1 Finis Cappadociae et Ciliciae.

2 mansio Mansucrinae . . . . mil XII

3 Ciuitas Tharso . . . . mil XII

4 Inde fuit apostolus Paulus.

5 Fit ab Anchira Galatia Tharso usque milia CCCXLIII,
580 1 mutationes XXV, mansiones XVIII.

---

2 mutatio Pargais . . . . mil XIII

3 Ciuitas Adana . . . . mil XIIII

4 Ciuitas Mansista . . . . mil XVIII

5 mutatio Tardequeia . . . . mil XV

6 mansio Catauolo . . . . mil XVI

7 mansio Baiae . . . . mil XVII

8 mansio Alexandria Scabiosa . . . . . mil XVI

581 1 mutatio Pictanus . . . . mil VIIII

2 Fines Ciliciae et Syriae.

3 mansio Pangrios . . . . mil VIII

4 Ciuitas Antiochia . . . . mil XVI

5 Fit a Tharso Cilicia Antiochiam milia CXLI,
6 mutationes X, mansiones VII.

---

7 ad palatium Dafne . . . . mil V

582 1 mutatio Hysdata . . . . mil XI

3—18 cf. It. Ant. p. 145, 5—146, 4

1 mil XIII *V* 2 fines *V* 3 mansuerine (c supra e) *2. m. corr. P* nampsucrone *It. Ant. p. 145, 5* 4 tarso cilicie *V* fui (t supra lineam) *supra lineam 1. m. add. V* 6 gallatia *corr. 2. m. P* galacia *V* tarso *V* *numeri collecti efficiunt CCCXVII, si addideris 577, 7 numerum XVI, mutationes sunt XXIIII, mansiones XIIII* 8 pargas *V* 9 abdana *corr. 2. m. P* gadana *V* 12 mans. catauo lomis *P* catabolo *It. Ant. p. 146, 1* 13 bais *It. Ant. p 146, 2* 15 platanus *V* 16 fines *PV corr. 2. m. P* et *add. 2. m. P* 17 pagrius *V* pagris *It. Ant. p. 146, 4* 18 anchiotia *V* 19 tarso cilicie *V* anchiochia usque *V* mil *add. 2. m. P* *numeri collecti efficiunt CXLII* 22 stadata *V*

Wess.

582 2 mansio Platanus . . . . mil VIII
3 mutatio Bachaias . . . . mil VIII
4 mansio Cattelas . . . . mil XVI
5 Ciuitas Ladica . . . . mil XVI
6 Ciuitas Gauala . . . . mil XIIII
7 Ciuitas Balaneas . . . . mil XIII
8 Finis Syriae Coelis et Foenicis.
9 mutatio Maraccas . . . . mil X
10 mansio Antaradus . . . . mil XVI
11 est ciuitas in mare a ripa mil II.
12 mutatio Spiclin . . . . mil XII
583 1 mutatio Basiliscum . . . . mil XII
2 mansio Arcas . . . . mil VIII
3 mutatio Bruttus . . . . mil IIII
4 Ciuitas Tripoli . . . . mil XII
5 mutatio Triclis . . . . mil XII
6 mutatio Bruttos alia . . . . mil XII
7 mutatio Alcobile . . . . mil XII
8 Ciuitas Birito . . . . mil XII
9 mutatio Heldua . . . . mil XII
10 mutatio Porphirion . . . . mil VIII
11 Ciuitas Sidona . . . . mil VIII

* * *

12 Ibi Helias ad uiduam ascendit et petiit sibi cybum.
13 mutatio Ad Nonum . . . . mil IIII

1—22 cf. It. Ant. p. 147, 2—149, 2

1 platanos *It. Ant. p. 147, 2* 2 baccaias *V* 3 çatelas *corr. 2. m. V* catela *It. Ant. p. 148, 1* 4 lasdeca *V* laudicia *It. Ant. p. 147, 4* 5 gabala *V et It. Ant. p. 148, 1* XIII *V* XVIII *It. Ant.* 6 balanea mpm XXIIII *It. Ant. p. 148, 2* 7 fines *V* fohine *V* 9 antarado *It. Ant. p. 148, 3* 12 baselisco *V* 14 brutius *corr. 2. m. P* 15 trepoli *V* 16 trecles *V* 17 bratto salia *V* 18 alcouile *V* 19 bireto *V* berito *It. Ant. p. 149, 1* 20 helduṣ[a]e *corr. 2. m. P* eldua *V* 21 parphirion *P* parpinon *V* 22 Inde Sarepta mil VIIII *add. V, recte, ut uidetur* 23 cibum *V* 24 *numerus corruptus uidetur; inter Sidona et Tyrum milia XXIIII statuit It. Ant. p. 149, 3*

Wess.

584 1 Ciuitas Tyro . . . . mil XII
2 Fit ab Antiochia Tyro usque milia CLXXIIII,
3 mutationes XX, mansiones XI.

---

4 mutatio Alexandroschene . . . . mil XII
5 mutatio Ecdeppa . . . . mil XII
6 Ciuitas Ptolomaida . . . . mil VIII
7 mutatio Calamon . . . . mil XII
8 mansio Sicamenos . . . . mil III
585 1 Ibi est mons Carmelus, ubi Helias sacrificium faciebat.
2 mutatio Certha . . . . mil VIII
3 Finis Syriae et Palestinae.
4 Ciuitas Caesarea Palestina, id est Iudaea mil VIII
5 Fit a Tyro Caesarea Palestina milia LXXIII,
6 mutationes II, mansiones III.
7 Ibi est balneus Cornelii centurionis, qui multas
8 aelymosinas faciebat. In tertio miliario est mons
586 1 Syna, ubi fons est in quem mulier si lauerit,
2 grauida fit.
3 Ciuitas Maximianopoli . . . . mil XVII
4 Ciuitas Stradela . . . . mil X
5 Ibi sedit Achab rex et Helias prophetauit; ibi est
6 campus, ubi Dauid Goliat occidit.
7 Ciuitas Sciopoli . . . . mil XII
587 1 Aser, ubi fuit uilla Iob . . . . mil VI
2 Ciuitas Neapoli . . . . mil XV

1—8 cf. It. Ant. p. 149, 3—5

2 anciocia *V numeri collecti efficiunt CCLVII, mutationes sunt XXIIII* 4 alexadroschene *V* 5 ecdeppa *altero* p *2. m. ex* t *correcto ut uidetur P* hec deppa *V* 6 Ciuit ptolomaida. m̄. VIII *P* ptomaida mil VIIII *V* 7 calomon *V* 8 secaminus *V* sycamina *It. Ant. p. 149, 5* 10 cirtha *V* 9 ibi *V* 11 fines *corr. 2. m. P* fines syrię finices et palestinę *V* 12 palastina *V* iudea *V* mil VII *V* 13 tiro *V* *numeri collecti efficiunt LXIII, mutationes sunt VII* 15 cornilii *corr. 2. m. P* corneli *V* centoriones *V* 16 elymosynas *V* Inde est .III. miliario *V* 18 graueda *V* 19 maxianopoli *P* mil XVIII *V* 20 isdradela *V* 21 acap *V* 22 goliā *V* 23 cithopoli *V* 24 XVI *V* 25 neapolini *V*

Wess.

587, 3 Ibi est mons Agazaren; ibi dicunt Samaritani Abraham sacrificium obtulisse, et ascenduntur ad summum montem gradi numero CCC. Inde ad pede montis ipsius locus est,
588 cui nomen est Sechim. Ibi positum est monumentum, ubi positus est Ioseph in uilla, quam dedit ei Iacob pater eius. Inde rapta est et Dina filia Iacob a filiis Amorreorum. Inde passus mille locus est, cui nomen Sechar, unde descendit mulier Samaritana ad eundem locum, ubi Iacob puteum fodit, ut de eo aquam impleret, et dominus noster Iesus Christus cum ea locutus est; ubi sunt et arbores platani, quas plantauit Iacob, et balneus, qui de eo puteo lauatur.

Inde milia XXVIII euntibus Hierusalem in parte sinistra est uilla, quae dicitur Bethar. Inde passus mille est locus, ubi Iacob, cum iret in Mesopotamia, addormiuit, et est ibi arbor amigdala, et uidit uisum, et angelus cum eo luctatus est. Ibi fuit rex Hieroboam, ad quem missus fuit propheta,
589 ut conuerteretur ad deum excelsum, et iussum fuerat prophetae, ne cum pseudoprophetam, quem secum rex habebat, manducaret, et quia seductus est a pseudoprophetam et cum eo manducauit rediens, occurrit prophetae leo in uia et occidit eum leo.

589, 6 Inde Hierusalem . . . milia XII.

16 cf. I Reg. c. 13

1 agazam *V* ubi *V* samaretani *corr. 2. m. P* 2 ascenditur usque montem summum gradibus *S* 3 gradi/// *P* num̄ *1. m.*, nū. m̄ *corr. 2. m. P* numerum *V* pedem *VS* montes *V* 4 est *om. S* sicem *V* sichem *S* positum *om. V* monimentum *V* ibi positus est *S* 6 et *om. V* 7 milia *S* sicar *V* sichar *S* discendit *V* 8 ibi iacob *S* 9 aqua *P* implerit *V* noster *om. VS* 10 et *om. P* platani] plantati *S* 11 palneos *S* de eo] deo *V* 13 qui, *corr. 1. m. ut uidetur in* que *V* betar *V* est *om. V* 14 ubi *om. S* in mesopotamiam *S* dormiuit *V* obdormiuit *S* et *om. V* est *om. S* 15 amigdalę *V* amigdoli *S* uisa *V* locutus *S* 17 conuertatur *S* 18 seodoprophetam *V* pseudoprophete *S* quos *S* secum habebat rex *V* rex secum habebat *S* 19 ad seodopropheta *V* et quia—manducauit *om. S* 20 et *om. S* 21 leo *om. VS*

Wess.

Fit a Caesarea Palestina Hierusalem usque milia CXVI, mansiones IIII, mutationes IIII.

Sunt in Hierusalem piscinae magnae duae ad latus templi, id est una ad dextera, alia ad sinistra, quas Salomon fecit, interius uero ciuitati sunt piscinae gemellares, quinque porticos habentes, quae appellantur Betsaida. Ibi aegri multorum annorum sanabantur. Aqua autem habent hae piscinae in modum coccini turbatam. Est ibi et crepta, ubi Salomon
590 daemones torquebat. Ibi est angulus turris excelsissimae, ubi dominus ascendit, et dixit ei his, qui temptabat eum .... Et ait ei dominus: Non temptabis dominum deum tuum, sed illi soli seruies. Ibi est et lapis angularis magnus, de quo dictum est: Lapidem, quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est ad capud anguli. Et sub pinna turris ipsius sunt cubicula plurima, ubi Salomon palatium habebat. Ibi etiam constat cubiculus, in quo sedit et sapientiam descripsit; ipse uero cubiculus uno lapide est tectus. Sunt ibi et excepturia magna aquae sub-
591 terraneae et piscinae magno opere aedificatae. Et in aede ipsa,

11 Matth. 4, 7 Luc. 4, 12 12 Matth. 4, 10 Luc. 4, 8 13 Matth. 21, 42 Luc. 20, 17 Psalm. 118, 22

1 ad *S* hierusalem *om. V* usque in hierusalem *S* *numeri collecti efficiunt C* 2 manš. IIII, *primum I add. 2. m. P* mutationes IIII *om. V* *Titulus:* DE VIRTVTIBVS HIERVSAŁ *S* 3 alatus *P* 4 ad dexterā (∼ *2. m.*) *P* ad dextris *S* et alia *V* ad sinistrā (∼ *2. m.*) *P* a sinistris *S* 5 ciuitate *V* ciuitatis *S* pigne *S* gemillares *V* porticos (v) *corr. 2. m. P* porticus *V* 6 uaetaida (bets) *corr. 2. m. P* uetaidę *littera* t *in ras. V* bethsaide *S* 7 sanantur *S* aquā (∼ *2. m.*) *P* aquam *S* habentę piscinę *V* habent in modum piscine *S* 8 cocci natura *V* coccini turbatum *S* et *om. V* et ibi *S* cripta *V* adscripta *S* 9 demon ac torquebat *S* Et ibi *S* angulis (v) *corr. 2. m. P* 10 his *corr. 2. m. P* his *om. S* 11 *edd. addunt:* si filius dei es, mitte te deorsum. 12 Et ibi est *S* 14 aedificantes—pinna *om. S* hic factus est] item *P* caput *VS* 15 turre *V* 16 ibi *om. S* ibi sedit *S* 17 discripsit *V* describsit *S* 18 scepturia *V* excepturiae *S* magne *S* subterranę *corr. 2. m. P* subterrinae *S* 19 edificatae *V* in ędem ipsam *V* in aede ipsam *corr. 2. m. P* in eadem ipsa *S*

Wess.
ubi templum fuit, quem Salomon aedificauit, in marmore ante
aram sanguinem Zachariae ibi dicas hodie fusum, etiam parent
uestigia clauorum militum, qui eum occiderunt, per totam
aream, ut putes in cera fixum esse. Sunt ibi et statuae duae
Adriani, est et non longe de statuas lapis pertusus, ad quem
ueniunt Iudaei singulis annis et unguent eum et lamentant
se cum gemitu et uestimenta sua scindunt et sic recedunt.
Est ibi et domus Ezechiae regis Iudae.

Item exeuntibus Hierusalem, ut ascendas Sion, in parte
592 sinistra et deorsum in ualle iuxta murum est piscina, quae
dicitur Silua; habet quadriporticum; et alia piscina grandis foras. Haec fons sex diebus atque noctibus currit, septima uero die est sabbatum; in totum nec nocte nec die currit. In eadem ascenditur Sion et paret, ubi fuit domus Caifae sacerdotis, et columna adhuc ibi est, in qua Christum flagellis ceciderunt. Intus autem intra murum Sion paret locus, ubi palatium habuit Dauid. Et septem synagogae, quae illic fuerunt, una tantum remansit, reliquae autem arantur et seminantur, sicut Isaias propheta dixit.

593 Inde ut eas foris murum de Sion, euntibus ad porta Nea-
politana ad partem dextram deorsum in ualle sunt parietes,
ubi domus fuit siue praetorium Ponti Pilati; ibi dominus
auditus est, antequam pateretur; a sinistra autem parte est
594 monticulus Golgotha, ubi dominus crucifixus est. Inde quasi
ad lapidem missum est cripta, ubi corpus eius positum fuit

19 cf. Isai. c. 1, 8

1 quod *S* salom. *S* 2 zaccharię *V* Ibi *PV om. S* dicunt usque hodie *S* hodię *V* quod etiam *S* parentū *corr. 2. m. P* 3 in totam *P* 4 ut pote s.incera *corr. 2. m. P* fixum fuisse *S* 5 hadriani *V* adriaria *S* et est *S* pertunsus *S* 8 est ibi et domus, et *1. m. suprascr. P* 9 Inter euntibus *S* in hierl̄m *P* 10 qui *S* silua, o *ex* u *corr. 2. m. P* grandes *V* 12 septimo autem die *S* 13 nec die nec nocte *S* 14 caiphae *S* 16 caeciderī *P* cederunt *VS* Itus *S* parit *V* 17 palacium *V* quam habuit *S* septe *V* synagoge *V* sinagoge *S* fuerant *V* 19 esaias *V* 20 murus *V* ad portā neappolitanā, ∼ *corr. 2. m. P* portam *VS* napolitanam *V* neapolitanam *S* 21 partem, t *ex* i *corr. 2. m. P* dexteram *S* 22 sine *S* pontii *alt.* i *2. m. P* pontii *S* ubi *VS* 23 ad *V* 24 golgutta *V* 25 scripta *S*

et tertia die resurrexit: ibidem modo iusso Constantini impe-
ratoris basilica facta est, id est dominicum, mirae pulchri-
tudinis, habens ad latus excepturia, unde aqua leuatur, et
balneum a tergo, ubi infantes lauantur.

Item ab Hierusalem euntibus ad porta, quae est contra
oriente, ut ascendatur in monte Olineti, uallis quae dicitur
Iosafath; ad partem sinistram, ubi sunt uineae, est et petra
5 ubi Iudas Scarioth Christum tradidit, a parte uero dextra est
arbor palmae, de qua infantes ramos tulerunt et ueniente
Christo substrauerunt. Inde non longe quasi ad lapidem mis-
sum sunt monumenta duo monubiles mirae pulchritudinis
facta: in unum positus est Isaias propheta, qui est uere mo-
nolitus, et in alio Ezechias, rex Iudaeorum.

Inde ascendis in montem Oliueti, ubi dominus ante passione
apostolos docuit. Ibi facta est basilica iusso Constantini. Inde
non longe est monticulus, ubi dominus ascendit orare et ap-
paruit illic Moyses et Helias, quando Petrum et Iohannem
6 secum duxit. Inde ad orientem passus mille quingentos est
uilla, quae appellatur Bethania. Est ibi cripta, ubi Lazarus
positus fuit, quem dominus suscitauit.

Item ab Hierusalem in Hiericho milia XVIII.

Descendentibus montem in parte dextra retro monumentum

1 tercia die surrexit *V* ibi *V* iusso *corr. 2. m. P* iussu *S* 2 mire pulchre *S* 3 exceptoria, o *ex* u *corr. 2. m. P* excepturiae *S* lauatur *S* 4 atergo *V* a dergo *S* labantur *V* 5 ad portā, ∼ *2. m. P* portam *VS* 6 orientē, ∼ *2. m. P* orientem *S* ascenditur *S* in montem *S* ualles *V* 7 iosaphat *S* ad parte sinistrā *V* uinae *S* est *om. S* 8 prata *V* iuda *P* scariot *V* ad parte *V* autem dextera *S* est *om. S* 9 rama *S* tollerunt *V* detulerunt *S* 10 non *om. S* ad *om. S* lapidis, i *ex* e *corr. 2. m. P* lapides *V* 11 monouiles *V* munibulis *S* 12 positum est aesaias *S* esaias *V* monolitus] munibulis *S* 13 et in alio—Iudaeorum *om. S* ezezias *V* 14 ascendes *V* in montem in montem *S* passionē ∼ *2. m. P* passionē *V* 15 discipulos *S* iusso *corr. 2. m. P* iussu *S* mire puchritudinis *add. S* 16 Ibi apparuit illi *S* 17 elias *S* 18 oriente *V* quingentus *V* 19 uetania *corr. 2. m. P* uetania *V* Ibi est scripta *S* 20 positus est *V* fuit positus *S* suscitauit dominus *S* 21 hierico *V* 22 de monte *S* dextera *S*

Wess.

est arbor sicomori, in qua Zachaeus ascendit, ut Christum uideret. A ciuitate passos mille quingentos est ibi fons Helisei prophetae.

Antea si qua mulier ex ipsa aqua bibebat, non faciebat natos. Ad latum est uas fictile. Helyseo misit in in eo sales et uenit et stetit super fontem et dixit: Haec dicit dominus: sanaui aquas has; ex eo si qua mulier inde biberit, filios
597 faciet. Supra eandem uero fontem est domus Rachab fornicariae, ad quam exploratores introierunt et occultauit eos, quando Hiericho euersa est, et sola euasit. Ibi fuit ciuitas Hiericho, cuius muros girauerunt cum arca testamenti filii Israel et ceciderunt muri. Ex eo non paret nisi locus, ubi fuit arca testamenti et lapides duodecim quos filii Israel de Iordane leuauerunt. Ibidem Iesus filius Naue circumcidit filios Israel et circumcisiones eorum sepeliuit.

Item ab Hiericho ad mare mortuo milia nouem. Est aqua ipsius ualde amarissima, ubi in totum nullius generis piscis est nec aliqua nauis, et si qui hominum miserit se, ut natet,
598 ipsa aqua eum uersat. Inde ad Iordane, ubi dominus a Iohanne baptizatus est milia quinque. Ibi est locus super flumen, monticulus in illa ripa, ubi raptus est Helias in caelo.

4 cf. II Reg. 2, 19 ss. 6 II Reg. 2, 21

1 sigomori *corr. 2. m. P* sichomori *V* in quam *S* descendit *S* 2 uiderit *V* passos (v *2. m.*) *P* passus *VS* mille *D (sic) V* mille quing. est ibi *om. S* 4 antea] id̄ & *S* //ex *ante* ex *rasura P* 5 helysei i *ex* o *corr. 2. m. P* heliseo *V* helisei et *S* in eos‿ales *corr. 2. m. P* 6 supra *S* dixit *om. S* 7 inde biberit] haberet *S* filius faciit *V* 8 eandem *corr. 2. m. P* uero *om. S* raab *VS* 10 hiericho *om. S* uersa *P* 11 hierico *V* murus *V* archa *S* testamenti *om. S* 12 caecider̄ *P* 13 archa *S* XII *PS* quos leuauerunt de Iordanen filii Israel *S* isrl̄ *V* 14 ibi *S* 15 circumcisio *S* 16 Item It *in rasura 2. m. P* Ita hiericho *S* hierico *V* mortuo *corr. 2. m. P* id̄ VIII *S* VIIII *V* 17 nullis *S* 18 naues *V* quis *S* et natet *S* 19 Inde a iordane *P* De iordanen *S* de iohanne *S* 20 V *VS* est locus super—ripa ubi *om. V* supra *S* 21 caelo *corr. 2. m. P*

Item ab Hierusalem euntibus Bethleem milia quattuor super strata in parte dextra est monumentum, ubi Rachel posita est, uxor Iacob. Inde milia duo a parte sinistra est Bethleem. Ubi natus est dominus Iesus Christus, ibi basilica facta est iusso Constantini; inde non longe est monumentum Ezechihel. Asaph, Iob, et Iesse, Dauid, Salomon, et habet in ipsa cripta ad latus deorsum descendentibus hebraeis litteris scriptum nomina supra scripta.

Inde Bethasora milia XIIII, ubi est fons, in quo Philippus eunuchum baptizauit.

Inde Terebintho milia VIIII. Ubi Abraham habitauit et puteum fodit sub arbore terebintho et cum angelis locutus est et cibum sumpsit, ibi basilica facta est iussu Constantini mirae pulchritudinis.

Inde Terebintho Cebron milia II. Ubi est memoria per quadrum ex lapidibus mirae pulchritudinis, in qua positi sunt Abraham, Isaac, Iacob, Sarra, Rebecca et Lia.

Item ab Hierusolyma sic:

Ciuitas Nicopoli . . . . mil XXII
Ciuitas Lidda . . . . mil X
mutatio Antipatrida . . . . mil X
mutatio Betthar . . . . mil X
Ciuitas Caesarea . . . . mil XVI

1 bethlem *sic semper* *VS* mił VI *V* mił VII *S* supra strata *S* 2 in parte dextra *om.* *S* ibi rachael *S* 3 mił II *VS* a parte a *corr.* *2. m.* *P* 4 dn̄s *om.* *S* 5 iusso (v *sup.*) *corr.* *2. m.* *P* iussu *VS* ezechiel *VS* 6 asap *S* iob iesse *om.* et *V* scripta *V* 7 a latus *S* deorum *S* descentibus *S* ebreis *V* litteris *om.* *P* 8 sup scripta *P* sup̄ scripta *V* 9 bettasora *V* b&sabe dittha ossa *S* ibi est fons *S* pylyppus *V* 10 eunucum *V* 11 therebinto *P* terebinto *V* ad tyribentum *S* VIII *VS* Ibi *S* 12 terebinto *V* tyribentum *S* 13 cybum *P* sumsit *V* 14 mirae pulchritudinis *om.* *S* 15 therebintho *P* terebinto *V* terebintum *S* Ibi *VS* 16 in quo *S* 17 *in codice S hic sequuntur:* Est ciuitas Necpolim; ibi est mors Agar. Ibi dicunt Samaritani *et quae seq. p. 20, 1—21, 2, deinde:* De monte Arminiae (= *Theod. § 62 et 75 ed. Gildem.*), *denique.* De uirtutibus Hierusalem, *cf. supra p. 21, 1 ss.* hierusolima *V* *hinc duae columnae PV* 19 nicopolē *V* 22 bettarū *V*

Wess.

601 Fit omnis summa a Constantinopoli usque Hierusalem milia undecies centena LXIIII, mutationes LXVIIII, mansiones LVIII.

Item per Nicopolim Caesaream milia LXXIII S, mutationes V, mansiones III.

Item ab Heraclea per Macedoniam.

mutatio Aerea . . . . mil XVI
mansio Registo . . . . mil XII
mutatio Bedizo . . . . mil XII
Ciuitas Apris . . . . mil XII
602 mutatio Zesutera . . . . mil XII

Finis Europae et Rhodopeae.

mansio Sirogellis . . . . mil X
mutatio Drippa . . . . mil XIIII
mansio Gipsila . . . . mil XII
mutatio Demas . . . . mil XII
Ciuitas Traianopoli . . . . mil XIII
mutatio ad Unimpara . . . . mil VIII
mutatio Salei . . . . mil VII S
mutatio Melalico . . . . mil VIII
mansio Berozicha . . . . mil XV
603 mutatio Breierophara . . . . mil X

6—21 cf. It. Ant. p. 332, 6—331, 8; 16—21 cf. It. Ant. p. 322, 5—1

1 seqq. *hic desunt duo folia in cod. Veronensi.* 2 LX. IIII mł *P singuli numeri collecti faciunt MCXXXXVII, sed duo uersus numeris carent; summae autem septem itinerum in codice P indicatae efficiunt MCXIII* 3 *sunt mutationes CII, mansiones LIII; si summas in codice scriptas collegeris, efficientur mutationes XCIIII, mansiones LVIII.* 4 per nicopoli caesarea *P numeri collecti efficiunt LXVIII* 6 machedonia *P* 8 resisto *It. Ant. p. 332, 5* syracella *It. Ant. p. 332, 3* 15 gṛipsala *corr. 2. m. P* gypsala *It. Ant. p. 332, 2* 16 dymis *It. Ant. p. 333, 4 et 322, 5* 18 timpiro *It. Ant. p. 322, 3* 20 milolito *It. Ant. p. 322, 2* 21 brendice *It. Ant. p. 322, 1* brizice *It. Ant. p. 331, 8*

Wess.			
603	2	Ciuitas Maximianopoli	mil X
	3	mutatio Ad Stabulo Dio<medis> . . .	mil XII
	4	mutatio Rumbodona	mil X
	5	Ciuitas Epyrum	mil X
	6	mutatio Purdis	mil VIII
	7	Finis Rhodopeae et Macedoniae.	
	8	mansio Hercontroma	mil VIIII
	9	mutatio Neapolim	mil VIIII
	10	Ciuitas Philippis	mil X
604	1	ubi Paulus et Sileas in carcere fuerunt.	
	2	mutatio ad Duodecimum	mil XII
	3	mutatio Domeros	mil VII
	4	Ciuitas Amphipolim	mil XIII
	5	mutatio Pennana	mil X
	6	mutatio Euripidis	mil X
	7	Ibi positus est Euripidis poeta.	
605	1	mansio Apollonia	mil XI
	2	mutatio Heracleustibus	mil XI
	3	mutatio Duodea	mil XIIII
	4	Ciuitas Thessalonica	mil XIII
	5	mutatio Ad Decimum	mil X
	6	mutatio Gephira	mil X
606	1	Ciuitas Pelli, unde fuit Alexander Magnus	
	2	Macedo	mil X
	3	mutatio Scurio	mil XV
	4	Ciuitas Edissa	mil XV

1–26 cf. It. Ant. p. 331, 6—330, 5 et 321, 5—319, 3

2 stabulo dio. mł XII *P* stabulo diomedis *It. Ant. p. 331, 5* 3 rumbodona *eadem esse uidetur atque* cosinto *It. Ant. p. 321, 4* 4 topiro *It. Ant. p. 321, 3* otopisco *It. Ant. p. 331, 4* 7 acontisma *It. Ant. p. 321, 2 et 331, 3* 8 VIIII *corr. 2. m. P* 11 ad duodecim. *P* 13 amphipholim *P* 15 peripidis *P* 16 euripidis poet̄ (~ *2. m.*) *P* 17 appollonia *P* 19 duo dea *P* 23 polli *P* dio cletianopolis *It. Ant. p. 330, 6* 26 edessa *It. Ant. p. 330, 5*

Wess.

606 5 mutatio Ad Duodecimum . . . . . . mil XII
6 mansio Cellis . . . . mil XVI
7 mutatio Grande . . . . mil XIIII
8 mutatio Melitonus . . . . mil XIIII
9 Ciuitas Heraclea . . . . mil XIII
607 1 mutatio Parambole . . . . mil XII
2 mutatio Brucida . . . . mil XVIIII
3 Finis Macedoniae et Epiri.
4 Ciuitas Cledo . . . . mil XIII
5 mutatio Patras . . . . mil XII
6 mansio Claudanon . . . . mil IIII
7 mutatio In Tabernas . . . . mil VIIII
8 mansio Grandauia . . . . mil VIIII
608 1 mutatio Treiecto . . . . mil VIIII
2 mansio Hiscampis . . . . mil VIIII
3 mutatio Ad Quintum . . . . mil VI
4 mansio Coladiana . . . . mil XV
5 mansio Marusio . . . . mil XIII
6 mansio Absos . . . . mil XIIII
7 mutatio Stefanaphana . . . . mil XII
8 Ciuitas Apollonia . . . . mil XVIII
9 mutatio Stefana . . . . mil XII
10 mansio Aulona treiectum . . . . . . mil XII
609 1 Fit omnis summa ab Heraclea per Macedoniam
2 Aulona usque milia DCLXXXVIII, muta-
3 tiones LVIII, mansiones XXV.

---

4 Trans mare stadia mille, quod facit milia centum,
5 et uenis Odronto mansio mille passus.
6 mutatio Ad Duodecimum . . . . . . mil XIII

2—28 cf. It. Ant. p. 330, 4—329, 1 *2 cf. It. Ant. p. 319, 2*

1 ad duo decimũ *P* 8 ephyri *P* 24 per machedoniam *P* *25 numeri collecti efficiunt DCLXXVIIII* S *26 mutationes sunt LVIIII* 28 hydrunto *It. Ant. p. 118, 4 et 329, 1*

Wess.			
609	7	mansio Clipeas	mil XII
	8	mutatio Valentia	mil XIII
	9	Ciuitas Brindisi	mil XI
	10	mansio Spilenaes	mil XIIII
	11	mutatio Ad Decimum	mil XI
	12	Ciuitas Leonatiae	mil X
	13	mutatio Turres Aurilianas	mil XV
	14	mutatio Turres Iuliana	mil VIIII
	15	Ciuitas Beroes	mil XI
	16	mutatio Butontones	mil XI
610	1	Ciuitas Rubos	mil XI
	2	mutatio Ad Quintodecimo	mil XV
	3	Ciuitas Canusio	mil XV
	4	mutatio Undecimum	mil XI
	5	Ciuitas Serdonis	mil XV
	6	Ciuitas Aecas	mil XVIII
	7	mutatio Aquilonis	mil X
	8	Finis Apuliae et Campaniae.	
	9	mansio Ad Equum Magnum	mil VIII
	10	mutatio uicus Forno Nouo	mil XII
	11	Ciuitas Beneuento	mil X
	12	Ciuitas et mansio Claudiis	mil XII
	13	mutatio Nouas	mil VIIII
	14	Ciuitas Capua	mil XII
611	1	Fit summa ab Aulona usque Capua	

1—19 cf. It. Ant. p. 118, 3—115, 7 *3—9 cf. It. Ant. p. 315, 2—6* *19—24 cf. It. Ant. p. 112, 2—111, 7*

1 lupias *It. Ant. p. 118, 3* 3 brundisium *It. Ant. p. 118, 2* 4 speluncas mpm. XX *It. Ant. p. 118, 1* 6 egnatiae *It. Ant. p. 117, 4* 7 turribus *It. Ant. p. 117, 3* 9 uaria *It. Ant. p. 117, 2* barium *p. 315, 2* XV *ex* XI *corr. 2. m. P* 10 butuntones *corr. 2. m. P* butruntus *It. Ant. p. 117, 1* 12 ad quinto decimo *corr. 2. m. P* 15 erdonias *It. Ant. p. 116, 2* 18 apoliae *corr. 2. m. P* 19 aequum *P* equo tutico *It. Ant. p. 112, 2* 22 caudis *It. Ant. p. 111, 9*

Wess.

611 2 milia CCLXXXVIIII, mutationes
3 XXV, mansiones XIII.
4 mutatio Ad Octauum . . . . mil VIII
5 mutatio Ponte Campano . . . . mil VIIII
6 Ciuitas Sonuessa . . . . mil VIIII
7 Ciuitas Menturnas . . . . mil VIIII
8 Ciuitas Formis . . . . mil VIIII
9 Ciuitas Fundis . . . . mil XII
10 Ciuitas Tarracina . . . . mil XIII
11 mutatio Ad Medias . . . . mil X
12 mutatio Appi Foro . . . . mil VIIII
612 1 mutatio Sponsas . . . . mil VII
2 Ciuitas Aricia et Albona . . . . . . mil XIIII
3 mutatio Ad Nono . . . . mil VII
4 in urbe Roma . . . . mil VIIII
5 Fit a Capua usque ad urbem Romam milia CXXXVI,
6 mutationes XIIII, mansiones VIIII.
7 Fit ab Heraclea per Aulona in urbe Roma usque
8 milia undecies centena XIII, muta-
9 tiones XVII, mansiones XLVI.

---

10 Ab urbe Mediolanium.

11 mutatio Rubras . . . . mil VIIII

5—15 cf. It. Ant. p. 109, 1—107, 2

1 CCLXXXVIIII *recte, si iter maritimum omiseris. Cum ab Hydrunto usque Equo Tutico p. 115, 8 CCXXXV mpm statuantur, ab Equo Tutico Capuam mpm LIII It. Ant. p. 111, 7, idem fere numerus (CCLXXXVIII) efficitur.* 2 *mansiones sunt XIIII* 5 sinuessa *It. Ant. p. 108, 4* 6 minturnis *It. Ant. p. 108, 3* 7 *hinc denuo incipit cod. V* tarra[c]gina *corr. 2. m. P* terracina *It. Ant. p. 107, 5* (tarracina *P*) 9 mil VIII *V* 13 aritia et albuna *V* 14 ad ionū *V* 16 usque [ad] urbe roma *corr. 1. m. V* urbē romā (∼ *corr. 2. m.*) *P* *numeri collecti efficiunt CXXV; CXXIIII efficiuntur ex It. Ant. p. 107, 2—109, 1, mutationes sunt XIII* 18 eraclea *V* 19 mil. XI centena mil. XIII *V* *hunc numerum efficiunt trium itinerum summae supra indicatae, numeri singuli collecti faciunt MXCIII s*

Wess.

613 1 mutatio Ad Vicensimum . . . . mil XI
2 mutatio Aqua Viua . . . . mil XII
3 Ciuitas Ucriculo . . . . mil XII
4 Ciuitas Narniae . . . . mil XII
5 Ciuitas Interamna . . . . mil VIIII
6 mutatio Tribus Tabernis . . . . mil III
7 mutatio Fani Fugitiui . . . . mil X
8 Ciuitas Spolitio . . . . mil VII
9 mutatio Sacraria . . . . mil VIII
10 Ciuitas Treuis . . . . mil IIII
11 Ciuitas Fulginis . . . . mil V

614 1 Ciuitas Foro Flamini . . . . mil III
2 Ciuitas Noceria . . . . mil XII
3 Ciuitas Ptanias . . . . mil VIII
4 mansio Herbelloni . . . . mil VII
5 mutatio Ad Hesis . . . . mil X
6 mutatio Ad Cale . . . . mil XIIII
7 mutatio Intercisa . . . . mil VIIII

615 1 Ciuitas Foro Simproni . . . . mil VIIII
2 mutatio Ad Octauo . . . . mil VIIII
3 Ciuitas Fano Fortunae . . . . mil VIII
4 Ciuitas Pisauro . . . .
5 . . . . mil XXIIII

3—23 cf. It. Ant. p. 125, 1—126, 4

1 ad *om.* *V* uicesimū *V* 3 uericulo *corr. 2. m. ex* ucriculo *P* ucricolo mans *V* utriculi ciuitas *It. Ant. p. 125, 1* 4 narnia ciuitas *It. Ant. p. 125, 2* 5 interamnia ciuitas mil VIII (*al.* VIIII) *It. Ant. p. 125, 3* 6 taernis *V* 7 fugenui *V* 9 seraria *V* 10 tranes *V* 12 flameni *V* foro Flamini uicus *It. Ant. p. 125, 5* 15 eibello *V* heluillo uicus *It. Ant. p. 125, 6* 16 adesse *V* 17 ad calce *V* calle uicus *It. Ant. p. 125, 7* 19 semproni *V It. Ant. p. 126, 1* 20 ad octauum *V* 21 furtunę *V* 22 ss. *quae codices tradunt corrupta esse apparet; recte Parthey Wesselingum secutus: Exspectaueris* Ciuitas Pisauro . . . mil VIII | Ciuitas Arimino . . . mil XXIIII. Fit a Roma usque Ariminum milia CCXXIIII, mutationes XXIIII, mansiones XIIII. *cf. It. Ant. p. 126, 3 et 4*

Wess.			
615	6	.... usque Ariminum	
	7	mutatio Conpetu	mil XII
	8	Ciuitas Cesena	mil VI
616	1	Ciuitas Foro Populi	mil VI
	2	Ciuitas Foro Liui	mil VI
	3	Ciuitas Fauentia	mil V
	4	Ciuitas Foro Corneli	mil X
	5	Ciuitas Claterno	mil XIII
	6	Ciuitas Bononia	mil X
	7	mutatio Ad Medias	mil XV
	8	mutatio Victuriolas	mil X
	9	Ciuitas Mutena	mil III
	10	mutatio Ponte Secies	mil V
	11	Ciuitas Regio	mil VIII
	12	mutatio Canneto	mil X
	13	Ciuitas Parme	mil VIII
	14	mutatio Ad Tarum	mil VII
	15	mansio Fidentiae	mil VIII
	16	mutatio Ad Fonteclos	mil VIII
	17	Ciuitas Placentia	mil XIII
617	1	mutatio Ad Rota	mil XI
	2	mutatio Tribus Tabernis	mil V
	3	Ciuitas Laude	mil VIIII
	4	mutatio Ad Nonum	mil VII
	5	Ciuitas Mediolanum	mil VII

3—25 cf. It. Ant. p. 126, 10—127, 9

1 usqui ad riminū *V* 4 foropuli *V* 5 *hic uersus a librario omissus 2. manu in spatio quod est inter lineam 4 et 6 additus est V* mañ foro liti *V* 6 *numero VII 1. m. eraso 2. m. X scriptum est in codice V inter Caesenam et Fauentiam XXIIII milia passuum interesse feruntur It. Ant. p. 126, 11* 11 uictoriolas *V* 12 motena *V* mutina *It. Ant. p. 127, 3* 16 parma ciuitas *It. Ant. p. 127, 5* 18 sidoncię *V* fidentiola uicus *It. Ant. p. 127, 6* 19 fonteclus *V* 21 *post* mut. /// *rasura trium litterarum V* 23 VIII *V a Placentia usque Laude XXIIII m. p. feruntur It. Ant. p. 127, 8* 25 medioláníum *V*

Wess.

617 Fit omnis summa ab urbe Roma Mediolanium usque milia CCCCXVI, mutationes XLII, mansiones XXIIII.

1 cf. It. Ant. p. 123, 8 et 9

1 omnes *V* mediolano *V* 2 mille *corr. 2. m. in* mił *P* mił CCCCXCI, mut XLIIII, mans̄, XXXIIII *V* *Ab urbe usque Mediolanum mpm CCCCXXXIII collocantur It. Ant. p. 123, 9; eandem summam numeri collecti p. 124, 8—127, 9 efficiunt. Numeri Itinerarii Hierosolymitani collecti faciunt milia CCCCXVII, mutationes sunt XLVIII, mansiones XXVIII* EXPLICIT ITINERARIVM *P*

S. SILVIAE, QVAE FERTVR,

PEREGRINATIO AD LOCA SANCTA

A = cod. Arretinus s. XI.

(MVLTA DESVNT)

. . . .

ostendebantur iuxta scripturas. Interea ambulantes perue- [31]
nimus ad quendam locum, ubi se tamen montes illi, inter quos ibamus, aperiebant et faciebant uallem infinitam ingens, planissimam et ualde pulchram, et trans uallem apparebat mons sanctus Dei Syna. Hic autem locus, ubi se montes aperiebant, iunctus est cum eo loco, quo sunt memoriae concupiscentiae. In eo ergo loco cum uenitur, ut tamen 2
commonuerunt deductores sancti illi, qui nobiscum erant, dicentes: consuetudo est, ut fiat hic oratio ab his qui ueniunt, quando de eo loco primitus uidetur mons Dei: sicut et nos fecimus. Habebat autem de eo loco ad montem Dei forsitan quattuor milia totum per ualle illa, quam dixi ingens.

Vallis autem ipsa ingens est ualde, iacens subter latus 2
montis Dei, quae habet forsitan, quantum potuimus uidentes aestimare aut ipsi dicebant, in longo milia passos forsitan sedecim, in lato autem quattuor milia esse appellabant. Ipsam ergo uallem nos trauersare habebamus, ut possimus montem ingredi. Haec est autem uallis ingens et planissima, in qua 2
filii Israhel commorati sunt his diebus, quod sanctus Moyses ascendit in montem Domini, et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Haec est autem uallis, in qua factus est uitulus, qui locus usque in hodie ostenditur; nam lapis grandis ibi fixus stat in ipso loco. Haec ergo uallis ipsa est,

8 cf. Num. 11, 34   22 cf. Exod. 24, 18   24 cf. Exod. 32

1 *numeris uncinis inclusis in margine indicantur paginae codicis* 4 sex *A* se *Gamurrini* (*2*) *et Sittl* 6 planissima *A* 7 mons dei sanctus Syna *Cholodniak* 8 qui *A* 18 estimare *A* 23 *fortasse* dei

in cuius capite ille locus est, ubi sanctus Moyses cum pasceret
pecora soceri sui, iterum locutus est ei Deus de rubo in
3 igne. Et quoniam nobis ita erat iter, ut prius montem Dei
ascenderemus, qui hinc paret, <quia> unde ueniebamus, melior
ascensus erat, et illinc denuo ad illud caput uallis descen-
deremus, id est ubi rubus erat, quia melior descensus montis
Dei erat inde: itaque ergo hoc placuit, ut uisis omnibus
quae desiderabamus, descendentes a monte Dei, ubi est rubus,
ueniremus, et inde totum per mediam uallem ipsam, qua iacet
in longo, rediremus ad iter cum hominibus Dei, qui nobis
singula loca, quae scripta sunt, per ipsam uallem ostendebant,
4 sicut et factum est. Nobis ergo euntibus ab eo loco, ubi
uenientes a Faran feceramus orationem, iter sic fuit, ut per
medium transuersaremus caput ipsius uallis, et sic plecaremus
5 nos ad montem Dei. Mons autem ipse per giro quidem unus
esse uidetur; intus autem quod ingrederis, plures sunt, sed
totum mons Dei appellatur; specialis autem ille, in cuius
summitate est hic locus, ubi descendit maiestas Dei, sicut
2] 6 scriptum est, in medio illorum | omnium est. Et cum hi
omnes, qui per girum sunt, tam excelsi sint, quam nun-
quam me puto uidisse, tamen ipse ille medianus, in quo
descendit maiestas Dei, tanto altior est omnibus illis, ut cum
subissemus in illo, prorsus toti illi montes, quos excelsos
uideramus, ita infra nos essent, ac si colliculi permodici
7 essent. Illud sane satis admirabile est et sine Dei gratia puto
illud non esse, ut cum omnibus altior sit ille medianus, qui
specialis Syna dicitur, id est in quo descendit maiestas Domini,
tamen uideri non possit, nisi ad propriam radicem illius
ueneris, ante tamen quam eum subeas; nam posteaquam
completo desiderio descenderis inde, et de contra illum uides,
quod, antequam subeas, facere non potes. Hoc autem, ante-

1 cf. Exod. 3, 1 22 cf. Exod. 19, 18. 20

4 quia hinc parte *Cholodniak* quia *ipse addidi* quoniam *ante* melior *transposuit Bernard* 5 et *om. Bernard* illuc *A* illinc *ipse scripsi* 9 totum] tuto *Sittl* 20 sunt *A ipse scripsi* sint 31 potest *A* potes *Gamurrini*

quam perueniremus ad montem Dei, iam referentibus fratribus cognoueram, et postquam ibi perueni, ita esse manifeste cognoui.

Nos ergo sabbato sera ingressi sumus montem, et perue- 3
nientes ad monasteria quaedam susceperunt nos ibi satis humane monachi, qui ibi commorabantur, praebentes nobis omnem humanitatem; nam et ecclesia ibi est cum presbytero. Ibi ergo mansimus in ea nocte et inde maturius die dominica cum ipso presbytero et monachis, qui ibi commorabantur, coepimus ascendere montes singulos. Qui montes cum infinito labore ascenduntur, quoniam non eos subis lente et lente per girum, ut dicimus in cocleas, sed totum ad directum subis ac si per parietem et ad directum descendi necesse est singulos ipsos montes, donec peruenias ad radicem propriam illius
mediani, qui est specialis Syna. Hac sic ergo iubente Christo 2
Deo nostro adiuta orationibus sanctorum, qui comitabantur, et sic cum grandi labore, quia pedibus me ascendere necesse erat, (quia prorsus nec in sella ascendi poterat, tamen ipse labor non sentiebatur, ex ea parte autem non sentiebatur labor, quia desiderium, quod habebam, iubente Deo, uidebam compleri): hora ergo quarta peruenimus in summitatem illam montis Dei sancti Syna, ubi data est lex, in eo id est loco, ubi descendit maiestas Domini in ea die, qua mons fumigabat.
In eo ergo loco est nunc ecclesia non grandis, quoniam et 3
ipse locus, id est summitas montis, non satis grandis est;
quae tamen ecclesia habet de se gratiam grandem. Cum ergo, 4
iubente Deo, persubissemus in ipsa summitate, et peruenissemus ad hostium ipsius ecclesiae, ecce et occurrit presbyter
ueniens | de monasterio suo, qui ipsi ecclesiae deputabatur, [33]
senex integer et monachus a prima uita, et ut hic dicunt

23 cf. Exod. 19, 18

5 quedam *A* 7 presbitero *A*; *eadem orthographia semper* 10 cepimus *A* *et sic passim; huius uerbi orthographia est modo* cepi, *modo* cępi 15 qui] que *A* 22 loco *A* 26 ęcclesia, *sic etiam* 40, 9 28 ecclesie *A*

ascitis, et quid plura? qualis dignus est esse in eo loco.
Occurrerunt etiam et alii presbyteri, nec non etiam et omnes
monachi, qui ibi commorabantur iuxta montem illum, id est
qui tamen aut inbecillitate aut aetate non fuerunt impediti.
5 Verum autem in ipsa summitate montis illius mediani nullus
commanet; nichil enim est ibi aliud nisi sola ecclesia et
6 spelunca, ubi fuit sanctus Moyses. Lecto ergo ipso loco omni
de libro Moysi et facta oblatione ordine suo hac sic communi-
cantibus nobis, iam ut exiremus de ecclesia, dederunt nobis
presbyteri loci ipsius eulogias, id est de pomis, quae in ipso
monte nascuntur. Nam cum ipse mons sanctus Syna totus
petrinus sit, ita ut nec fruticem habeat, tamen deorsum prope
radicem montium ipsorum, id est seu circa illius, qui medianus
est, seu circa illorum, qui per giro sunt, modica terrola est;
statim sancti monachi pro diligentia sua arbusculas ponunt
et pomariola instituunt uel orationes et iuxta sibi monasteria,
quasi ex ipsius montis terra aliquos fructus capiant, quos
7 tamen manibus suis elaborasse uideantur. Hac sic ergo,
posteaquam communicaueramus et dederant nobis eulogias
sancti illi et egressi sumus foras hostium ecclesiae, tunc coepi
eos rogare, ut ostenderent nobis singula loca. Tunc statim
illi sancti dignati sunt singula ostendere. Nam ostenderunt
nobis speluncam illam, ubi fuit sanctus Moyses, cum iterato
ascendisset in montem Dei, ut acciperet denuo tabulas, postea-
quam priores illas fregerat peccante populo, et cetera loca,
quaecumque desiderabamus, uel quae ipsi melius nouerant,
8 dignati sunt ostendere nobis. Illud autem uos uolo scire,
dominae uenerabiles sorores, quia de eo loco, ubi stabamus,
id est in giro parietes ecclesiae, id est de summitate montis

7 cf. Exod. 33, 22 23 cf. Exod. 34 25 cf. Exod. 32, 19

4 inbeccillitate *A* etate *A* 7 omnia *A* omni *scripsi cum Cholodniak* 9 exirem; *A* 14 nerrola *A* terrola *Cholodniak* 16 orationes] *nihil mutandum est; cf. indicem s. u.* uel *et* oratio 17 *suspicor emendandum esse:* qua sibi 28 quia] qui *A* quod *Gamurrini* (*2*) quia *scripsi cum Cholodniak*

ipsius mediani, ita infra nos uidebantur esse illi montes, quos
primitus uix ascenderamus, iuxta istum medianum, in quo
stabamus, ac si essent illi colliculi. cum tamen ita infiniti essent,
ut non me putarem aliquando altiores uidisse, nisi quod hic
medianus eos nimium praecedebat. Egyptum autem et Pale-
stinam et mare rubrum et mare illud Parthenicum, quod mittit
Alexandriam, nec non et fines Saracenorum infinitos ita subter
nos inde uidebamus, ut credi uix possit: quae tamen singula
nobis illi sancti demonstrabant.

Completo ergo omni desiderio, quo festinaueramus | ascen- 4 [34]
dere, coepimus iam et descendere ab ipsa summitate montis
Dei, in qua ascenderamus, in alio monte, qui ei periunctus est,
qui locus appellatur in Choreb: ibi enim est ecclesia. Nam 2
hic est locus Choreb, ubi fuit sanctus Helias propheta, qua
fugit a facie Achab regis, ubi ei locutus est Deus dicens:
quid tu hic Helias? sicut scriptum est in libris regnorum.
Nam et spelunca, ubi latuit sanctus Helias, in hodie ibi
ostenditur ante hostium ecclesiae, quae ibi est; ostenditur
etiam ibi altarium lapideum, quem posuit ipse sanctus Helias
ad offerendum Deo, sicut et illi sancti singula nobis ostendere
dignabantur. Fecimus ergo et ibi oblationem et orationem 3
impensissimam, et lectus est ipse locus de libro regnorum:
id enim nobis uel maxime † ea desideraueram semper, ut ubi-
cumque uenissemus, semper ipse locus de libro legeretur.
Facta ergo et ibi oblatione accessimus denuo ad alium locum 4
non longe inde ostendentibus presbyteris uel monachis, id est
ad eum locum, ubi steterat sanctus Aaron cum septuaginta
senioribus, cum sanctus Moyses acciperet a Domino legem ad
filios Israhel. In eo ergo loco, licet et tectum non sit, tamen

16 III Reg. 19, 9 27 cf. Exod. 24, 9—14

5 egyptum *sic semper A* palestinam *sic semper A* 6 illut *A* quo mittit *Cholodniak* 18 que *A* 23 *locum aperte corruptum emendare conatus est Gamurrini:* uel maxime desiderii fuerat. *Ipse tentaui:* uel maxime consuetudinis erat semper, ut ubicumque ad ea loca, quae desideraueram, uenissemus, semper *e. q. s.*

petra ingens est per girum habens planitiem supra se, in qua stetisse dicuntur ipsi sancti; nam et in medio ibi quasi altarium de lapidibus factum habet. Lectus est ergo et ibi ipse locus de libro Moysi et dictus unus psalmus aptus loco; ac sic facta oratione descendimus inde.

5 Ecce et coepit iam esse hora forsitan octaua, et adhuc
nobis superabant milia tria, ut perexiremus montes ipsos,
quos ingressi fueramus pridie sera; sed non ipsa parte exire
habebamus, qua intraueramus, sicut superius dixi, quia necesse
nos erat et loca omnia sancta ambulare et monasteria, quae-
cumque erant ibi, uidere et sic ad uallis illius, quam superius
dixi, caput exire, id est huius uallis, quae subiacet monti Dei.
6 Propterea autem ad caput ipsius uallis exire nos necesse erat,
quoniam ibi erant monasteria plurima sanctorum hominum et
ecclesia in eo loco, ubi est rubus; qui rubus usque in hodie
7 uiuet et mittet uirgultas. Ac sic ergo perdescenso monte Dei
peruenimus ad rubum hora forsitan decima. Hic est autem
rubus, quem superius dixi, de quo locutus est Dominus Moysi
in igne, qui est in eo loco, ubi monasteria sunt plurima et
ecclesia in capite uallis ipsius. Ante ipsam autem ecclesiam
[35] hortus est gratissimus, ha | bens aquam optimam abundantem,
8 in quo horto ipse rubus est. Locus etiam ostenditur ibi iuxta,
ubi stetit sanctus Moyses, quando ei dixit Deus: solue corrigiam calciamenti tui et cetera. Et in eo ergo loco cum peruenissemus, hora decima erat iam et ideo, quia iam sera erat, oblationem facere non potuimus. Sed facta est oratio in ecclesia nec non etiam et in horto ad rubum; lectus est etiam locus ipse de libro Moysi iuxta consuetudinem; et sic, quia sera erat, gustauimus nobis loco in horto ante rubum cum

23 Exod. 3, 5

4 hac *sed* h *lineola perducta deleto A* 6 cępit *sic saepe A* 9 quia *A* qua *Gamurrini* 10 quecumque *A* 11 ad] aut *A* ad *scripsi cum Gamurrini (2)* 12 montis *A* monti *emendauit Gamurrini* 17 est *ipse addidi probante Bernardo* 29 locum *A* loco *ipse scripsi, cf. Krit. Beitr. p. 12, probante Bernardo* gustauimus aliquantulum *coni. Gamurrini*

sanctis ipsis; ac sic ergo fecimus ibi mansionem. Et alia die
maturius uigilantes rogauimus presbyteros, ut et ibi fieret
oblatio, sicut et facta est.
Et quoniam nobis iter sic erat, ut per ualle illa media, 5
qua tenditur per longum, iremus, id est illa ualle, quam
superius dixi, ubi sederant filii Israhel, dum Moyses ascen-
deret in montem Dei, et descenderet: itaque ergo singula,
quemadmodum uenimus per ipsam totam uallem, semper
nobis sancti illi loca demonstrabant. Nam in primo capite 2
ipsius uallis, ubi manseramus et uideramus rubum illum,
de quo locutus est Deus sancto Moysi in igne, uideramus
etiam et illum locum, in quo steterat ante rubum sanctus
Moyses, quando ei dixit Deus: *solue corrigiam calcia-
menti tui, locus enim, in quo stas, terra sancta
est*. Ac sic ergo cetera loca, quemadmodum profecti sumus 3
de rubo, semper nobis coeperunt ostendere. Nam et monstra-
uerunt locum, ubi fuerunt castra filiorum Israhel his diebus,
quibus Moyses fuit in montem. Monstrauerunt etiam locum,
ubi factus est uitulus ille; nam in eo loco fixus est usque in
hodie lapis grandis. Nos etiam, quemadmodum ibamus, de 4
contra uidebamus summitatem montis, quae inspiciebat super
ipsa ualle tota, de quo loco sanctus Moyses uidit filios Israhel
habentes choros his diebus, qua fecerant uitulum. Ostenderunt
etiam petram ingentem in ipso loco, ubi descendebat sanctus
Moyses cum Iesu filio Naue, ad quam petram iratus fregit
tabulas, quas afferebat. Ostenderunt etiam, quemadmodum 5
per ipsam uallem unusquisque eorum abitationes habuerant,
de quibus abitationibus usque in hodie adhuc fundamenta
parent, quemadmodum fuerunt lapide girata; ostenderunt etiam
locum, ubi filios Israhel iussit currere sanctus Moysos de

13 Exod. 3, 5 25 cf. Exod. 32, 19 30 cf. Exod. 32, 27

7 e[r]go *A* 8 que ad modum *A* 21 que *A* 25 quem *A* 27 *ante* abitationes *littera* h *erasa est* 28 ad huc *A* 30 filios *corr. ex* filiis *A*

6 porta in porta, regressus a monte. Item ostenderunt nobis
locum, ubi incensus est uitulus ipse iubente sancto Moyse,
[36] quem | fecerat eis Aaron. Item ostenderunt torrentem illum,
de quo potauit sanctus Moyses filios Israhel, sicut scriptum
7 est in Exodo. Ostenderunt etiam nobis locum, ubi de spiritu
Moysi acceperunt septuaginta uiri. Item ostenderunt locum,
ubi filii Israhel habuerunt concupiscentiam escarum. Nam
ostenderunt nobis etiam et illum locum, qui appellatus est
incendium, quia incensa est quaedam pars castrorum, tunc
8 qua orante sancto Moyse cessauit ignis. Ostenderunt etiam
et illum locum, ubi eis pluit manna et coturnices. Ac sic
ergo singula, quaecumque scripta sunt in libris sanctis Moysi
facta fuisse in eo loco, id est ea in ualle, quam dixi subiacere
monti Dei, id est sancto Syna, ostensa sunt nobis; quae
quidem omnia singulatim scribere satis fuit, quia nec retineri
poterant tanta, sed cum leget affectio uestra libros sanctos
9 Moysi, omnia diligentius peruidet, quae ibi facta sunt. Haec
est ergo uallis, ubi celebrata est pascha completo anno pro-
fectionis filiorum Israhel de terra Egypti, quoniam in ipsa
ualle filii Israhel commorati sunt aliquandiu, id est donec
sanctus Moyses ascenderet in montem Dei, et descenderet
primum et iterato; et denuo tandiu ibi inmorati sunt, donec
fieret tabernaculum, et singula, quae ostensa sunt in montem
Dei. Nam ostensus est nobis et ille locus, in quo confixum
a Moyse est primitus tabernaculum, et perfecta sunt singula,
10 quae iusserat Deus in montem Moysi, ut fierent. Vidimus
etiam in extrema iam ualle ipsa memorias concupiscentiae,

2 cf. Exod. 32, 20 3 cf. Exod. 17, 5 5 cf. Num. 11, 25 7 cf. Num. 11, 4 9 cf. Num. 11, 3 11 cf. Exod. 16, 13 *et* 14

1 ad montem *A* a monte *ipse scripsi* ostenderunt torrentem, *sed per uocabulum* torrentem *lineola ducta est A* 4 portauit *A* potauit *Gamurrini* fil[i]os *A* 9 quedam *A* 12 quecumque *A* 15 satis longum *Cholodniak* retinere *A* retineri *scripsi cum Sittl et Cholodniak* 16 sancti *Cholodniak* cf. *44, 12 et 46, 17* 24 confix; mos esset *A* confixum Mosis esset *Woelfflin, Archiv f. lat. Lex. IV p. 274* confixum Moysi est *Pomialowsky* confixit Moyses set *Cholodniak* confixum a Moyse est *scripsi*

in eo tamen loco, in quo denuo reuersi sumus ad iter nostrum,
hoc est ubi exeuntes de ualle illa grande reingressi sumus
uia, qua ueneramus, inter montes illos, quos superius dixeram.
Nam etiam ipsa die accessimus et ad ceteros monachos ualde
sanctos, qui tamen pro aetate aut inbecillitate occurrere in
monte Dei ad oblationem faciendam non poterant; qui tamen
nos dignati sunt in monasteriis suis aduenientes ualde humane
suscipere. Ac sic ergo uisa loca sancta omnia, quae desidera- 11
uimus, nec non etiam et omnia loca, quae filii Israhel tetigerant
eundo uel redeundo ad montem Dei, uisis etiam et sanctis
uiris, qui ibi commorabantur, in nomine Dei regressi sumus
in Faran. Et licet semper Deo in omnibus gratias agere 12
debeam, non dicam in his tantis et talibus quae circa me
conferre dignatus est indignam et non merentem, ut peram-
bularem omnia loca, quae mei meriti non erant, tamen etiam
et illis omnibus sanctis nec sufficio gratias agere, qui meam
paruitatem dignabantur in suis monasteriis libenti animo
suscipere uel certe per omnia loca | deducere, quae ego semper [37]
iuxta scripturas sanctas requirebam. Plurimi autem ex ipsis
sanctis, qui in montem Dei uel circa ipsum montem commora-
bantur, dignati sunt nos usque in Faran deducere, qui tamen
fortiori corpore erant.

Ac sic ergo cum peruenissemus Faran, quod sunt a monte 6
Dei milia triginta et quinque, necesse nos fuit ibi ad resumen-
dum biduo immorari. Ac tertia die inde maturantes uenimus
denuo ad mansionem, id est in desertum Faran, ubi et euntes
manseramus, sicut et superius dixi. Inde denuo alia die facientes
aquam et euntes adhuc aliquantulum inter montes peruenimus
ad mansionem, quae erat iam super mare, id est in eo loco,
ubi iam de inter montes exitur et incipitur denuo totum iam
iuxta mare ambulari, sic tamen iuxta mare, ut subito fluctus
animalibus pedes caedat, subito etiam et in centum et in

5 ꝑ etate *A* per etate *Pomialowsky* 15 erant] *an* erat? 23 faram *A* quo *Cholodniak* 27 facientes arcam *Purser in editione Bernardiana* iter facientes ad aquam *Cholodniak* 32 cedat *A*

ducentos passus, aliquotiens etiam et plus quam quingentos
passus de mari per heremum ambuletur; uia enim illic penitus
2 non est, sed totum heremi sunt arenosae. Faranitae autem,
qui ibi consueuerunt ambulare cum camelis suis, signa sibi
locis et locis ponent, ad quae signa se tendent, et sic am-
bulant per diem. Nocte autem signa cameli attendunt. Et quid
plura? diligentius et securius iam in eo loco ex consuetudine
Faranitae ambulant nocte, quam aliqui hominum ambulare
3 potest in his locis, ubi uia aperta est. In eo ergo loco de
inter montes exiuimus redeuntes, in quo loco et euntes inter
montes intraueramus, ac sic ergo denuo plicauimus nos ad mare.
Filii etiam Israhel reuertentes a monte Dei Syna usque ad
eum locum reuersi sunt per iter quod ierant, id est usque ad
eum locum, ubi de inter montes exiuimus, et iunximus nos
denuo ad mare rubrum, et inde nos iam iter nostrum, quo
ueneramus, reuersi sumus, filii autem Israhel de eodem loco,
sicut scriptum est in libris sancti Moysi, ambulauerunt iter
4 suum. Nos autem eodem itinere et eisdem mansionibus, quibus
ieramus, reuersi sumus in Clesma. In Clesma autem cum
uenissemus <denuo,> necesse nos fuit et ibi denuo resumere,
quoniam iter heremi arenosum ualde feceramus.
7 Sane licet terram Gesse iam nossem, id est qua primitus
ad Egyptum fueram, tamen ut peruiderem omnia loca, quae
filii Israhel exeuntes de Ramesse tetigerant euntes, donec
peruenirent usque ad mare rubrum, qui locus nunc de castro,
[38] quod ibi est, appellatur Clesma: desiderii ergo fuit, ut | de
Clesma ad terram Gesse exiremus, id est ad ciuitatem, quae
appellatur Arabia, quae ciuitas in terra Gesse est; nam
inde ipsum territorium sic appellatur, id est terra Arabiae,

17 cf. Num. 10, 12 *et* 33, 36 29 cf. Gen. 46, 34 (Sept.)

1 ducentis *A* 3 faranite *A* 12 ad montem *A* a monte *scripsi* 13 *uerba:* reuersi sunt—usque ad eum locum *a librario omissa in infima pagina minoribus litterulis scripta exstant* 20 necesse nos fuit denuo et ibi denuo resumere *A*; *prius* denuo *post* uenissemus *transposui* 22 terra *A* nosse *A* 26 qui ibi est *A*

terra Iesse, quae tamen terra Egypti pars est, sed melior
satis quam omnis Egyptus est. Sunt ergo a Clesma, id est a 2
mare rubro, usque ad Arabiam ciuitatem mansiones quattuor
per heremo, sic tamen per heremum, ut cata mansiones
monasteria sint cum militibus et praepositis, qui nos dedu-
cebant semper de castro ad castrum. In eo ergo itinere sancti
qui nobiscum erant, hoc est clerici uel monachi, ostendebant
nobis singula loca, quae semper ego iuxta scripturas require-
bam; nam alia in sinistro, alia in dextro de itinere nobis erant,
alia etiam longius de uia, alia in proximo. Nam michi credat 3
uolo affectio uestra, quantum tamen peruidere potui, filios
Israhel sic ambulasse, ut quantum irent dextra, tantum reuer-
terentur sinistra, quantum denuo inante ibant, tantum denuo
retro reuertebantur, et sic fecerunt ipsum iter, donec peruenirent
ad mare rubrum. Nam et Epauleum ostensum est nobis, de 4
contra tamen, et Magdalum fuimus. Nam castrum est ibi
nunc habens praepositum cum milite, qui ibi nunc praesidet
pro disciplina romana. Nam et nos iuxta consuetudinem de-
duxerunt inde usque ad aliud castrum, et locus Belsefon
ostensus est nobis, immo in eo loco fuimus. Nam ipse est
campus supra mare rubrum, iuxta latus montis, quem superius
dixi, ubi filii Israhel, cum uidissent Egyptios post se uenientes,
exclamauerunt. Oton etiam ostensum est nobis, quod est iuxta 5
deserta loca, sicut scriptum est, nec non etiam et Socchoth.
Socchoth autem est cliuus modicus in media ualle, iuxta quem
colliculum fixerunt castra filii Israhel; nam hic est locus, ubi
accepta est lex paschae. Pithona etiam ciuitas, quam aedi- 6
ficauerunt filii Israhel, ostensa est nobis in ipso itinere, in

15 cf. Exod. 14, 2 (Sept.) 22 cf. Exod. 14, 10 23 cf. Exod. 13, 20 25 cf. Exod. 12, 37 26 cf. Exod. 12, 43 27 cf. Exod. 1, 11

5 monasteria *corr. ex* manasteria *A* 15 ostens; *A* 16 fuimus] fines *Cholodniak* 18 romanarum *A*, *sed syllaba* rum *lineola perducta deleta* 19 locus Belsefon] ioe belsefon *ex* ioe belsepon *corr. A* inde Belsephon *Mommsen, Berl. Sitzungsberichte 1887, p. 361* castrum i. e. Belsephon *coni. Purser in ed. Bernard.* 20 ostensum *A* 27 edificauerunt *A*

eo tamen loco ubi iam fines Egypti intrauimus, relinquentes
iam terras Saracenorum; nam et ipsud nunc Phitona castrum
7 est. Heroum autem ciuitas, quae fuit illo tempore, id est ubi
occurrit Ioseph patri suo Iacob uenienti, sicut scriptum est
in libro Genesis, nunc est come, sed grandis, quod nos
dicimus uicus. Nam ipse uicus ecclesiam habet et martyria
et monasteria plurima sanctorum monachorum, ad quae singula
uidenda necesse nos fuit ibi descendere iuxta consuetudinem,
8 quam tenebamus. Nam ipse uicus nunc appellatur Hero, quae
[39] tamen Hero | a terra Iesse miliario iam sexto decimo est,
nam in finibus Egypti est; locus autem ipse satis gratus
9 est, nam et pars quaedam fluminis Nili ibi currit. Ac sic ergo
exeuntes de Hero peruenimus ad ciuitatem, quae appellatur
Arabia, quae est ciuitas in terra Iesse. Unde scriptum est
dixisse Pharaonem ad Ioseph: In meliori terra Egypti
colloca patrem tuum et fratres in terra Iessen, in
terra Arabiae.
8 De Arabia autem ciuitate quattuor milia passus sunt Ra-
messen. Nos autem, ut ueniremus ad mansionem Arabiae,
per media Ramesse transiuimus, quae Ramessen ciuitas nunc
campus est, ita ut nec unam habitationem habeat. Paret sane,
quoniam et ingens fuit per girum et multas fabricas habuit;
ruinae enim ipsius, quemadmodum collapsae sunt, in hodie
2 infinitae parent. Nunc autem ibi nichil aliud est, nisi tantum
unus lapis ingens thebeus, in quo sunt duae statuae excisae,
ingentes, quas dicunt esse sanctorum hominum, id est Moysi
et Aaron; nam dicent, eo quod filii Israhel in honore ipsorum
3 eas posuerint. Et est ibi praeterea arbor sicomori, quae dicitur
a patriarchis posita esse; nam iam uetustissima est et ideo
permodica est, licet tamen adhuc fructus afferat. Nam cui-

5 cf. Gen. 46, 29 14 Gen. 47, 6

3 he[r]oum *A* 5 comes *A* come *Gamurrini* 11 grandis *falso Pomialowsky* 12 quedam *A* 13 que *A* 25 exclusae *A* excusae *Sittl* excelsae *Cholodniak* excisae *scripsi, quod idem Pomialowskio ueri simile uidetur*

cumque incommoditas fuerit, uadent ibi et tollent surculos et
prode illis est. Hoc autem referente sancto episcopo de Arabia 4
cognouimus; nam ipse nobis dixit nomen ipsius arboris, quemadmodum appellant eam graece, id est dendros alethiae, quod nos dicimus arbor ueritatis. Qui tamen sanctus episcopus nobis Ramessen occurrere dignatus est; nam est iam senior uir, uere satis religiosus ex monacho et affabilis, suscipiens peregrinos ualde bene; nam et in scripturis Dei ualde eruditus
est. Ipse ergo cum se dignatus fuisset uexare et ibi nobis 5
occurrere, singula ibi ostendit seu retulit de illas statuas, quas dixi, ut etiam et de illa arbore sicomori. Nam et hoc nobis ipse sanctus episcopus retulit, eo quod Farao, quando uidit, quod filii Israhel dimiserant eum, tunc ille, priusquam post illos occuparet, isset cum omni exercitu suo intra Ramesse et incendisset eam omnem, quia infinita erat ualde, et inde post filios Israhel fuisset profectus.

Nobis autem fortuitu hoc gratissimum euenit, ut ea die, 9
qua uenimus ad mansionem Arabia, pridie a beatissimo die epiphania esset; nam eadem die uigiliae agendae erant in ecclesia. Ac sic ergo aliquo biduo ibi tenuit nos sanctus episcopus, sanctus et uere homo Dei, notus mihi iam satis |
de eo tempore, a quo ad Thebaidam fueram. Ipse autem 2 [40]
sanctus episcopus ex monacho est, nam a pisinno in monasterio nutritus est, et ideo aut tam eruditus in scripturis est, aut
tam emendatus in omni uita sua, ut et superius dixi. Nos 3
autem inde iam remisimus milites, qui nobis pro disciplina romana auxilia praebuerant, quamdiu per loca suspecta ambulaueramus, iam autem, quoniam ager publicus erat per Egyptum,

1 in quo moditas *A* incommoditas *emendaui Krit. Beitr. p. 22 Eandem emendationem proponit Cholodniak et nuper I. v. d. Vliet, Archiv f. lat. Lex. X p. 16* 4 grece *A* δένδρος ἀληθίας *in margine codicis exstat* 6 ramessen *corr. ex* quamessen *A* 10 illa statua *A* illas statuas *ipse scripsi* 19 agende *A* 27 quandiu *A* 28 quo ei iam *A* quoniam *scripsi cum Gamurrini* (*1*) iter autem quo ei iam *Gamurrini* (*2*) *et Bernard*

quod transiebat per Arabiam ciuitatem. id est quod mittit de Thebaida in Pelusio, et ideo iam non fuit necesse uexare
4 milites. Profiscentes ergo inde totum per terram Gessen iter fecimus semper inter uineas, quae dant uinum, et uineas, quae dant balsamum, et inter pomaria et agros cultissimos et hortos pulcherrimos iter habuimus totum super ripam fluminis Nili inter fundos frequentissimos, quae fuerant quondam uillae filiorum Israhel. Et quid plura? pulchriorem territorium puto
5 me nusquam uidisse, quam est terra Iessen. Ac sic ergo ab Arabia ciuitate iter facientes per biduo totum per terram Gessen peruenimus Tatnis in ea ciuitate, ubi natus est sanctus Moyses. Haec est autem ciuitas Tathnis, quae fuit quondam
6 metropolis Pharaonis. Et licet ea loca, ut superius dixi, iam nossem, id est quando Alexandriam uel ad Thebaidem fueram, tamen quia ad plenum discere uolebam loca, quae ambulauerunt filii Israhel proficiscentes ex Ramesse usque ad montem Dei sanctum Syna, ac sic necesse fuit etiam denuo ad terram Gessen reuerti et inde Tathnis: proficiscentes ergo de Tathnis,
7 ambulans per iter iam notum perueni Pelusio. Et inde proficiscens denuo, faciens iter per singulas mansiones Egypti, per quas iter habueramus, perueni ad fines Palestinae. Et inde in nomine Christi Dei nostri faciens denuo mansiones aliquot per Palestina regressa sum in Helia, id est in Ierusolimam.

10 Item transacto aliquanto tempore et iubente Deo fuit denuo uoluntas accedendi usque ad Arabiam, id est ad montem Nabau, in eo loco, in quo iussit Deus ascendere Moysen dicens ad eum: Ascende in montem Arabot, montem Nabau, qui est in terra Moab contra faciem Iericho, et uide terram Chanaan, quam ego do filiis

12 cf. Num. 13, 23 28 Deut. 32, 49

1 transiebatur *A* quo mittit *Cholodniak* 6 primos *A* primo *Bernard* plurimos *Cholodniak* pulcherrimos *scripsi* 11 Taphnis *coni. Bernard* 14 nosse *A* ad Alexandriam *coni. Cholodniak* 22 aliquod *A*

Israhel in possessionem, et morere in monte ipso,
in quem ascenderis. Itaque ergo Deus noster Iesus, qui 2
sperantes in se non deseret, etiam et in hoc uoluntati meae
effectum praestare dignatus est. Proficiscens ergo Ieruso | lima 3 [41]
faciens iter cum sanctis, id est presbytero et diaconibus de
Ierusolima et fratribus aliquantis, id est monachis, peruenimus
ergo usque ad eum locum Iordanis, ubi filii Israhel transierant,
quando eos sanctus Iesus filius Naue Iordanem traiecerat,
sicut scriptum est in libro Iesu Naue. Nam et locus ille
ostensus est nobis quasi modice altior, ubi filii Ruben et
Gad et dimidia tribus Manasse fecerant aram, in ea parte
ripae, qua est Iericho. Transeuntes ergo fluuium peruenimus 4
ad ciuitatem, quae appellatur Libiada, quae est in eo campo,
in quo tunc filii Israhel castra fixerant. Nam et fundamenta
de castris filiorum Israhel et habitationibus ipsorum, ubi
commorati sunt, in eo loco in hodie parent. Campus enim
ipse est infinitus subter montes Arabiae super Iordanem. Nam
hic est locus, de quo scriptum est: Et plorauerunt
filii Israhel Moysen in Arabot Moab et Iordane
contra Iericho quadraginta diebus. Hic etiam 5
locus est, ubi post recessum Moysi statim Iesus filius
Naue repletus est spiritu scientiae: imposuerat enim Moy-
ses manus suas super eum, sicut scriptum est. Nam ipse 6
est locus, ubi scripsit Moyses librum Deuteronomii: hic
etiam est locus, ubi locutus est Moyses in aures totius
ecclesiae Israhel uerba cantici usque in finem huius, qui
scriptus est in libro Deuteronomii. Hic est ipse locus, ubi
benedixit sanctus Moyses homo Dei filios Israhel singulatim
per ordinem ante obitum suum. Nos ergo cum uenissemus 7
in eodem campo, peraccessimus ad locum ipsum et facta est
ibi oratio, lecta etiam pars quaedam Deuteronomii in eo loco
nec non etiam et canticus ipsius, sed et benedictiones, quas

18 Deut. 34, 8 27 Deut. 32 28 cf. Deut. 33

13 qui *A* libidda *A* 28 de filio *A* dei filios *scripsi, cf. Archiv f. lat. Lex. IV p. 613 probante Bernardo* 31 quedam *A*

dixerat super filios Israhel. Et iterato post lectione facta est
oratio, et gratias Deo agentes mouimus inde. Id enim nobis
semper consuetudinis erat, ut ubicumque ad loca desiderata
accedere ualebamus, primum ibi fieret oratio, deinde legeretur
lectio ipsa de codice, diceretur etiam psalmus unus pertinens
ad rem et iterato fieret ibi oratio. Hanc ergo consuetudinem
iubente Deo semper tenuimus, ubicumque ad loca desiderata
8 potuimus peruenire. Ac sic ergo, ut coeptum opus perficeretur,
coepimus festinare, ut perueniremus ad montem Nabau. Euntibus
nobis commonuit presbyter loci ipsius, id est de Libiade,
quem ipsum nobiscum rogantes moueramus de mansione, quia
melius ipsa loca nouerat: dicit ergo nobis ipse presbyter: si
uultis uidere aquam, quae fluit de petra, id est quam dedit
Moyses filiis Israhel sitientibus, potestis uidere; si tamen
[42] uolueritis laborem uobis imponere, ut de uia camsemus | for-
9 sitan miliario sexto. Quod cum dixisset, nos satis auidi optati
sumus ire; et statim diuertentes a uia secuti sumus presby-
terum, qui nos ducebat. In eo ergo loco ecclesia est pisinna
subter montem non Nabau, sed alterum interiorem, sed nec
ipse longe est de Nabau; monachi autem plurimi commanent
ibi uere sancti, et quos hic ascites uocant.

11 Hi ergo sancti monachi dignati sunt nos suscipere ualde
humane, nam et ad salutationem suam permiserunt nos ingredi.
Cum autem ingressi fuissemus ad eos, facta oratione cum
ipsis eulogias nobis dare dignati sunt, sicut habent consue-
2 tudinem dandi his, quos humane suscipiunt. Ibi ergo inter
ecclesiam et monasteria in medio fluit de petra aqua ingens,
pulchra ualde et limpida, saporis optimi. Tunc interrogauimus
nos etiam et illos sanctos monachos, qui ibi manebant, quae
esset haec aqua talis et tanti saporis. Tunc illi dixerunt: haec

13 cf. Exod. 17, 6 Num. 20, 8

4 uolebamus *A* ualebamus *scripsi probante Bernardo* 6 ″oratio ″ibi *A* *cum signis transpositionis* 11 quem] quae *A* 16 optati sumus *A* ortati (= hortati) sumus *ipse conieci* 19 inferiorem *Cholodniak* 28 soporis *A*

est aqua, quam dedit sanctus Moyses filiis Israhel in hac
heremo. Facta est ergo iuxta consuetudinem ibi oratio et 3
lectio ipsa de libris Moysi lecta, dictus etiam psalmus unus,
et sic simul cum illis sanctis clericis et monachis, qui nobis-
cum uenerant, perexiuimus ad montem. Multi autem et ex
ipsis monachis sanctis, qui ibi commanebant iuxta aqua ipsa,
qui tamen potuerunt imponere sibi laborem, dignati sunt
nobiscum ascendere montem Nabau. Itaque ergo profici- 4
scentes de eodem loco peruenimus ad radicem montis Nabau,
qui erat ualde excelsus, ita tamen ut pars eius maxima
sedendo in asellis possit subiri, modicum autem erat acrius,
quod pedibus necesse erat subiri cum labore, sicut et fac-
tum est.

Peruenimus ergo ad summitatem montis illius, ubi est nunc 12
ecclesia non grandis in ipsa summitate montis Nabau. Intra
quam ecclesiam, in eo loco, ubi pulpitus est, uidi locum
modice quasi altiorem tantum hispatii habentem quantum
memoriae solent habere. Tunc ergo interrogaui illos sanctos, 2
quidnam esset hoc, qui responderunt: hic positus est sanctus
Moyses ab angelis, quoniam, sicut scriptum est, sepulturam
illius nullus hominum scit: quoniam certum est eum
ab angelis fuisse sepultum. Nam memoria illius, ubi positus
sit, in hodie [non] ostenditur; sicut enim nobis a maioribus,
qui hic manserunt, ubi <positus sit> ostensum est, ita et
nos uobis monstramus, qui et ipsi tamen maiores ita sibi
traditum a maioribus suis | esse dicebant. Itaque ergo mox 3 [43]
facta est oratio, et omnia quae in singulis locis sanctis per
ordinem consueueramus facere, etiam et hic facta sunt: et sic
coepimus egredere de ecclesia. Tunc autem qui erant loci
notores, id est presbyteri uel monachi sancti, dixerunt nobis:

20 Deut. 34, 6

4 nobis cum *A* 11 modice *A* modica *Cholodniak* modicum *scripsi* 23 non ostenditur *A* nunc ostenditur *Bernard* non *delendum esse censui Krit. Beitr. p. 27* 24 ubi] ibi *Cholodniak* ubi positus sit *ipse suppleui*

si uultis uidere loca, quae scripta sunt in libris Moysi, accedite
foras hostium ecclesiae et de summitate ipsa, ex parte tamen
ut possunt hinc parere, attendite et uidete, et dicimus uobis
4 singula, quae sunt loca haec, quae parent. Tunc nos gauisi
satis statim egressi sumus foras. Nam de hostio ipsius
ecclesiae uidimus locum, ubi intrat Iordanis in mare mortuum,
qui locus subter nos, quemadmodum stabamus, parebat. Vidi-
mus etiam de contra non solum Libiadam, quae citra Iordanem
erat, sed et Iericho, quae trans Iordanem; tantum eminebat
excelsus locus, ubi stabamus, id est ante hostium ecclesiae.
5 Maxima etiam pars Palestinae, quae est terra repromissionis,
inde uidebatur, nec non et omnis terra Iordanis, in quantum
tamen poterat oculis conspici. In sinistra autem parte uidimus
terras Sodomitum omnes nec non et Segor, quae tamen Segor
6 sola de illis quinque in hodie constat. Nam et memoriale ibi
est, de ceteris autem illis ciuitatibus nichil aliud apparet
nisi subuersio ruinarum, quemadmodum in cinerem conuersae
sunt. Locus etiam, ubi fuit titulus uxoris Loth, ostensus est
7 nobis, qui locus etiam in scripturis legitur. Sed mihi credite,
dominae uenerabiles, quia columna ipsa iam non paret, locus
autem ipse tantum ostenditur; columna autem ipsa dicitur
mari mortuo fuisse cooperta. Certe locum cum uideremus,
columnam nullam uidimus, et ideo fallere uos super hanc rem
non possum. Nam episcopus loci ipsius, id est de Segor,
dixit nobis, quoniam iam aliquot anni essent, a quo non
pareret columna illa. Nam de Segor forsitan sexto miliario
ipse locus <est,> ubi stetit columna illa, quod nunc totum
8 cooperit aqua. Item de dextra parte ecclesiae, a foras tamen,

14 cf. Gen. 14, 2 Deut. 34, 3 18 cf. Gen. 19, 26

1 excedite *Woelfflin Archiv f. lat. Lex. IV p. 268* 3 dicemus *Cholodniak* 8 circa *A* citra *Pomialowsky* que *A* 9 eminerat *A* eminebat *Gamurrini* enim erat *Cholodniak* tantum eminebat, quantum excelsus locus *coni. Bonnet* 17 conuerse *A* 20 domine *A* 22 quo operta *A* certe [lo] cum *A emendaui ipse et Gamurrini* (*2*) locum uideramus *Sittl* 25 aliquot *corr. ex* aliquod *A* 27 est *add. Gamurrini*

accessimus et ostensae sunt nobis inde a contra duae ciuitates,
id est Esebon, quae fuit regis Seon regis Amorreorum, quae
nunc appellatur Exebon, et alia Og regis Basan, quae nunc
dicitur Sasdra. Item de eodem loco ostensa est nobis a contra
Fogor, quae fuit | ciuitas regni Edom. Hae autem ciuitates 9 [44]
omnes, quas uidebamus, in montibus erant positae, infra autem
modice deorsum planior locus nobis uidebatur. Tunc dictum
est nobis, quia in isdem diebus, qua sanctus Moyses uel filii
Israhel contra illas ciuitates pugnauerant, castra ibi fixa ha-
buissent: nam et signa ibi parebant castrorum. Sane <de> 10
illa parte montis, quam dixi sinistra, quae erat super mare
mortuum, ostensus est nobis mons praecisus ualde, qui dictus
est ante Agrispecula. Hic est mons, in quo posuit Balac
filius Beor Balaam diuinum ad maledicendos filios Israhel et
noluit Deus ita permittere, sicut scriptum est. Ac sic ergo 11
uisis omnibus, quae desiderabamus, in nomine Dei reuertentes
per Iericho et iter omne, quod iueramus, regressi sumus in
Ierusolimam.

Item post aliquantum tempus uolui etiam ad regionem **13**
Ausitidem accedere propter uisendam memoriam sancti Iob
gratia orationis; multos enim sanctos monachos uidebam inde
uenientes in Ierusolimam ad uisenda loca sancta gratia ora-
tionis, qui singula referentes de eisdem locis, fecerunt magis
desiderium imponendi michi laboris, ut etiam usque ad illa
loca accederem, si tamen labor dici potest, ubi homo desi-
derium suum compleri uidet. Itaque ergo profecta sum de 2
Ierusolima cum sanctis, qui tamen dignati sunt itineri meo
comitatum praestare, et ipsi tamen gratia orationis: habens

2 cf. Num. 21, 26 Deut. 29, 7 3 cf. Num. 21, 33 Deut. 3, 10
5 cf. Num. 23, 28 Deut. 4, 46 13 cf. Num. 23, 14 (Sept.) 20 cf.
Iob. 1, 1

1 ostense *A* 4 safdra *in codice scriptum esse affirmat Pomialowsky*
10 de *ipse addidi* 13 agrisecula *A* 19 etiam] *in codice supra lineam
est* ecje; eqe *legit Gamurrini*

ergo iter ab Ierusolima usque ad Carneas eundo per mansiones
octo — Carneas autem dicitur nunc ciuitas Iob, quae ante
dicta est Dennaba in terra Ausitidi, in finibus Idumeae et
Arabiae —: in quo itinere hiens uidi super ripam Iordanis
fluminis uallem pulchram satis et amoenam, habundantem
uineis et arboribus, quoniam aquae multae ibi erant et
3 optimae satis. Nam in ea ualle uicus erat grandis, qui appella-
tur nunc Sedima. In eo ergo uico, qui est in media planitie
positus, in medio loco est monticulus non satis grandis, sed
factus sicut solent esse tumbae, sed grandes: ibi ergo in
summo ecclesia est et deorsum per girum ipsius colliculi
parent fundamenta grandia antiqua; nunc autem in ipso uico
4 turbae aliquantae commanent. Ego autem cum uiderem locum
tam gratum, requisiui, quisnam locus esset ille tam amoenus.
Tunc dictum est michi: haec est ciuitas regis Melchisedech,
quae dicta est ante Salem, unde nunc, corrupto sermone,
[45] Sedima appellatur | ipse uicus. Nam in isto colliculo, qui est
medio uico positus, in summitatem ipsius fabricam quam
uides ecclesia est, quae ecclesia nunc appellatur graeco ser-
mone † opu Melchisedech. Nam hic est locus, ubi optulit
Melchisedech hostias Deo puras, id est panes et uinum, sicut
scriptum est eum fecisse.

14 Statim ergo ut haec audiui, descendimus de animalibus,
et ecce occurrere dignatus est sanctus presbyter ipsius loci, et
clerici; qui nos statim suscipientes duxerunt suso ad ecclesiam.
Ubi cum uenissemus, statim iuxta consuetudinem primum
facta est oratio, deinde lectus est ipse locus de libro sancti
Moysi, dictus est etiam psalmus unus competens loco ipsi,
2 et denuo facta oratione descendimus. Cum ergo descendissemus,
ait nobis ille sanctus presbyter iam senior et de scripturis

3 cf. Gen. 36, 32 21 cf. Gen. 14, 18

4 fluminis iordanis *cum signis transpositionis A* 5 amenam *A* 6 multe *A* 10 grandis *A* grandes *Sittl* 13 tumbae *perperam Bernard* 14 amenus *A* 15 melchis et haec *A emendaui Archiv f. lat. Lex. IV p. 613* 19 greco *A* 20 opu *corruptum est* ὄρος *coni. Gamurrini*

bene instructus, id est, qui ipsi loco praeerat ex monacho, cui
presbytero et episcopi plurimi, quantum postmodum cognouimus,
uitae ipsius testimonium grande ferebant, nam hoc de ipso
dicebant, dignus qui praesit in hoc loco, ubi sanctus Melchi-
sedech aduenientem sanctum Abraam hostias Deo puras primus
optulit: cum ergo descendissemus, ut superius dixi, de ecclesia
deorsum, ait nobis ipse sanctus presbyter: ecce ista fun-
damenta in giro colliculo isto, quae uidetis, hae sunt de palatio
regis Melchisedech. Nam inde adhuc sic si quis subito iuxta
sibi uult facere domum et fundamenta inde contiget, aliquo-
tiens et de argento et aeramento modica frustella ibi inuenit.
Nam ecce ista uia, quam uidetis transire inter fluuium Iordanem 3
et uicum istum, haec est qua uia regressus est sanctus Abraam
de caede Codollagomor regis gentium reuertens in Sodomis,
qua ei occurrit sanctus Melchisedech rex Salem.

Tunc ergo quia retinebam scriptum esse babtizasse sanctum **15**
Iohannem in Enon iuxta Salim, requisiui de eo, quam longe esset
ipse locus. Tunc ait ille sanctus presbyter: ecce hic est in du-
centis passibus; nam si uis, ecce modo pedibus duco uos ibi. Nam
haec aqua tam grandis et tam pura, quam uidetis in isto uico,
de ipso fonte uenit. Tunc ergo gratias ei agere coepi et 2
rogare, ut duceret nos ad locum, sicut et factum est. Statim
ergo coepimus ire cum eo pedibus totum per uallem amoenis-
simam, donec perueniremus usque ad hortum pomarium ualde
amoenum, ubi ostendit nobis in medio fontem aquae optimae
satis et purae, qui a semel integrum fluuium dimittebat. Habe-
bat autem ante se ipse fons quasi lacum, ubi parebat fuisse
operatum sanctum Iohannem baptistam. Tunc dixit nobis ipse 3
sanctus presbyter: in hodie hic hortus aliter non appellatur

14 cf. Gen. 14, 1 17 cf. Ioh. 3, 23

3 fereb^{n}at *A* 5 ad uenientem *A* 9 ″melchisedech ″regis *A* cum signis transpositionis 11 heramento *A* 12 et certe *A* ecce ista *scripsi probante Bernardo* 14 cede *A* quod ollagomor *A* 21 cępi *A* 23 cepimus *A* amenissimam *A* 25 amenum *A* optime *A* 26 pure *A* quia semel *A* qui a semet *Gamurrini* (*1*) qui a semel *scripsi*

[46] graeco sermone nisi cepos tu agiu iohanni, | id est quod uos
dicitis latine hortus sancti Iohannis. Nam et multi fratres
sancti monachi de diuersis locis uenientes tendunt se, ut
4 lauentur in eo loco. Denuo ergo et ad ipsum fontem, sicut
et in singulis locis, facta est oratio et lecta est ipsa lectio,
dictus etiam psalmus competens et singula, quae consuetudinis
nobis erant facere, ubicumque ad loca sancta ueniebamus, ita
5 et ibi fecimus. Illud etiam presbyter sanctus dixit nobis, eo
quod usque in hodierna die semper cata pascha, quicumque
essent baptizandi in ipso uico, id est in ecclesia, quae appellatur
opus Melchisedech, omnes in ipso fonte baptizarentur, sic
redirent mature ad candelas cum clericis et monachis dicendo
psalmos uel antiphonas et sic a fonte usque ad ecclesiam
sancti Melchisedech deducerentur mature omnes, qui fuissent
6 baptizati. Nos ergo accipientes de presbytero eulogias, id est
de pomario sancti Iohannis baptistae, similiter et de sanctis
monachis, qui ibi monasteria habebant in ipso horto pomario,
et gratias semper Deo agentes profecti sumus iter nostrum,
quo ibamus.

16 Ac sic ergo euntes aliquandiu per uallem Iordanis super
ripam fluminis ipsius, quia ibi nobis iter erat aliquandiu, ad
subito uidimus ciuitatem sancti prophetae Heliae, id est Thesbe,
unde ille habuit nomen Helias Thesbites. Inibi est ergo usque
in hodie spelunca, in qua sedit ipse sanctus, et ibi est memoria
2 sancti Gethae, cuius nomen in libris Iudicum legimus. Ac
sic ergo et ibi gratias Deo agentes iuxta consuetudinem
perexiuimus iter nostrum. Item euntes in eo itinere uidimus
uallem de sinistro nobis uenientem amoenissimam, quae uallis
erat ingens mittens torrentem in Iordanem infinitum, et ibi
in ipsa ualle uidimus monasterium cuiusdam fratris nunc id
3 est monachi. Tunc ego, ut sum satis curiosa, requirere coepi,

23 cf. III Reg. 17, 1   25 Iud. 12, 7

1 greco *A*   copos *A*   11 ac sic *Cholodniak*   27 in eo in eo *A*   28 amenissimam *A*   30 nunc *A* nunni *Cholodniak*   31 $\overset{o}{g}$ ego, *sed* $\overset{o}{g}$ *deletum est A*

quae esset haec uallis, ubi sanctus monachus nunc monasterium sibi fecisset; non enim putabam hoc sine causa esse. Tunc dixerunt nobis sancti, qui nobiscum iter faciebant, id est loci notores: haec est uallis Corra, ubi sedit sanctus Helias Thesbites temporibus Achab regis, qua famis fuit, et iusso Dei coruus ei escam portabat et de eo torrente aquam bibebat. Nam hic torrens, quem uides de ipsa ualle percurrentem in Iordanem, hic est Corra. Ac sic ergo nichilominus Deo 4
gratias agentes, qui nobis non merentibus singula, quae desiderabamus, dignabatur ostendere, itaque ergo ire coepimus iter nostrum sicut singulis diebus. Ac sic ergo facientes iter singulis diebus ad subito de latere sinistro, unde e contra partes Fenicis uidebamus, apparuit nobis mons ingens et altus infinitum, qui tendebatur in longo

Unum folium excisum est

qui sanctus monachus uir ascitis necesse habuit post tot 5 [47]
annos, quibus sedebat in heremum, mouere se et descendere ad ciuitatem Carneas, ut commoneret episcopum uel clericos temporis ipsius, iuxta quod ei fuerat reuelatum, ut foderent in eo loco, qui ei fuerat ostensus, sicut et factum est. Qui 6
fodientes in eo loco, qui ostensus fuerat, inuenerunt speluncam, quam sequentes fuerunt forsitan per passus centum, quo adsubito fodientibus illis adparuit lapis, quem lapidem cum perdiscoperuissent, inuenerunt sculptum in coperculo ipsius Iob. Cui Iob ad tunc in eo loco facta est ista ecclesia, quam uidetis, ita tamen ut lapis cum corpore non moueretur in alio loco, sed ibi, ubi inuentum fuerat corpus, positus esset, et ut corpus subter altarium iaceret. Illa autem ecclesia, quam tribunus nescio qui faciebat, sic fuit inperfecta usque in

4 III. Reg. 17, 3 *et q. s.*

6 corui *A* coruus ei *Cholodniak* de $^{\text{eo}}$torrentē *A* 12 econtra *A* 22 fuerunt] iuerunt *Cholodniak; ipse olim conieci* foderunt, *sed perperam* et subito *A* at subito *Cholodniak* adsubito *scripsi* 24 perdiscoperuis-s$^{\text{n}}$& *A* 25 qui *A* 27 positum *A* 29 *uox euanuit* stat *leg. Cholodniak et Gamurrini,* fuit *ipse*

7 hodie. Ac sic ergo nos alia die mane rogauimus episcopum,
ut faceret oblationem, sicut et facere dignatus est, et bene-
dicens nos episcopus profecti sumus. Communicantes ergo et
ibi, gratias agentes Deo semper regressi sumus in Ierusolimam,
iter facientes per singulas mansiones, per quas ieramus tres
annos.

17 Item in nomine Dei, transacto aliquanto tempore, cum iam
tres anni pleni essent, a quo in Ierusolimam uenissem, uisis
etiam omnibus locis sanctis, ad quos orationis gratia me
tenderam, et ideo iam reuertendi ad patriam animus esset,
uolui iubente Deo etiam et ad Mesopotamiam Syriae accedere
ad uisendos sanctos monachos, qui ibi plurimi et tam eximiae
uitae esse dicebantur, ut uix referri possit, nec non etiam et
gratia orationis ad martyrium sancti Thomae apostoli, ubi
corpus illius integrum positum est, id est apud Edessam,
quem se illuc missurum, postea quam in caelis ascendisset,
Deus noster Iesus testatus est per epistolam, quam ad Aggarum
regem per Ananiam cursorem misit, quaeque epistola cum grandi
reuerentia apud Edessam ciuitatem, ubi est ipsud martyrium,
2 custoditur. Nam mihi credat uolo affectio uestra, quoniam
nullus christianorum est, qui non se tendat illuc gratia orationis,
quicumque tamen usque ad loca sancta, id est in Ierusolimis
accesserit; et hic locus de Ierusolima uicesima et quinta
3 mansione est. Et quoniam de Antiochia propius est Meso-
potamiam, fuit mihi iubente Deo oportunum satis, ut quem-
admodum reuertebar Constantinopolim, quia per Antiochiam
iter erat, inde ad Mesopotamiam irem, sicut et factum est
Deo iubente.

[48] 18 Itaque ergo in nomine Christi Dei nostri profecta sum
de Antiochia ad Mesopotamiam habens iter per mansiones seu

2 faceret *A* 5 *fortasse:* ante tres annos 8 uenisse *A* 9 gratiam *A* 11 ut et *A* ut et—accederem *Cholodniak* etiam et *scripsi* 18 quoque epistolam *A* quaeque epistola *scripsi; eandem emendationem exhibent Gamurrini (2) et Cholodniak* 24 Mesopotamia *Gamurrini* anthiocia *A, et sic 26* anthiociam *et p. 61, 1* anthiociae, *at uero 30* antiochia 30 se^{p}u *uoce* seu *deleta A*

ciuitates aliquot prouinciae Siriae Celen, quae est Antiochiae,
et inde ingressa fines prouinciae Augustofratensis, perueni ad
ciuitatem Gerapolim, quae est metropolis ipsius prouinciae, id
est Augustofratensis. Et quoniam haec ciuitas ualde pulchra
et opulenta est atque abundans omnibus, necesse me fuit ibi
facere statiuam, quoniam iam inde non longe erant fines
Mesopotamiae. Itaque ergo proficiscens de Ierapolim in quinto- 2
decimo miliario in nomine Dei perueni ad fluuium Eufraten,
de quo satis bene scriptum est esse flumen magnum Eufraten
et ingens, et quasi terribilis est; ita enim decurrit habens
impetum, sicut habet fluuius Rodanus, nisi quod adhuc
maior est Eufrates. Itaque ergo quoniam necesse erat eum 3
nauibus transire, et nauibus nonnisi maioribus, ac sic im-
morata sum ibi forsitan plus media die; et inde in nomine
Dei transito flumine Eufraten, ingressa sum fines Mesopotamiae
Siriae.

Ac sic denuo faciens iter per mansiones aliquot, perueni ad **19**
ciuitatem, cuius nomen in scripturis positum legimus, id est
Batanis, quae ciuitas usque in hodie est. Nam et ecclesia
cum episcopo uere sancto et monacho et confessore habet,
et martyria aliquanta. Ipsa etiam ciuitas habundans multitudine
hominum est, nam et miles ibi sedet cum tribuno suo. Unde 2
denuo proficiscens, peruenimus in nomine Christi Dei nostri
Edessam. Ubi cum peruenissemus, statim perreximus ad
ecclesiam et ad martyrium sancti Thomae. Itaque ergo iuxta
consuetudinem factis orationibus et cetera, quae consuetudo
erat fieri in locis sanctis, nec non etiam et aliquanta ipsius
sancti Thomae ibi legimus. Ecclesia autem, ibi quae est, ingens 3
et ualde pulchra et noua dispositione, ut uere digna est esse
domus Dei; et quoniam multa erant, quae ibi desiderabam
uidere, necesse me fuit ibi statiua triduana facere. Ac sic ergo 4
uidi in eadem ciuitate martyria plurima nec non et sanctos

9 Gen. 15, 18

1 quae est proxima *Cholodniak* 24 perexiuimus *Cholodniak* 28 que *A* 29 et uere *Cholodniak* 32 ciuitatem *A*

monachos, commanentes alios per martyria, alios longius de
5 ciuitate in secretioribus locis habentes monasteria. Et quoniam
sanctus episcopus ipsius ciuitatis, uir uere religiosus et
monachus et confessor, suscipiens me libenter ait michi:
quoniam uideo te, filia, gratia religionis tam magnum laborem
tibi imposuisse, ut de extremis porro terris uenires ad haec
[49] loca, itaque ergo, | si libenter habes, quaecumque loca sunt
hic grata ad uidendum christianis, ostendimus tibi: tunc ergo
gratias agens Deo primum et sic ipsi rogaui plurimum, ut
6 dignaretur facere, quod dicebat. Itaque ergo duxit me primum
ad palatium Aggari regis et ibi ostendit michi archiotepam
ipsius ingens simillimam, ut ipsi dicebant, marmoream, tanti
nitoris, ac si de margarita esset, in cuius Aggari uultu parebat
de contra uere fuisse hunc uirum satis sapientem et honoratum.
Tunc ait mihi sanctus episcopus: ecce rex Aggarus, qui ante-
quam uideret Dominum, credidit ei, quia esset uere filius
Dei. Nam erat et iuxta archiotipa similiter de tali marmore
facta, quam dixit filii ipsius esse Magni, similiter et ipsa
7 habens aliquid gratiae in uultu. Item perintrauimus in interiori
parte palatii; et ibi erant fontes piscibus pleni, quales ego
adhuc nunquam uidi, id est tantae magnitudinis uel tam
perlustres aut tam boni saporis. Nam ipsa ciuitas aliam aquam
penitus non habet nunc nisi eam, quae de palatio exit, quae
8 est ac si fluuius ingens argenteus. Et tunc retulit michi de
ipsa aqua sic sanctus episcopus dicens: quodam tempore,
posteaquam scripserat Aggarus rex ad Dominum et Dominus
rescripserat Aggaro per Ananiam cursorem, sicut scriptum est
in ipsa epistola: transacto ergo aliquanto tempore super-
9 ueniunt Persae et girant ciuitatem istam. Sed statim Aggarus
epistolam Domini ferens ad portam cum omni exercitu suo
publice orauit. Et post dixit: Domine Iesu, tu promiseras

3 &̃ monachus *A* 8 ostendemus *Cholodniak* 9 ipsum *A* ipsi *scripsi* 12 ipse dicebat *Cholodniak* 16 dm̄ (= deum) *A* dominum *Bernard* 18 dix̄ *A* 20 quale *A* 21 et uel *A*, *sed* et *deleto* 24 ac sic, *sed* c *deleto* *A* 29 persi *A*

nobis. ne aliquis hostium ingrederetur ciuitatem istam, et ecce
nunc Persae inpugnant nos: quod cum dixisset, tenens manibus
leuatis epistolam ipsam apertam rex, ad subito tantae tene-
brae factae sunt, foras ciuitatem tamen ante oculos Persarum,
cum iam prope plicarent ciuitati, ita ut usque tertium milia-
rium de ciuitate essent: sed ita mox tenebris turbati sunt,
ut uix castra ponerent et pergirarent in miliario tertio totam
ciuitatem. Ita autem turbati sunt Persae, ut nunquam uiderent 10
postea, qua parte in ciuitate ingrederentur, sed custodirent
ciuitatem per giro clusam hostibus in miliario tamen tertio,
quam tamen custodierunt mensibus aliquot. Postmodum 11
autem, cum uiderent se nullo modo posse ingredi in ciui-
tatem, uoluerunt siti eos occidere, qui in ciuitate erant.
Nam monticulum istum, quem uides, filia, super ciuitate
hac, in illo tempore ipse huic | ciuitati aquam ministrabat. [50]
Tunc uidentes hoc Persae auerterunt ipsam aquam a ciui-
tate et fecerunt ei decursum contra ipso loco, ubi ipsi
castra posita habebant. In ea ergo die et in ea hora, qua 12
auerterant Persae aquam, statim hii fontes, quos uides in eo
loco, iusso Dei a semel eruperunt; ex ea die hi fontes usque
in hodie permanent hic gratia Dei. Illa autem aqua, quam
Persae auerterant, ita siccata est in ea hora, ut nec ipsi
haberent uel una die quod biberent, qui obsedebant ciuitatem,
sicut tamen et usque in hodie apparet; nam postea nunquam
nec qualiscumque humor ibi apparuit usque in hodie. Ac sic 13
iubente Deo, qui hoc promiserat futurum, necesse fuit eos
statim reuerti ad sua, id est in Persida. Nam et postmodum
quotienscumque uoluerunt uenire et expugnare hanc ciuitatem
hostes, haec epistola prolata est et lecta est in porta, et
statim nutu Dei expulsi sunt omnes hostes. Illud etiam retulit 14
sanctus episcopus, eo quod hii fontes ubi eruperunt, ante sic
fuerit campus intra ciuitatem subiacens palatio Aggari. Quod
palatium Aggari quasi in editiori loco positum erat, sicut et

8 ita tamen autem, *sed* tamen *lineis deletum A* 11 aliquod *A* 14 fonticulum *Cholodniak* 20 a semet *Gamurrini* 31 e rupe ierunt *A* eruperunt *scripsi*

nunc paret, ut uides. Nam consuetudo talis erat in illo
tempore. ut palatia. quotiensque fabricabantur, semper in
15 editioribus locis fierent. Sed postmodum quam hii fontes in
eo loco eruperunt, tunc ipse Aggarus filio suo Magno, id est
isti. cuius archiotipa uides iuxta patre posita, hoc palatium
fecit in eo loco, ita tamen ut hii fontes intra palatium inclu-
16 derentur. Postea ergo quam haec omnia retulit sanctus epi-
scopus. ait ad me: eamus nunc ad portam, per quam ingressus
est Ananias cursor cum illa epistola, quam dixeram. Cum
ergo uenissemus ad portam ipsam, stans episcopus fecit
orationem et legit nobis ibi ipsas epistolas et denuo benedicens
17 nos facta est iterata oratio. Illud etiam retulit nobis sanctus
ipse dicens. eo quod ex ea die, qua Ananias cursor per
ipsam portam ingressus est cum epistolam Domini, usque in
praesentem diem custodiatur. ne quis immundus, ne quis
lugubris per ipsam portam transeat. sed nec corpus alicuius
18 mortui eiciatur per ipsam portam. Ostendit etiam nobis
sanctus episcopus memoriam Aggari uel totius familiae ipsius
ualde pulchra. sed facta more antiquo. Duxit etiam nos et
ad illum palatium superiorem. quod habuerat primitus rex
Aggarus. et si qua praeterea loca erant, monstrauit nobis.
19 Illud etiam satis mihi grato fuit. ut epistolas ipsas siue
Aggari ad Dominum. siue Domini ad Aggarum. quas nobis
ibi legerat sanctus episcopus, acciperem michi ab ipso sancto.
Et licet in patria exemplaria ipsarum haberem, tamen
[51] gratius mihi uisum est, ut et ibi eas de | ipso acciperem,
ne quid forsitan minus ad nos in patria peruenisset; nam
uere amplius est, quod hic accepi. Unde si Deus noster
Iesus iusserit et uenero in patria, legitis et uos, dominae
animae meae.

20 Ac sic ergo facto ibi triduano necesse me fuit adhuc in

2 quotienscunque *Cholodniak* 5 parte *A* pariete *ipse conieceram* patre *Cholodniak* 6 in includerentur *A* 11 bendicens *A* 22 illum *sed corr. A* 27 nos, *non* uos, *ut ait Pomialowsky*, *codicem habere mihi confirmauit Gamurrini* 29 legi si uos *A* legitis uos *Cholodniak* legetis et uos *Gamurrini*

ante accedere usque ad Charris, quia modo sic dicitur. Nam
in scripturis sanctis dicta est Charra. ubi moratus est sanctus
Abraam, sicut scriptum est in Genesi, dicente Domino ad Abraam:
Exi de terra tua et de domo patris tui et uade in
Charram et reliqua. <Ibi> ergo cum uenissem, id est in 2
Charra, ibi statim fui ad ecclesiam, quae est intra ciuitate
ipsa, uidi etiam mox episcopum loci ipsius uere sanctum et
hominem Dei, et ipsum et monachum et confessorem, qui
mox nobis omnia loca ibi ostendere dignatus est, quae desidera-
bamus. Nam duxit nos statim ad ecclesiam, quae est foras 3
ciuitatem in eo loco, ubi fuit domus sancti Abrahae, id est
in ipsis fundamentis et de ipso lapide, ut tamen dicebat sanctus
episcopus. Cum ergo uenissemus in ipsa ecclesia, facta est
oratio et lectus ipse locus de Genesi, dictus etiam unus
psalmus, et iterata oratione et sic benedicens nos episcopus
egressi sumus foras. Item dignatus est nos ducere ad puteum 4
illum, unde portabat aquam sancta Rebecca. Et ait nobis
sanctus episcopus: ecce puteus, unde potauit sancta Rebecca
camelos pueri sancti Abrahae, id est Eleazari: et singula ita
nobis dignabatur ostendere. Nam ecclesia, quam dixi foras 5
ciuitatem, dominae sorores uenerabiles, ubi fuit primitus domus
Abrahae, nunc et martyrium ibi positum est, id est sancti
cuiusdam monachi nomine Helpidi. Hoc autem nobis satis
gratum euenit, ut pridie martyrium die ibi ueniremus, id est
sancti ipsius Helpidii, nono k. maias, ad quam diem necesse
fuit undique et de omnibus Mesopotamiae finibus omnes
monachos in Charra descendere, etiam et illos maiores, qui
in solitudine sedebant, quos ascites uocant, per diem ipsum,
qui ibi satis granditer attenditur, et propter memoriam sancti
Abrahae, quia domus ipsius fuit, ubi nunc ecclesia est, in
qua positum est corpus ipsius sancti martyris. Itaque ergo 6

4 Gen. 12, 1 17 cf. Gen. 24, 15 *e. q. s.*

1 c[h]arris *A* 2 c[h]arra *A* 5 Ibi *ipse suppleui* eo *pro* ergo *coni. Cholodniak* 15 bendicens *A* 18 potauit *corr. ex* portauit *A*

hoc nobis ultra spem grate satis euenit, ut sanctos et uere
homines Dei monachos mesopotamenos ibi uideremus, etiam
et eos, quorum fama uel uita longe audiebatur, quos tamen
non aestimabam me penitus posse uidere, non quia inpossibile
esset Deo etiam et hoc praestare michi, qui omnia praestare
dignabatur, sed quia audieram eos, eo quod extra diem
paschae et extra diem hanc, non eos descendere de locis suis,
quoniam tales sunt, ut et uirtutes faciant multas, et quoniam
[52] nesciebam, quo mense | esset dies hic martyrii, quem dixi.
Itaque Deo iubente sic euenit, ut ad diem, quem nec sperabam,
7 ibi uenirem. Fecimus ergo et ibi biduum propter diem mar-
tyrii et propter uisionem sanctorum illorum, qui dignati sunt
ad salutandum libenti satis animo me suscipere et alloqui,
in quo ego non merebar. Nam et ipsi statim post martyrii
diem nec uisi sunt ibi, sed mox de nocte petierunt heremum
8 et unusquisque eorum monasteria sua, qui ubi habebat. In
ipsa autem ciuitate extra paucos clericos et sanctos monachos,
si qui tamen in ciuitate commorantur, penitus nullum chri-
stianum inueni, sed totum gentes sunt. Nam sicut nos cum
grandi reuerentia attendimus locum illum, ubi primitus domus
sancti Abrahae fuit, pro memoria illius, ita et illae gentes
forte ad mille passus de ciuitate cum grandi reuerentia ad-
9 tendunt locum, ubi sunt memoriae Naor et Bathuhelis. Et
quoniam episcopus illius ciuitatis ualde instructus est de
scripturis, requisiui ab eo dicens: rogo te, domine, ut dicas
michi, quod desidero audire. Et ille ait: dic, filia, quod uis,
et dicam tibi, si scio. Tunc ego dixi: sanctum Abraam cum
patre Thara et Sarra uxore et Loth fratris filio scio per
scripturas in eo loco uenisse; Naor autem uel Bathuhelem
non legi, quando in isto loco transierint, nisi quod hoc solum
scio, quia postmodum puer Abraae, ut peteret Rebeccam

27 cf. Gen. 11, 31 31 cf. Gen. 24, 10. 15; 22, 23

4 estimabam *A* 7 eos *delendum censet Cholodniak* 14 martyrum *A* martyrii *Cholodniak* 17 ciuitatem *A* 24 est] et *A*

filiam Bathuhelis filii Nahor filio domini sui Abraae, id est
Ysaac, in Charra uenerit. Tunc ait michi sanctus episcopus: 10
uere, filia, scriptum est, sicut dicis, in Genesi sanctum
Abraam hic transisse cum suis; Nachor autem cum suis uel
Bathuhelem non dicit scriptura canonis, quo tempore transierint.
Sed manifeste postmodum hic transierunt et ipsi, denique
et memoriae illorum hic sunt forte ad mille passus de ciuitate.
Nam uere scriptura hoc testatur, quoniam ad accipiendam
sanctam Rebeccam huc uenerit puer sancti Abraae, et denuo
sanctus Iacob hic uenerit, quando accepit filias Laban Syri.
Tunc ego requisiui, ubi esset puteus ille, ubi sanctus Iacob 11
potasset pecora, quae pascebat Rachel filia Laban Syri. Et
ait mihi episcopus: in sexto miliario est nnc locus ipse
iuxta uicum, qui fuit tunc uilla Laban Syri; sed cum uolueris
ire, imus tecum et ostendimus tibi, nam et multi monachi
ibi sunt ualde sancti et ascites et sancta ecclesia est ibi.
Illud etiam requisiui a sancto episcopo, ubinam esset locus 12
ille Chaldaeorum, ubi habitauerant primo Thara cum suis.
Tunc | ait mihi ipse sanctus episcopus: locus ille, filia, quem [53]
requiris, decima mansione est hinc intus in Persida. Nam
hinc usque ad Nisibin mansiones sunt quinque et inde usque
ad Hur, quae fuit ciuitas Chaldaeorum, aliae mansiones sunt
quinque; sed modo ibi accessus Romanorum non est; totum
enim illud Persae tenent. Haec autem specialiter orientalis
appellatur, quae est in confinium Romanorum et Persarum
uel Chaldaeorum. Et cetera plura referre dignatus est, sicut 13
et ceteri sancti episcopi uel sancti monachi facere dignabantur,
omnia tamen de scripturis Dei uel sanctis uiris gesta, id est
monachis, siue qui iam recesserant, quae mirabilia fecerint,
siue etiam qui adhuc in corpore sunt, quae cotidie faciant, hi

3 cf. Gen. 11, 31 10 cf. Gen. 28, 2. 5. 10 18 cf. Gen. 11, 28

1 filio suo dnī sui, *sed* suo *lineola deletum est A* 4 naćhor *A similiter p. 68, 6* raćhel *A* 12 *et* 14 siri *A* 13 mihi] m^{i} *A sim. 19* 18 chaldeorum *A*, *sic etiam 22 et 26* 22 ^{h}ur *A* 24 syria orientalis *scribendum uidetur*

tamen, qui sunt ascites. Nam nolo aestimet affectio uestra,
monachorum aliquando [aliquando] alias fabulas esse nisi aut
de scripturis Dei aut gesta monachorum maiorum.
21 Post biduo autem, quam ibi feceram, duxit nos episcopus
ad puteum illum, ubi adaquauerat sanctus Iacob pecora sanctae
Rachel; qui puteus sexto miliario est a Charris; in cuius
putei honorem fabricata est ibi iuxta sancta ecclesia ingens
ualde et pulchra. Ad quem puteum cum uenissemus, facta
est ab episopo oratio, lectus etiam locus ipse de Genesi,
dictus etiam unus psalmus competens loco atque iterata
2 oratione benedixit nos episcopus. Vidimus etiam loco iuxta
puteum iacentem lapidem illum infinitum nimis, quem mouerat
3 sanctus Iacob a puteo, qui usque hodie ostenditur. Ibi autem
circa puteo nulli alii commanent nisi clerici de ipsa ecclesia,
quae ibi est, et monachi habentes iuxta monasteria sua, quo-
rum uitam sanctus episcopus nobis retulit, sed uere inauditam.
Ac sic ergo facta oratione in ecclesia accessi cum episcopo
ad sanctos monachos per monasteria ipsorum et Deo gratias
agens et ipsis, qui dignati sunt me per monasteria sua, ubi-
cumque ingressa sum, libenti animo suscipere et alloqui illis
sermonibus, quos dignum erat de ore illorum procedere. Nam
et eulogias dignati sunt dare michi et omnibus, qui mecum
erant, sicut est consuetudo monachis dare, his tamen, quos
4 libenti animo suscipiunt in monasteriis suis. Et quoniam ipse
locus in campo grandi est, de contra ostensus est michi a
sancto episcopo uicus ingens satis forte ad quingentos passos
de puteo, per quem uicum iter habuimus. Hic autem uicus,
quantum episcopus dicebat, fuit quondam uilla Laban Syri,
qui uicus appellatur Fadana. Nam ostensa est michi in ipso
[54] uico memoria Laban Syri, | soceri Iacob; ostensus est etiam
5 michi locus, unde furata est Rachel idola patris sui. Ac sic

31 cf. Gen. 31, 19

1 estimet *A* 2 aliquando aliquando *dittographia A, nihil supplendum est cum Gamurrini* 11 locum *A emendaui Comm. Woelfflin. p. 94* 12 iacente lapipem *A* 28 *et* 30 siri *A*

ergo in nomine Dei peruisis omnibus faciens uale sancto epi-
scopo et sanctis monachis, qui nos usque ad illum locum
deducere dignati fuerant, regressi sumus per iter uel mansiones,
quas ueneramus de Antiochia.
Antiochia autem cum fuissem regressa, feci postmodum 22
septimana, quousque ea, quae necessaria erant itineri, para-
rentur. Et sic proficiscens de Antiochia faciens iter per
mansiones aliquot perueni ad prouinciam, quae Cilicia appel-
latur, quae habet ciuitatem metropolim Tharso, ubi quidem
Tharso et eundo Ierusolimam iam fueram. Sed quoniam de 2
Tharso tertia mansione, id est in Hisauria, est martyrium
sanctae Teclae, gratum fuit satis, ut etiam illuc accederem,
praesertim cum tam in proximo esset.
Nam proficiscens de Tharso perueni ad quandam ciuitatem 23
supra mare adhuc Ciliciae, quae appellatur Ponpeiopolin. Et
inde iam ingressa fines Hisauriae mansi in ciuitate, quae
appellatur Corico, ac tertia die perueni ad ciuitatem, quae
appellatur Seleucia Hisauriae. Ubi cum peruenissem, fui ad
episcopum uere sanctum ex monacho, uidi etiam ibi ecclesiam
ualde pulchram in eadem ciuitate. Et quoniam inde ad sanctam 2
Teclam, qui locus est ultra ciuitatem in colle sed plano,
habebat de ciuitate forsitan mille quingentos passus, malui
ergo perexire illuc, ut statiuam, quam factura eram, ibi facerem.
Ibi autem ad sanctam ecclesiam nichil aliud est nisi mona-
steria sine numero uirorum ac mulierum. Nam inueni ibi 3
aliquam amicissimam michi, et cui omnes in oriente testi-
monium ferebant uitae ipsius, sancta diaconissa nomine Mar-
thana, quam ego aput Ierusolimam noueram, ubi illa gratia
orationis ascenderat; haec autem monasteria aputactitum seu
uirginum regebat. Quae me cum uidisset, quod gaudium
illius uel meum esse potuerit, nunquid uel scribere possum?
Sed ut redeam ad rem, monasteria ergo plurima sunt ibi per 4

4, 5, 7 anthiocia *A* 10 Tharso *seclusit Bernard* 12 accedere *A* 15 que *A* 22 forsitam *A* 23 statiua *A* sibi, *sed litt.* s *lineola deleta A* 29 haec] hic *Cholodniak* aput ac titum *A*

ipsum collem et in medio murus ingens, qui includet ecclesiam,
in qua est martyrium, quod martyrium satis pulchrum est.
Propterea autem murus missus est ad custodiendam ecclesiam
propter Hisauros, quia satis mali sunt et frequenter latrun-
culantur, ne forte conentur aliquid facere circa monasterium,
5 quod ibi est deputatum. Ibi ergo cum uenissem in nomine
Dei, facta oratione ad martyrium nec non etiam et lectus
omnis actus sanctae Teclae, gratias Christo Deo nostro egi
infinitas, qui mihi dignatus est indignae et non merenti in
[55] 6 omnibus desideria complere. Ac sic ergo facto ibi biduo | uisis
etiam sanctis monachis uel aputactitis, tam uiris quam feminis,
qui ibi erant, et facta oratione et communione reuersa sum
Tharso ad iter meum, ubi facta statiua triduana in nomine
Dei profecta sum inde iter meum. Ac sic perueniens eadem
die ad mansionem, quae appellatur Mansocrenas, quae est sub
7 monte Tauro, ibi mansi. Et inde alia die subiens montem
Taurum et faciens iter iam notum per singulas prouincias,
quas eundo transiueram, id est Cappadociam, Galatiam et
Bithiniam, perueni Calcedona, ubi propter famosissimum mar-
tyrium sanctae Eufimiae ab olim michi notum iam, quod ibi
8 est, mansi loco. Ac sic ergo alia die transiens mare perueni
Constantinopolim agens Christo Deo nostro gratias, quod michi
indignae et non merenti praestare dignatus est tantam gratiam,
id est, ut non solum uoluntatem eundi, sed et facultatem
perambulandi, quae desiderabam, dignatus fuerat praestare et
9 reuertendi denuo Constantinopolim. Ubi cum uenissem, per
singulas ecclesias uel apostolos nec non et per singula mar-
tyria, quae ibi plurima sunt, non cessabam Deo nostro Iesu
gratias agere, qui ita super me misericordiam suam praestare
10 dignatus fuerat. De quo loco, domnae, lumen meum, cum haec

4 hisa auros *altero* a *lineola deleta A* 6 est ibi, *sed ordo uirgulis adscriptis restitutus est A* 7 lecta' omnia *corr. in* omni *A* 9 *ante* merenti *est rasura quattuor litterarum A* 11 aputactites *A* 15 quae est] qua est *A* 16 alia *ex* alie *corr. A* 17 iam *in rasura A* 23 *et* 25 p̄rare *A* 30 dõnae *A*

ad uestram affectionem darem, iam propositi erat in nomine Christi Dei nostri ad Asiam accedendi, id est Efesum, propter martyrium sancti et beati apostoli Iohannis gratia orationis. Si autem et post hoc in corpore fuero, si qua praeterea loca cognoscere potuero, aut ipsa praesens, si Deus fuerit praestare dignatus, uestrae affectioni referam aut certe, si aliud animo sederit, scriptis nuntiabo. Vos tantum, dominae, lumen meum, memores mei esse dignamini, siue in corpore, siue iam extra corpus fuero.

Ut autem sciret affectio uestra, quae operatio singulis diebus 24
cotidie in locis sanctis habeatur, certas uos facere debui sciens, quia libenter haberetis haec cognoscere. Nam singulis diebus ante pullorum cantum aperiuntur omnia hostia Anastasis et descendent omnes monazontes et parthenae, ut hic dicunt, et non solum hii, sed et laici praeter uiri aut mulieres, qui tamen uolunt maturius uigilare. Et ex ea hora usque in lucem dicuntur ymni et psalmi responduntur, similiter et antiphonae; et cata singulos ymnos fit oratio. Nam presbyteri bini uel terni, similiter et diacones, singulis diebus uices habent simul cum monazontes, qui cata singulos ymnos uel antiphonas
orationes dicunt. Iam autem ubi coeperit lucescere, | tunc 2 [56]
incipiunt matutinos ymnos dicere. Ecce et superuenit episcopus cum clero et statim ingreditur intro spelunca et de intro cancellos primum dicet orationem pro omnibus; commemorat etiam ipse nomina, quorum uult, sic benedicet cathecuminos. Item dicet orationem et benedicet fideles. Et post hoc exeunte episcopo de intro cancellos omnes ad manum ei accedunt, et ille eos uno et uno benedicet exiens iam ac sic fit missa
iam luce. Item hora sexta denuo descendent omnes similiter 3
ad Anastasim et dicuntur psalmi et antiphonae, donec commonetur episcopus; similiter descendet et non sedet, sed statim

8 cf. II Cor. 12, 3

4 corpo *A* 14 parthene *A* 15 praeter *A*, praeterea *edd.* 16 luce' *A* 25 ipse *A an scribendum* ipsa? 31 descendet *corr. ex* descenderet *A*

intrat intra cancellos intra Anastasim, id est intra speluncam,
ubi et mature, et inde similiter primum facit orationem, sic
benedicet fideles, et sic exiens de <intro> cancellos similiter
ei ad manum acceditur. Ita ergo et hora nona fit sicuti et ad
4 sexta. Hora autem decima, quod appellant hic licinicon, nam
nos dicimus lucernare, similiter se omnis multitudo colliget
ad Anastasim, incenduntur omnes candelae et cerei et fit
lumen infinitum. Lumen autem de foris non affertur, sed de
spelunca interiori eicitur, ubi noctu ac die semper lucerna
lucet, id est de intro cancellos, dicuntur etiam psalmi lucer-
nares, sed et antiphonae diutius. Ecce et commonetur episcopus
et descendet et sedet susum nec non etiam et presbyteri
5 sedent locis suis, dicuntur ymni uel antiphonae. Et at ubi
perdicti fuerint iuxta consuetudinem, leuat se episcopus et
stat ante cancellum, id est ante speluncam, et unus ex diaconibus
facit commemorationem singulorum, sicut solet esse consue-
tudo. Et diacono dicente singulorum nomina semper pisinni
plurimi stant respondentes semper: kyrie eleyson, quod dicimus
6 nos: miserere Domine, quorum uoces infinitae sunt. Et at ubi
diaconus perdixerit omnia, quae dicere habet, dicet orationem
primum episcopus et orat pro omnibus et sic orant omnes,
tam fideles quam et cathecumini simul. Item mittet uocem
diaconus, ut unusquisque, quomodo stat, cathecuminus inclinet
caput, et sic dicet episcopus stans benedictionem super
cathecuminos. Item fit oratio et denuo mittit diaconus uocem
et commonet, ut unusquisque stans fidelium inclinent capita
sua, item benedicet fideles episcopus et sic fit missa Anastasi.
7 Et incipient episcopo ad manum accedere singuli. Et post-
modum de Anastasim usque ad Crucem <cum> ymnis ducitur
episcopus, simul et omnis populus uadet. Ubi cum peruentum
[57] fuerit, primum facit orationem, | item benedicet cathecuminos,

3 intro *addidit Cholodniak* 13 ad *A* ad finem *coni. Gamurrini* 14 perducti *A* perdicti *ipse scripsi Archiv f. lat. Lex. IV p. 613* lebat *A* 26 inclin& (N *supra*) *A* 29 ymſ dicit (v *supra*) *A* cum ymnis ducitur *ipse scripsi*

item fit alia oratio, item benedicit fideles. Et post hoc denuo
tam episcopus quam omnis turba uadet denuo post Crucem
et ibi denuo similiter fit sicuti et ante Crucem. Et similiter
ad manum episcopo acceditur sicut ad Anastasim ita et ante
Crucem, ita et post Crucem. Candelae autem uitreae ingentes
ubique plurimae pendent et cereofala plurima sunt tam ante
Anastasim quam etiam ante Crucem, sed et post Crucem; finiun-
tur ergo haec omnia cum tenebris. Haec operatio cotidie per
dies sex ita habetur ad Crucem et ad Anastasim. Septima 8
autem die, id est dominica die, ante pullorum cantum colliget
se omnis multitudo, quaecumque esse potest in eo loco, ac
si per pascha in basilica, quae est loco iuxta Anastasim, foras
tamen, ubi luminaria pro hoc ipsud pendent. Dum enim
uerentur, ne ad pullorum cantum non occurrant, antecessus
ueniunt et ibi sedent. Et dicuntur ymni nec non et antiphonae,
et fiunt orationes cata singulos ymnos uel antiphonas. Nam et
presbyteri et diacones semper parati sunt in eo loco ad uigilias
propter multitudinem, quae se colliget. Consuetudo enim talis
est, ut ante pullorum cantum loca sancta non aperiantur.
Mox autem primus pullus cantauerit, statim descendet epi- 9
scopus et intrat intro speluncam ad Anastasim, aperiuntur
hostia omnia et intrat omnis multitudo ad Anastasim, ubi
iam luminaria infinita lucent, et quemadmodum ingressus
fuerit populus, dicet psalmum quicumque de presbyteris et
respondent omnes, post hoc fit oratio. Item dicit psalmum
quicumque de diaconibus, similiter fit oratio, dicitur et tertius
psalmus a quocumque clerico, fit et tertio oratio et comme-
moratio omnium. Dictis ergo his tribus psalmis et factis 10
orationibus tribus ecce etiam thymiataria inferuntur intro
spelunca Anastasis, ut tota basilica Anastasis repleatur odo-
ribus. Et tunc ibi stat episcopus intro cancellos, prendet euan-

4 eps *A* episcopo *scripsi* 6 cereofala *uide Du Cangii glossarium s. v.* 8 crebris *A* tenebris *Gamurrini* 11 quecumque *A* 23 luc$\overset{N}{\&}$ *A* 29 thiamataria *A*

gelium et accedet ad hostium et leget resurrectionem Domini
episcopus ipse. Quod cum coeperit legi, tantus rugitus et
mugitus fit omnium hominum et tantae lacrimae, ut quamuis
durissimus possit moueri in lacrimis Dominum pro nobis tanta
11 sustinuisse. Lecto ergo euangelio exit episcopus et ducitur cum
ymnis ad Crucem et omnis populus cum illo. Ibi denuo dicitur
unus psalmus et fit oratio. Item benedicit fideles et fit missa.
12 Et exeunti episcopo omnes ad manum accedunt. Mox autem
recipit se episcopus in domum suam, et iam ex illa hora reuer-
[58] tuntur omnes monazontes ad Anastasim et psalmi | dicuntur
et antiphonae usque ad lucem et cata singulos psalmos uel
antiphonas fit oratio; uicibus enim quotidie presbyteri et
diacones uigilant ad Anastasim cum populo. De laicis etiam
uiris aut mulieribus, si qui uolunt, usque ad lucem loco
sunt, si qui nolunt, reuertuntur in domos suas et reponent
se dormito.

25 Cum luce autem, quia dominica dies est, et proceditur in
ecclesia maiore, quam fecit Constantinus, quae ecclesia in
Golgotha est post Crucem, et fiunt omnia secundum consue-
tudinem, qua et ubique fit die dominica. Sane quia hic
consuetudo sic est, ut de omnibus presbyteris, qui sedent,
quanti uolunt, praedicent, et post illos omnes episcopus prae-
dicat, quae praedicationes propterea semper dominicis diebus
sunt, ut semper erudiatur populus in scripturis et in Dei
dilectione: quae praedicationes dum dicuntur, grandis mora
fit, ut fiat missa ecclesiae, et ideo ante quartam horam aut
2 forte quintam missa fit. At ubi autem missa facta fuerit
ecclesiae iuxta consuetudinem, qua et ubique fit, tunc de
ecclesia monazontes cum ymnis ducunt episcopum usque ad

1 dn̄s *A* domini *scripsi probante Bernardo* 8 exeunte *A* exeunti *ipse scripsi* 9 etiam *A* 10 dicunt² *signum* ur *euanuit, sed etiam nunc distingui potest* 11 lucem *euanuit, sed* l cē *legi postest A* 13 ana^{sta} sī *A* 17 et *delendum censet Cholodniak* 19 fiunt *sic, non* sunt *A* 20 que *A* qua et *scripsi* 27 non fit *coni. Gamurrini*

Anastasim. Cum autem coeperit episcopus uenire cum ymnis,
aperiuntur omnia hostia de basilica Anastasis, intrat omnis
populus, fidelis tamen, nam cathecumini non. Et at ubi 3
intrauerit populus, intrat episcopus et statim ingreditur intra
cancellos [martyrii] speluncae. Primum aguntur gratiae Deo,
et sic fit oratio pro omnibus, postmodum mittet uocem diaconus,
ut inclinent capita sua omnes, quomodo stant, et sic benedicet
eos episcopus stans intra cancellos interiores et postmodum
egreditur. Egredienti autem episcopo omnes ad manum accedent. 4
Ac sic est, ut prope usque ad quintam aut sextam horam
protraitur missa. Item et ad lucernare similiter fit iuxta
consuetudinem cotidianam. Haec ergo consuetudo singulis
diebus ita per totum annum custoditur exceptis diebus sollen-
nibus, quibus et ipsis quemadmodum fiat infra annotabimus.
Hoc autem inter omnia satis praecipuum est, quod faciunt, 5
ut psalmi uel antiphonae apti semper dicantur, tam qui nocte
dicuntur, tam qui contra mature, tam etiam qui per diem
uel sexta aut nona uel ad lucernare semper ita apti et ita
rationabiles, ut ad ipsam rem pertineant, quae agitur. Et cum 6
toto anno semper dominica die in ecclesia maiore procedatur,
id est quae in Golgotha est, id est post Crucem, quam fecit
Constantinus, una tantum die dominica, id est quinqua-
gesimarum per pentecosten, in Syon proceditur, sicut infra
annotatum inuenietis, sic tamen in Syon ut, antequam sit hora
tertia, illuc eatur, fiat primum missa in ecclesia maiorem

Deest unum folium.

Benedictus qui uenit in nomine Domini et cetera, quae [59]
secuntur. Et quoniam pro monazontes, qui pedibus uadent,
necesse est lenius iri: ac sic peruenitur in Ierusolima ea hora,
qua incipit homo hominem posse cognoscere, id est prope

27 Matth. 21, 9

1 ceperit *A* 5 martyrii *seclusi* 6 orationem *A* 7 inclinet *A* inclinent *Gamurrini* 11 lucernares *A* 14 annotauimus *A* annotabimus *Gamurrini* 25 et illuc eatur *Du Chesne. Origines du culte chrétien p. 475* fiat *A* Fit at *Bernard* Fit *Cholodniak* 29 leuius *A*

7 luce, ante tamen quam lux fiat. Ubi cum peruentum fuerit,
statim sic in Anastase ingreditur episcopus et omnes cum
eo, ubi luminaria iam supra modo lucent. Dicitur ergo ibi
unus psalmus, fit oratio, benedicuntur ab episcopo primum
cathecumini, item fideles. Recipit se episcopus et uadent
se unusquisque ad hospitium suum, ut se resumant. Monazontes
8 autem usque ad lucem ibi sunt et ymnos dicunt. At ubi
autem resumpserit se populus hora incipiente secunda, colligent
se omnes in ecclesia maiore, quae est in Golgotha. Qui autem
ornatus sit illa die ecclesiae uel Anastasis aut Crucis aut
in Bethleem, superfluum fuit scribi. Ubi extra aurum et
gemmas aut sirico nichil aliud uides; nam et si uela uides,
auroclaua oloserica sunt, si cortinas uides, similiter auroclauae
olosericae sunt. Ministerium autem omne genus aureum
gemmatum profertur illa die. Numerus autem uel ponderatio
de ceriofalis uel cicindelis aut lucernis uel diuerso ministerio
9 nunquid uel aestimari aut scribi potest? Nam quid dicam de
ornatu fabricae ipsius, quam Constantinus sub praesentia
matris suae, in quantum uires regni sui habuit, hornauit auro,
musiuo et marmore pretioso tam ecclesiam maiorem quam
Anastasim uel ad Crucem uel cetera loca sancta in Ierusolima?
10 Sed ut redeamus ad rem, fit ergo prima die missa in ecclesia
maiore, quae est in Golgotha. Et quoniam dum praedicant,
uel legent singulas lectiones uel dicunt ymnos, omnia tamen
apta ipsi diei, et inde postmodum cum missa ecclesiae facta
fuerit, hitur cum ymnis ad Anastasim iuxta consuetudinem:
11 ac sic fit missa forsitan sexta hora. Ipsa autem die similiter
et ad lucernare iuxta consuetudinem cotidianam fit. Alia
denuo die similiter in ipsa ecclesia proceditur in Golgotha,
hoc idem et tertia die; per triduo ergo haec omnis laetitia

2 astase, *sic saepius A* 3 supra numero *Cholodniak* 13 oleserica *A* auroclaue *A* 14 olesericae *A* genus] gē *in extrema linea A* 17 extimari *A sic saepe* 19 honorauit *A* hornauit *coni. Woelfflin, Archiv f. lat. Lex. IV p. 260* 30 homines *A* haec omnis *Du Chesne, Orig. du culte chrét. p. 477 et Cholodniak*

in ecclesia, quam fecit Constantinus, celebratur usque ad sextam. Quarta die in Eleona, id est in ecclesia, quae est in monte Olìueti, pulchra satis, similiter omnia ita ornantur et ita celebrantur ibi, quinta die in Lazariu, quod est ab Ierusolima forsitan ad mille quingentos passus, sexta die in Syon, septima die in Anastase, octaua die ad Crucem. Ac sic ergo per octo dies haec omnis laetitia et is hornatus celebratur in omnibus locis sanctis, quos superius nominaui. In Bethleem autem per | totos octo dies cotidie is ornatus est et ipsa 12 [60]
laetitia celebratur a presbyteris et ab omni clero ipsius loci et a monazontes, qui in ipso loco deputati sunt. Nam ex illa hora, qua omnes nocte in Ierusolima reuertuntur cum episcopo, tunc loci ipsius monachi, quicumque sunt, usque ad lucem in ecclesia in Bethleem peruigilant ymnos seu antiphonas dicentes, quia episcopum necesse est hos dies semper in Ierusolima tenere. Pro sollemnitate autem et laetitia ipsius diei infinitae turbae se undique colligent in Ierusolima, non solum monazontes, sed et laici uiri aut mulieres.

Sane quadragesimae de epiphania ualde cum summo honore **26**
hic celebrantur. Nam eadem die processio est in Anastase et omnes procedunt et ordine suo aguntur omnia cum summa laetitia ac si per pascha. Praedicant etiam omnes presbyteri et sic episcopus semper de eo loco tractantes euangelii, ubi quadragesima die tulerunt Dominum in templo Ioseph et Maria et uiderunt eum Symeon uel Anna prophetissa filia Fanuhel et de uerbis eorum, quae dixerunt uiso Domino, uel de oblatione ipsa, quam optulerunt parentes. Et postmodum celebratis omnibus per ordinem, quae consuetudinis sunt, aguntur sacramenta et sic fit missa.

23 cf. Luc. 2, 21—39

6 astase *A* 11 et illa hora *A* ex illa hora *Cholodniak* 16 infinite *A* 20 astase *A* 21 ordines *A* ordine suo *ipse scripsi* 22 predicant *A* 23 tractantis *A* 26 fanuhel *sic ipse lectionem codicis annotaui,* famuhel *Cholodniak* samuhel *Gamurrini* 27 qua *A* 28 consuetudines *A*

27 Item dies paschales cum uenerint, celebrantur sic. Nam
sicut apud nos quadragesimae ante pascha adtenduntur, ita
hic octo septimanae attenduntur ante pascha. Propterea autem
octo septimanae attenduntur, quia dominicis diebus et sabbato
non ieiunantur excepta una die sabbati, qua uigiliae paschales
sunt et necesse est ieiunari; extra ipsum ergo diem penitus
nunquam hic toto anno sabbato ieiunatur. Ac sic ergo de
octo septimanis deductis octo diebus dominicis et septem
sabbatis, quia necesse est una sabbati ieiunari, ut superius
dixi, remanent dies quadraginta et unus, qui ieiunantur, quod
2 hic appellant eortae, id est quadragesimas. Singuli autem dies
singularum ebdomadarum aguntur sic, id est, ut die dominica
de pullo primo legat episcopus intra Anastase locum resur-
rectionis Domini de euangelio, sicut et toto anno dominicis
diebus fit, et similiter usque ad lucem aguntur ad Anastasem
et ad Crucem, quae et toto anno dominicis diebus fiunt.
3 Postmodum mane sicut et semper dominica die proceditur
et aguntur, quae dominicis diebus consuetudo est agi, in
ecclesia maiore, quae appellatur Martyrio, quae est in Golgotha
post Crucem. Et similiter missa de ecclesia facta ad Anastase
itur cum ymnis, sicut semper dominicis diebus fit. Haec ergo
dum aguntur, facit se hora quinta; lucernare hoc idem hora
sua fit sicut semper ad Anastasem et ad Crucem, sicut et
[61] 4 singulis locis sanctis fit; dominica enim die nona fit. | Item
secunda feria similiter de pullo primo ad Anastasem itur sicut
et toto anno et aguntur usque ad mane, quae semper. Denuo
ad tertia itur ad Anastasim et aguntur, quae toto anno ad
sextam solent agi, quoniam in diebus quadragesimarum et
hoc additur, ut et ad tertiam eatur. Item ad sextam et nonam
et lucernare ita aguntur, sicut consuetudo est per totum

3 septimanas *A* 4 septimane *A* 5 ieiunantur *A* ieiunatur *Gamurrini* 9 una die sabbati *Cholodniak* 10 unum *A* 15 fiet *A* fit et *scripsi probante Bernardo* 17 póstmodu *A* 20 anastase *in extrema linea A* 22 hic item *Bernard* totidem *ipse conieci* 24 nona] non *Du Chesne l. c. p. 479* 27 que *A*

annum agi semper in ipsis locis sanctis. Similiter et tertia 5
feria similiter omnia aguntur sicut et secunda feria. Quarta
feria autem similiter itur de noctu ad Anastase et aguntur
ea, quae semper, usque ad mane, similiter et ad tertiam et
ad sextam; ad nonam autem, quia consuetudo est semper,
id est toto anno, quarta feria et sexta feria ad nonam in Syon
procedi, quoniam in istis locis, excepto si martyrorum dies
euenerit, semper quarta et sexta feria etiam et a cathecuminis
ieiunatur, et ideo ad nonam in Syon proceditur. Nam si
fortuito in quadragesimis martyrorum dies euenerit quarta
feria aut sexta feria neque ad nona in Syon proceditur. Diebus 6
uero quadragesimarum, ut superius dixi, quarta feria ad nona
in Syon proceditur iuxta consuetudinem totius anni et omnia
aguntur, quae consuetudo est ad nonam agi praeter oblatio; nam
ut semper populus discat legem, et episcopus et presbyter
praedicant assidue. Cum autem facta fuerit missa, inde cum
ymnis populus deducet episcopum usque ad Anastasem; inde
sic uenitur, ut cum intratur in Anastase, iam et hora lucernari
sit; sic dicuntur ymni et antiphonae, fiunt orationes et fit
missa lucernaris in Anastase et ad Crucem. Missa autem 7
lucernarii in isdem diebus, id est quadragesimarum, serius
fit semper quam per toto anno. Quinta feria autem similiter
omnia aguntur sicut secunda feria et tertia feria. Sexta feria
autem similiter omnia aguntur sicut quarta feria et similiter
ad nonam in Syon itur et similiter inde cum ymnis usque
ad Anastase adducetur episcopus. Sed sexta feria uigiliae in
Anastase celebrantur ab ea hora, qua de Sion uentum fuerit
cum ymnis, usque in mane, id est de hora lucernarii, quem-

2 *alterum* similiter *delet Bernard* 5 ad sexta *A* ad nonam autem in Sion proceditur *Cholodniak* 6 ad nona *A* 7 martiriorum *A* 9 ieiunantur *A* ieiunatur *Gamurrini et Du Chesne p. 479* 11 atque *A* neque *Gamurrini* 12 quadragesimarum *corr. ex* quadragesimerum *A* 13 sion *A* 14 oblatio *A* oblationem *ipse conieci* 18 astase *A* hora] tota *A* hora *ipse emendaui* lucernari sic sic, *sed prius illud* sic *lineola per litteram* s *ducta deletum est* lucernaris sit *Gamurrini* iam est hora lucernaris. Sic *Cholodniak* 27 *et* p. 80, 2 astase *A*

admodum intratum fuerit in alia die mane, id est sabbato.
Fit autem oblatio in Anastase maturius, ita ut fiat missa ante
8 solem. Tota autem nocte uicibus dicuntur psalmi responsorii,
uicibus antiphonae, uicibus lectiones diuersae, quae omnia
usque in mane protrahuntur. Missa autem, quae fit sabbato
ad Anastase, ante solem fit, hoc est oblatio, ut ea hora, qua
incipit sol procedere, et missa in Anastase facta sit. Sic ergo
9 singulae septimanae celebrantur quadragesimarum. Quod autem
[62] dixi, maturius fit missa sabbato, | id est ante solem, propterea
fit, ut citius absoluant hi, quos dicunt hic ebdomadarios. Nam
talis consuetudo est hic ieiuniorum in quadragesimis, ut hi,
quos appellant ebdomadarios, id est qui faciunt septimanas,
dominica die, quia hora quinta fit missa, ut manducent. Et
quemadmodum prandiderint dominica die, iam non manducant
nisi sabbato mane, mox communicauerint in Anastase. Propter
ipsos ergo, ut citius absoluant, ante sole fit missa in Anastase
sabbato. Quod autem dixi, propter illos fit missa mane, non
quod illi soli communicent, sed omnes communicant, qui uolunt
eadem die in Anastase communicare.

28 Ieiuniorum enim consuetudo hic talis est in quadragesimis,
ut alii quemadmodum manducauerint dominica die post missa,
id est hora quinta aut sexta, iam non manducent per tota
septimana nisi sabbato ueniente post missa Anastasis, hi qui
2 faciunt ebdomadas. Sabbato autem quod manducauerint mane,
iam nec sera manducant, sed ad aliam diem, id est dominica,
prandent post missa ecclesiae hora quinta uel plus et postea
iam non manducant nisi sabbato ueniente, sicut superius dixi.
3 Consuetudo enim hic talis est, ut omnes, qui sunt, ut hic
dicunt, aputactitae, uiri uel feminae, non solum diebus quadra-
gesimarum, sed et toto anno, qua manducant, semel in die

7 et missa] ad missam *A* iam missa *Gamurrini* et missa *scripsi* as-
tase *A* 9 dixi] dix̄ *A* 10 domadarios *A* ebdomadarios *scripsi*
15, 19 astase *A* 21 alj *A* 24 quod] quando *Woelfflin, Archiv f. lat. Lex. IV p. 274* 27 manducent *A* 29 aput actite *A* 30 qua]
quando *Gamurrini*

manducant. Si qui autem sunt de ipsis aputactitis, qui non
possunt facere integras septimanas ieiuniorum, sicut superius
diximus, in totis quadragesimis in medio quinta feria cenant;
qui autem nec hoc potest, biduanas facit per totas quadra-
gesimas; qui autem nec ipsud, de sera ad seram manducant.
Nemo autem exigit, quantum debeat facere, sed unusquisque 4
ut potest id facit, nec ille laudatur, qui satis fecerit, nec ille
uituperatur, qui minus. Talis est enim hic consuetudo. Esca
autem eorum quadragesimarum diebus haec est, ut nec
panem, quod librari non potest, nec oleum gustent, nec
aliquid, quod de arboribus est, sed tantum aqua et sorbitione
modica de farina: . . . quadragesimarum sic fit, ut diximus.

Et completo earum septimanarum . . . . uigiliae in Anastase 29
sunt de hora lucernarii sexta feria, qua de Syon uenitur cum
psalmis, usque in mane sabbato, qua oblatio fit in Anastase.
Item secunda septimana et tertia et iiii^{a} et quinta et sexta
similiter fiunt, ut prima de quadragesimis. Septima autem 2
septimana cum uenerit, id est quando iam duae superant cum
ipsa, ut pascha sit, singulis diebus omnia quidem sic aguntur
sicut et ceteris septimanis, quae transierunt; tantummodo
quod uigiliae, [quae] in illis sex septimanis in Anastase factae
sunt, septima autem septimana, id est sexta feria, in Syon |
fiunt uigiliae iuxta consuetudinem eam, qua in Anastase [63]
factae sunt per sex septimanas. Dicuntur autem totis uigiliis
apti psalmi semper uel antiphonae tam loco quam diei. At 3
ubi autem coeperit se mane facere sabbato illucescente, offeret
episcopus et facit oblationem mane sabbato. Iam ut fiat

1 aput actites *A* 10 quid liberari *A* quod librari *Gamurrini* qui deliquari *Bernard* 12 *lacunam quae est post uerbum* farina *alii aliter suppleuerunt:* ieiunium *Gamurrini* ac prima quidem septimana *Cholodniak* ieiunium ergo *ipse scripsi* 13 Completo ea iam septimana *Cholodniak* *post* septimanarum *lacunam indicaui* 13 *et* 15 astase *A* 18 due *A* 21 quae *seclusi* astase *A* 23 uigiliae *delendum* censet *Cholodniak* ea *A* eae *Gamurrini* eam *scripsi cum Cholodniak* quae *A* qua *scripsi cum Cholodniak* astase *A* 24 toti singulis *A* totis uigiliis *ipse scripsi*

missa, mittit uocem archidiaconus et dicit: omnes hodie
hora septima in Lazario parati simus. Ac sic ergo cum coeperit
se hora septima facere, omnes ad Lazarium ueniunt. Lazarium
autem, id est Bethania, est forsitan secundo miliario a ciuitate.
4 Euntibus autem de Ierusolima in Lazarium forsitan ad quin-
gentos passus de eodem loco ecclesia est in strata in eo loco,
in quo occurrit Domino Maria soror Lazari. Ibi ergo cum
uenerit episcopus, occurrent illi omnes monachi, et populus
ibi ingreditur, dicitur unus ymnus et una antiphona et legitur
ipse locus de euangelio, ubi occurrit soror Lazari Domino.
Et sic facta oratione et benedictis omnibus inde iam usque
5 ad Lazarium cum ymnis itur. In Lazario autem cum uentum
fuerit, ita se omnis multitudo colligit, ut non solum ipse
locus, sed et campi omnes in giro pleni sint hominibus.
Dicuntur ymni etiam et antiphonae apti ipsi diei et loco,
similiter et lectiones aptae diei quaecumque leguntur. Iam
autem, ut fiat missa, denuntiatur pascha, id est, subit pres-
byter in altiori loco et leget illum locum, qui scriptus est in
euangelio: *Cum uenisset Iesus in Bethania ante sex dies
paschae* et cetera. Lecto ergo eo loco et annuntiata pascha
6 fit missa. Propterea autem ea die hoc agitur, quoniam sicut
in euangelio scriptum est, ante sex dies paschae factum hoc
fuisset in Bethania; de sabbato enim usque in quinta feria,
qua post cena noctu comprehenditur Dominus, sex dies sunt.
Reuertuntur ergo omnes ad ciuitatem rectus ad Anastase et
fit lucernare iuxta consuetudinem.

30 Alia ergo die, id est dominica, qua intratur in septimana
paschale, quam hic appellant septimana maior, celebratis de
pullorum cantu his, quae consuetudinis sunt in Anastase uel
ad Crucem usque ad mane agi: die ergo dominica mane

10 cf. Ioh. 11, 29 19 Ioh. 12, 1

6 instrata *A* 9 ibi] ubi *Cholodniak* 16 apte *A* 20 $g^{o\ eo}$ *A* 27 quae *A* qua *scripsi cum Cholodniak* 29 cantatis *A* cantu eis *Gamurrini* cantu his *Cholodniak* 30 agitur *A* agi *scripsi*

proceditur iuxta consuetudinem in ecclesia maiore, quae appel-
latur Martyrium. Propterea autem Martyrium appellatur, quia
in Golgotha est, id est post Crucem, ubi Dominus passus
est, et ideo Martyrio. Cum ergo celebrata fuerint omnia iuxta 2
consuetudinem in ecclesia maiore, et antequam fiat missa,
mittet uocem archidiaconus et dicit primum: ista septimana
omni, id est de die crastino, hora nona, omnes ad Martyrium
conueniamus, id est in ecclesia maiore. Item mittet uocem
alteram et dicet: hodie omnes hora septima in Eleona
parati simus. Facta ergo missa in ecclesia maiore, id est ad 3
Martyrium, deducitur episcopus cum ymnis ad Anastase et
ibi completis, quae | consuetudo est diebus dominicis fieri in [64]
Anastase post missa Martyrii et iam unusquisque hiens ad
domum suam festinat manducare, ut hora inchoante septima,
omnes in ecclesia parati sint, quae est in Eleona, id est in
monte Oliueti, ubi est spelunca illa, in qua docebat Dominus.

Hora ergo septima omnis populus ascendet in monte olìueti, **31**
id est in Eleona, in ecclesia, sed et episcopus; dicuntur ymni
et antiphonae aptae diei ipsi uel loco, lectiones etiam similiter.
Et cum coeperit se facere hora nona, subitur cum ymnis in
Inbomon, id est in eo loco, de quo ascendit Dominus in caelis,
et ibi seditur; nam omnis populus semper praesente episcopo,
iubetur sedere, tantum quod diacones soli stant semper.
Dicuntur et ibi ymni uel antiphonae aptae loco aut diei:
similiter et lectiones interpositae et orationes. Et iam cum 2
coeperit esse hora undecima, legitur ille locus de euangelio,
ubi infantes cum ramis uel palmis occurrerunt Domino dicentes:
Benedictus, qui uenit in nomine Domini. Et statim leuat
se episcopus et omnis populus, porro inde de summo monte
olìueti totum pedibus itur. Nam totus populus ante ipsum
cum ymnis uel antiphonis respondentes semper: Benedictus,

28 Matth. 21, 9

6 iuxta *A* ista *scripsi* 7 omne *A* de *addidi cum Cholodniak* 9 in eo leona *A* 14 in quo ante *A* 16 ibi *A* ubi *scripsi* 19 apte *A* 26 cęperit *A* 30 *fortasse:* ante ipsum uadit

3 qui uenit in nomine Domini. Et quotquot sunt infantes in hisdem locis, usque etiam qui pedibus ambulare non possunt, quia teneri sunt, in collo illos parentes sui tenent, omnes ramos tenentes alii palmarum, alii oliuarum; et sic deducetur
4 episcopus in eo typo, quo tunc Dominus deductus est. Et de summo monte usque ad ciuitatem et inde ad Anastase per totam ciuitatem totum pedibus omnes, sed et si quae matronae sunt aut si qui domini, sic deducunt episcopum respondentes et sic lente et lente, ne lassetur populus, porro iam sera peruenitur ad Anastase. Ubi cum uentum fuerit, quamlibet sero sit, tamen fit lucernare, fit denuo oratio ad Crucem et dimittitur populus.

32 Item alia die, id est secunda feria, aguntur, quae consuetudinis sunt de pullo primo agi usque ad mane ad Anastase, similiter et ad tertia et ad sexta aguntur ea, quae totis quadragesimis. Ad nona autem omnes in ecclesia maiore, id est ad Martyrium, colligent se et ibi usque ad horam primam noctis semper ymni et antiphonae dicuntur, lectiones etiam aptae diei et
2 loco leguntur, interpositae semper orationes. Lucernarium etiam agitur ibi, cum coeperit hora esse; sic est ergo, ut nocte etiam fiat missa ad Martyrium. Ubi cum facta fuerit missa, inde cum ymnis ad Anastase ducitur episcopus. In quo autem ingressus fuerit in Anastase, dicitur unus ymnus, fit oratio, benedicuntur cathecumini, item fideles, et fit missa.

[65] **33** Item tertia feria similiter omnia | fiunt sicut secunda feria. Illud solum additur tertia feria, quod nocte sera, postea quam missa facta fuerit ad Martyrium et itum fuerit ad Anastase et denuo in Anastase missa facta fuerit, omnes illa hora
2 noctu uadent in ecclesia, quae est in monte Eleona. In qua ecclesia cum uentum fuerit, intrat episcopus intra spelunca, in qua spelunca solebat Dominus docere discipulos, et accipit

4 cf. Matth. 21, 8

2 quȩ *A* 7 matrone *A* 13 secunda fr̄ *A* 19 orationes fiunt *Cholodniak* lucernarum *A* lucernarium *ipse et Pomialowsky, item Du Chesne l. c. p. 485* 21 factum *A* cum factum fuerit missam *Cholodniak*

codicem euangelii et stans ipse episcopus leget uerba Domini, quae scripta sunt in euangelio in cata Matheo, id est ubi dicit: Videte, ne quis uos seducat. Et omnem ipsam allocutionem perleget episcopus. At ubi autem illa perlegerit, fit oratio, benedicuntur cathecumini, item et fideles, fit missa et reuertuntur a monte unusquisque ad domum suam satis sera iam nocte.

Item quarta feria aguntur omnia per tota die a pullo primo 34 sicut secunda feria et tertia feria, sed posteaquam missa facta fuerit nocte ad Martyrium et deductus fuerit episcopus cum ymnis ad Anastase, statim intrat episcopus in spelunca, quae est in Anastase, et stat intra cancellos, presbyter autem ante cancellum stat et accipit euangelium et legit illum locum, ubi Iudas Scariothes hiuit ad Iudeos et definiuit quid ei darent, ut traderet Dominum. Qui locus at ubi lectus fuerit, tantus rugitus et mugitus est totius populi, ut nullus sit, qui moueri non possit in lacrimis in ea hora. Postmodum fit oratio, benedicuntur cathecumini, postmodum fideles et fit missa.

Item quinta feria aguntur ea de pullo primo, quae consue- 35 tudinis est usque ad mane ad Anastase, similiter ad tertia et ad sexta. Octaua autem hora iuxta consuetudinem ad Martyrium colliget se omnis populus, propterea autem temporius quam ceteris diebus, quia citius missa fieri necesse est. Itaque ergo collecto omni populo aguntur, quae agenda sunt, fit ipsa die oblatio ad Martyrium et facitur missa hora forsitan decima ibidem. Antea autem quam fiat missa, mittet uocem archidiaconus et dicet: Hora prima noctis omnes in ecclesia, quae est in Eleona, conueniamus, quoniam maximus labor nobis instat hodie nocte ista. Facta ergo missa Martyrii uenitur post 2 Crucem, dicitur ibi unus ymnus tantum, fit oratio et offeret episcopus ibi oblationem et communicant omnes. Excepta

3 Matth. 24, 4 14 Matth. 26, 14

3 dicitur, *sed signo* ur *deleto A* 4 autem ubi, *sed signo transpositionis addito A* 14 et *ante* definiuit *addidi* 29 uenit *A scribendum esse:* uenitur *recte monet Pomialowsky*

enim ipsa die una per totum annum nunquam offeritur post
Crucem nisi ipsa die tantum. Facta ergo et ibi missa itur
ad Anastase, fit oratio, benedicuntur iuxta consuetudinem
cathecumini et sic fideles et fit missa. Et sic unusquisque
festinat reuerti in domum suam, ut manducet, quia statim ut
manducauerint, omnes uadent in Eleona in ecclesia ea, in qua
est spelunca, in qua ipsa die Dominus cum apostolis fuit.
3 Et ibi usque ad hora noctis forsitan quinta semper aut ymni
aut antiphonae aptae diei et loco, similiter et lectiones dicun-
tur, interpositae orationes fiunt, loca etiam ea de euangelio
leguntur, in quibus Dominus allocutus est discipulos eadem
4 die sedens in eadem spelunca, quae in ipsa ecclesia est. Et
inde iam hora noctis forsitan sexta itur susu in Imbomon cum
[66] ymnis in eo loco, unde ascendit Dominus in caelis. | Et ibi
denuo similiter lectiones et ymni et antiphonae aptae diei
dicuntur, orationes etiam ipsae quaecumque fiunt, quas dicet
episcopus, semper et diei et loco aptas dicet.

36 Ac sic ergo cum coeperit esse pullorum cantus, descenditur
de Imbomon cum ymnis et acceditur eodem loco, ubi orauit
Dominus, sicut scriptum est in euangelio: *Et accessit quantum
iactus lapidis et orauit* et cetera. In eo enim loco ecclesia
est elegans. Ingreditur ibi episcopus et omnis populus, dicitur
ibi oratio apta loco et diei, dicitur etiam unus ymnus aptus
et legitur ipse locus de euangelio, ubi dixit discipulis suis:
Vigilate, ne intretis in temptationem. Et omnis ipse
2 locus perlegitur ibi et fit denuo oratio. Et iam inde cum ymnis
usque ad minimus infans in Gessamani pedibus cum episcopo
descendent, ubi prae tam magna turba multitudinis et fati-
gati de uigiliis et ieiuniis cotidianis lassi, quia tam magnum
montem necesse habent descendere, lente et lente cum ymnis
uenitur in Gessamani. Candelae autem ecclesiasticae super
3 ducentae paratae sunt propter lumen omni populo. Cum ergo

20 Luc. 22, 41 · 25 Marc. 14, 38

9 apte *A* 16 quecumque *A* 19 accedit *A* acceditur *Cholodniak* eadem *A* 27 minim; (*sic*) *A* 32 ducente *A*

peruentum fuerit in Gessamani, fit primum oratio apta, sic
dicitur ymnus, item legitur ille locus de euangelio, ubi com-
prehensus est Dominus. Qui locus ad quod lectus fuerit,
tantus rugitus et mugitus totius populi est cum fletu, ut
forsitan porro ad ciuitatem gemitus populi omnis auditus sit.
Et iam ex illa hora hitur ad ciuitatem pedibus cum ymnis,
peruenitur ad portam ea hora, qua incipit quasi homo hominem
cognoscere, inde totum per mediam ciuitatem omnes usque
ad unum, maiores atque minores, diuites, pauperes, toti ibi
parati, specialiter illa die nullus recedit a uigiliis usque in
mane. Sic deducitur episcopus a Gessemani usque ad portam
et inde per totam ciuitatem usque ad Crucem. Ante Crucem 4
autem at ubi uentum fuerit, iam lux quasi clara incipit esse.
Ibi denuo legitur ille locus de euangelio, ubi adducitur Dominus
ad Pilatum, et omnia quaecumque scripta sunt Pilatum ad
Dominum dixisse aut ad Iudeos totum legitur. Postmodum 5
autem alloquitur episcopus populum confortans eos, quoniam
et tota nocte laborauerint et adhuc laboraturi sint ipsa die,
ut non lassentur, sed habeant spem in Deo, qui eis pro eo
labore maiorem mercedem redditurus sit. Et sic confortans eos,
ut potest ipse, alloquens dicit eis: Ite interim nunc unusquisque
ad domumcellas uestras, sedete uobis et modico, et ad horam
prope secundam diei omnes parati estote hic, ut de ea hora
usque ad sexta sanctum lignum crucis possitis uidere ad
salutem sibi unusquisque nostrum credens profuturum; de hora
enim sexta denuo necesse habemus hic omnes conuenire in
isto loco, id est ante Crucem, ut lectionibus et orationibus
usque ad noctem operam demus.

14 cf. Matth. 27, 2 Marc. 15, 1 Luc. 23, 1 Ioh. 18, 28

7 et peruenitur *Cholodniak* 11 usque ad crucem portam, *sed uocabulum* crucem *lineola perducta deletum est A* 12 ciuitate *A* 20 confortantes *A* 22 set modico *Cholodniak; mihi potius post* modico *intercidisse uidetur:* resumite uos 25 nostrum] uestrum *Cholodniak*

[67] 37 Post hoc ergo missa | facta de Cruce, id est antequam sol
procedat, statim unusquisque animosi uadent in Syon orare
ad columnam illam, ad quam flagellatus est Dominus. Inde
reuersi sedent modice in domibus suis et statim toti parati
sunt. Et sic ponitur cathedra episcopo in Golgotha post
Crucem, quae stat nunc, residet episcopus in cathedra, ponitur
ante eum mensa sublinteata, stant in giro mensa diacones et
affertur loculus argenteus deauratus, in quo est lignum sanctum
crucis, aperitur et profertur, ponitur in mensa tam lignum
2 crucis quam titulus. Cum ergo positum fuerit in mensa,
episcopus sedens de manibus suis summitates de ligno sancto
premet, diacones autem, qui in giro stant, custodent. Hoc
autem propterea sic custoditur, quia consuetudo est, ut unus
et unus omnis populus ueniens, tam fideles quam cathecumini,
acclinantes se ad mensam osculentur sanctum lignum et
pertranseant. Et quoniam nescio quando dicitur quidam fixisse
morsum et furasse de sancto ligno, ideo nunc a diaconibus,
qui in giro stant, sic custoditur, ne qui ueniens audeat denuo
3 sic facere. Ac sic ergo omnis populus transit unus et unus
toti acclinantes se, primum de fronte, sic de oculis tangentes
crucem et titulum, et sic osculantes crucem pertranseunt,
manum autem nemo mittit ad tangendum. At ubi autem
osculati fuerint crucem <et> pertransierint, stat diaconus, tenet
anulum Salomonis et cornu illud, de quo reges unguebantur.
Osculantur et cornu, attendunt et anulum . . . minus se-
cunda . . . usque ad horam sextam
omnis populus transit, per unum ostium intrans, per alterum

3 quam] quem *A* 7 ingiro *A* 12 custodeant, *sed* a *deleto A* 15 acclinant *A* acclinantes *scripsi* 17 furasset *A* furasse de *scripsi; idem coni. Pomialowsky* 21 pertranseant *A* 23 et *ante* pertransierint *ipse addidi* 25 attendunt *ut uidetur ex* attendent *correctum A* et attingunt cornu *Cholodniak. Lacunam sic supplere conatur Cholodniak:* Ac sic ergo de hora plus minus secunda 26 secunda feria *A, sed* feria *deletum est*

[per alterum] perexiens, quoniam hoc in eo loco fit, in quo
pridie, id est quinta feria, oblatio facta est. At ubi autem 4
sexta hora se fecerit, sic itur ante Crucem, siue pluuia siue
aestus sit, quia ipse locus subdiuanus est, id est quasi atrium
ualde grande et pulchrum satis, quod est inter Cruce et
Anastase. Ibi ergo omnis populus se colliget, ita ut nec
aperiri possit. Episcopo autem cathedra ponitur ante Cruce 5
et de sexta usque ad nona aliud nichil fit, nisi leguntur
lectiones sic: id est ita legitur primum de psalmis ubicumque
de passione dixit, legitur et de apostolis siue de epistolis
apostolorum uel de actionibus, ubicumque de passione Domini
dixerunt, nec non et de euangeliis leguntur loca, ubi patitur.
Item legitur de prophetis, ubi passurum Dominum dixerunt,
item legitur de euangeliis, ubi de passione dicit. Ac sic ab 6
hora sexta usque ad horam nonam semper sic leguntur
lectiones aut dicuntur ymni, ut ostendatur omni populo, quia
quicquid dixerunt prophetae futurum de passione Domini,
ostendatur tam per euangelia quam etiam per apostolorum
scripturas factum esse. Et sic per illas tres horas docetur
populus omnis nichil factum esse, quod non prius dictum sit,
et nichil dictum esse, quod non totum completum sit. | Semper [68]
autem interponuntur orationes, quae orationes et ipsae aptae
diei sunt. Ad singulas autem lectiones et orationes tantus 7
affectus et gemitus totius populi est, ut mirum sit; nam
nullus est neque maior neque minor, qui non illa die illis
tribus horis tantum ploret, quantum nec aestimari potest,
Dominum pro nobis ea passum fuisse. Post hoc cum coeperit
se iam hora nona facere, legitur iam ille locus de euangelio
cata Iohannem, ubi reddidit spiritum; quo lecto iam fit oratio

28 cf. Ioh. 19, 30

1 per alterum per alterum *dittographiam cognouit Cholodniak* transit per unum ostium intrans per alterum: per alterum perexiens *Gamurrini* 4 estus *A* 5 grandem *A* 10 dix̄ *A* apostolo *A* apostolis *scripsi* 14 passionem dicit *A* de passione dicit *scripsi* 21 esset *A* 22 apte *A* 26 extimari *A* 27 cęperit *A*

8 et missa. At ubi autem missa facta fuerit de ante Cruce, statim omnes in ecclesia maiore ad Martyrium . . . aguntur ea, quae per ipsa septimana de hora nona, qua ad Martyrium conuenitur, consueuerunt agi usque ad sero per ipsa septimana. Missa autem facta de Martyrium uenitur ad Anastase; et ibi cum uentum fuerit, legitur ille locus de euangelio, ubi petit corpus Domini Ioseph a Pilato <et> ponet illud in sepulcro nouo. Hoc autem lecto fit oratio, benedicuntur
9 cathecumini, sic fit missa. Ipsa autem die non mittitur uox, ut peruigiletur ad Anastase, quoniam scit populum fatigatum esse, sed consuetudo est, ut peruigiletur ibi. Ac sic qui uult de populo, immo qui possunt, uigilant, qui autem non possunt, non uigilant ibi usque in mane, clerici autem uigilant ibi, id est qui aut fortiores sunt, aut iuueniores; et tota nocte dicuntur ibi ymni et antiphonae usque ad mane. Maxima autem turba peruigilant, alii de sera, alii de media nocte, qui ut possunt.

38 Sabbato autem alia die iuxta consuetudinem fit ad tertia, item fit ad sexta; ad nonam autem iam non fit sabbato, sed parantur uigiliae paschales in ecclesia maiore, id est in Martyrium. Vigiliae autem paschales sic fiunt, quemadmodum ad nos; hoc solum hic amplius fit, quod infantes, cum baptidiati fuerint et uestiti, quemadmodum exierint de fonte, simul cum
2 episcopo primum ad Anastase ducuntur. Intrat episcopus intro cancellos Anastasis, dicitur unus ymnus, et sic facit orationem episcopus pro eis, et sic uenit ad ecclesiam maiorem cum eis, ubi iuxta consuetudinem omnis populus uigilat. Aguntur

6 cf. Ioh. 19, 38

2 omnes (om̄ſ *A*) *om. Bernard* *post* Martyrium *lacunam indicaui; excidisse uidetur:* procedunt et; *Cholodniak post* omnes *omissum esse arbitratur:* uadent 3 omne septimana *sic transponit uocabulum supra omissum Bernard* 7 et *add. Gamurrini* 8 benedicuntur cathecumini, sic fideles ac sic fit missa *Cholodniak* 13 ibi *in cod. deletum esse affirmat Cholodniak* 21 sunt *falso Pomialowsky* 23 ex[i]ent *A* exierint *scripsi*

ibi, quae consuetudinis est etiam et aput nos, et facta obla-
tione fit missa. Et post facta missa uigiliarum in ecclesia
maiore statim cum ymnis uenitur ad Anastase et ibi denuo
legitur ille locus euangelii resurrectionis, fit oratio et denuo
ibi offeret episcopus; sed totum ad momentum fit propter
populum, ne diutius tardetur, et sic iam dimittetur populus.
Ea autem hora fit missa uigiliarum ipsa die, qua hora et
aput nos.

Sero autem illi dies paschales sic attenduntur quemad- 39
modum et ad nos et ordine suo fiunt missae per octo dies
paschales, sicut et ubique fit per pascha usque ad octauas.
Hic autem ipse ornatus est et ipsa compositio et per octo
dies paschae, quae et per epiphania, tam in ecclesia maiore
quam ad Anastase aut ad Crucem uel | in Eleona, sed et in [69]
Bethleem nec non etiam in Lazariu uel ubique, quia dies
paschales sunt. Proceditur autem ipsa die dominica prima in 2
ecclesia maiore, id est ad Martyrium, et secunda feria et
tertia feria, ubi ita tamen, ut semper missa facta de Martyrio
ad Anastase ueniatur cum ymnis. Quarta feria autem in
Eleona proceditur, quinta feria ad Anastase, sexta feria in
Syon, sabbato ante Cruce, dominica autem die, id est octauis,
denuo in ecclesia maiore, id est ad Martyrium. Ipsis autem 3
octo diebus paschalibus cotidie post prandium episcopus cum
omni clero et omnibus infantibus, id est qui baptidiati fuerint,
et omnibus, qui aputactitae sunt uiri ac feminae, nec non etiam
et de plebe quanti uolunt, in Eleona ascendent. Dicuntur
ymni, fiunt orationes tam in ecclesia, quae in Eleona est, in
qua est spelunca, in qua docebat Iesus discipulos, tam etiam
in Imbomon, id est in eo loco, de quo Dominus ascendit in
caelis. Et posteaquam dicti fuerint psalmi et oratio facta 4
fuerit, inde usque ad Anastase cum ymnis descenditur hora
lucernae; hoc per totos octo dies fit. Sane dominica die per

3 denuo] demum *Cholodniak* 9 sero] sex *Cholodniak* 15 quia] qua *Cholodniak* 18 ita *delet Woelfflin, Archiv f. lat. Lex. p. 273* 20 eleon *A* 25 aput actitae *A* 32 lucernari *Cholodniak*

pascha post missa lucernarii, id est de Anastase, omnis populus
5 episcopum cum ymnis in Syon ducet. Ubi cum uentum fuerit, dicuntur ymni apti diei et loco, fit oratio et legitur ille locus de euangelio, ubi eadem die Dominus in eodem loco, ubi ipsa ecclesia nunc in Syon est, clausis ostiis ingressus est discipulis, id est quando tunc unus ex discipulis ibi non erat, id est Thomas, qua reuersus est et dicentibus ei aliis apostolis, quia Dominum uidissent, ille dixit: Non credo, nisi uidero. Hoc lecto fit denuo oratio, benedicuntur cathecumini, item fideles, et reuertuntur unusquisque ad domum suam sera hora forsitan noctis secunda.

40 Item octauis paschae, id est die dominica, statim post sexta omnis populus cum episcopo ad Eleona ascendit; primum in ecclesia, quae ibi est, aliquandiu sedetur, dicuntur ymni, dicuntur antiphonae aptae diei et loco, fiunt orationes similiter aptae diei et loco. Denuo inde cum ymnis itur in Imbomon susu, similiter et ibi ea aguntur, quae et illic. Et cum coeperit hora esse, iam omnis populus et omnes aputactitae deducunt episcopum cum ymnis usque ad Anastase. Ea autem hora
2 peruenitur ad Anastase, qua lucernarium fieri solet. Fit ergo lucernarium tam ad Anastase quam ad Crucem et inde omnis populus usque ad unum cum ymnis ducunt episcopum usque ad Syon. Ubi cum uentum fuerit, similiter dicuntur ymni apti loco et diei, legitur denuo et ille locus de euangelio, ubi octauis paschae ingressus est Dominus, ubi erant discipuli, et arguet Thomam, quare incredulus fuisset. Et tunc omnis ipsa lectio perlegitur, postmodum fit oratio, benedictis <tam> cathecuminis quam fidelibus iuxta consuetudinem reuertuntur unusquisque ad domum suam similiter ut die dominica paschae hora noctis secunda.

41 A pascha autem usque ad quinquagesima, id est pentecosten, hic penitus nemo ieiunat, nec ipsi aputactitae qui sunt. Nam

8 Ioh. 20, 25

6 ubi *A* ibi *scripsi cum Cholodniak* 18 ap̄ actite *A* 27 tam *add. Gamurrini*

semper ipsos dies sicut toto anno ita ad Anastase de pullo
primo usque ad mane consuetudinaria aguntur, | similiter et ad [70]
sexta et ad lucernare. Dominicis autem diebus semper in Martyrio,
id est in ecclesia maiore, proceditur iuxta consuetudinem et inde
itur ad Anastase cum ymnis. Quarta feria autem et sexta feria,
quoniam ipsis diebus penitus nemo ieiunat, in Syon proceditur,
sed mane; fit missa ordine suo.

Die autem quadragesimarum post pascha, id est quinta feria, 42
pridie omnes post sexta, id est quarta feria, in Bethleem uadunt
propter uigilias celebrandas. Fiunt autem uigiliae in ecclesia
in Bethleem, in qua ecclesia spelunca est, ubi natus est
Dominus. Alia die autem, id est quinta feria quadragesimarum,
celebratur missa ordine suo, ita ut et presbyteri et episcopus
praedicent, dicentes apte diei et loco; et postmodum sera
reuertuntur unusquisque in Ierusolima.

Quinquagesimarum autem die, id est dominica, qua die 43
maximus labor est populo, aguntur omnia sic de pullo quidem
primo iuxta consuetudinem: uigilatur in Anastase, ut legat
episcopus locum illum euangelii, qui semper dominica die
legitur, id est resurrectionem Domini, et postmodum sic ea
aguntur in Anastase, quae consuetudinaria sunt, sicut toto
anno. Cum autem mane factum fuerit, procedit omnis populus 2
in ecclesia maiore, id est ad Martyrium, aguntur etiam omnia,
quae consuetudinaria sunt agi; praedicant presbyteri, post-
modum episcopus, aguntur omnia legitima, id est offertur
iuxta consuetudinem, qua dominica die consueuit fieri; sed
eadem adceleratur missa in Martyrium, ut ante hora tertia
fiat. Quemadmodum enim missa facta fuerit ad Martyrium,
omnis populus usque ad unum cum ymnis ducent episcopum
in Syon, sed <ut> hora tertia plena in Syon sint. Ubi cum 3
uentum fuerit, legitur ille locus de Actus apostolorum, ubi

1 semper per *Cholodniak* 7 ordine suo die eadem. Quadragesima autem *Cholodniak* 8 eadem *A* autem *scripsi* 18 uigilatur *corr. ex* uigiliarum *A* 27 eadem] ea die *Cholodniak* adcelerat; *A* 30 ut *addidi cum Cholodniak*

descendit spiritus, ut omnes linguae ‹audirentur et omnes›
intellegerent, quae dicebantur; postmodum fit ordine suo
missa. Nam presbyteri de hoc ipsud, quod lectum est,
quia ipse est locus in Syon, alia modo ecclesia est, ubi
quondam post passionem Domini collecta erat multitudo cum
apostolis, qua hoc factum est, ut superius diximus, legunt
ibi de actibus apostolorum. Postmodum fit ordine suo missa,
offertur et ibi, et iam ut dimittatur populus, mittit uocem
archidiaconus et dicet: Hodie statim post sexta omnes in
4 Eleona parati simus in Inbomon. Reuertitur ergo omnis
populus unusquisque in domum suam resumere se et statim
post prandium ascenditur mons Oliueti, id est in Eleona,
unusquisque quomodo potest, ita ut nullus christianorum
5 remaneat in ciuitate, qui non omnes uadent. Quemadmodum
ergo subitum fuerit in monte Oliueti, id est in Eleona,
primum itur in Imbomon, id est in eo loco, unde ascendit
Dominus in caelis, et ibi sedet episcopus et presbyteri, sedet
omnis populus, leguntur ibi lectiones, dicuntur interpositi
ymni, dicuntur et antiphonae aptae diei ipsi et loco; orationes
[71] etiam, quae interponuntur, | semper tales pronuntiationes habent,
ut et diei et loco conueniunt; legitur etiam et ille locus de
euangelio, ubi dicit de ascensu Domini, legitur et denuo de
actus apostolorum, ubi dicit de ascensu Domini in caelis post
6 resurrectionem. Cum autem hoc factum fuerit, benedicuntur
cathecumini, sic fideles, et hora iam nona descenditur inde et
cum ymnis itur ad illam ecclesiam, quae et ipsa in Eleona
est, id est in qua spelunca sedens docebat Dominus apostolos.
Ibi autem cum uentum fuerit, iam est hora plus decima; fit

1 cf. Act. 2, 4

1 audirentur et omnes *add. Bonnet* 3 praedicant *post* lectum est *add. Cholodniak* 6 legi *A* legunt *coni. Gamurrini* 8 etiam *A* et iam *scripsi cum Cholodniak* 10 in *ante* Inbomon *add. Cholodniak* 13 qui modo *Cholodniak* christianorum *A*, *non* christianus, *ut dicit Cholodniak* 14 qui non] quoniam *Bernard* quin *Cholodniak* 15 subito *A* subitum *scripsi cum Cholodniak* 21 conueniant *Cholodniak* 23 celis *A* 26 qua *A* 27 *post* spelunca *intercidisse uidetur:* est in quà

ibi lucernare, fit oratio, benedicuntur cathecumini et sic fideles.
Et iam inde descenditur cum ymnis, omnis populus usque ad
unum toti cum episcopo ymnos dicentes uel antiphonas aptas
diei ipsi; sic uenitur lente et lente usque ad Martyrium. Cum 7
autem peruenitur ad portam ciuitatis, iam nox est et occurrent
candelae ecclesiasticae uel ducentae propter populo; de porta
autem, quoniam satis est usque ad ecclesia maiore, id est ad
Martyrium, porro hora noctis forsitan secunda peruenitur, quia
lente et lente itur totum pro populo, ne fatigentur pedibus.
Et apertis ualuis maioribus, quae sunt de quintana parte,
omnis populus intrat in Martyrium cum ymnis et episcopo.
Ingressi autem in ecclesia dicuntur ymni, fit oratio, benedicuntur
cathecumini et sic fideles; et inde denuo cum ymnis
itur ad Anastase. Similiter ad Anastase cum uentum fuerit, 8
dicuntur ymni seu antiphonae, fit oratio, benedicuntur cathecumini,
sic fideles; similiter fit et ad Crucem. Et denuo inde
omnis populus christianus usque ad unum cum ymnis ducunt
episcopum usque ad Syon. Ubi cum uentum fuerit, leguntur 9
lectiones aptae, dicuntur psalmi uel antiphonae, fit oratio,
benedicuntur cathecumini et sic fideles et fit missa. Missa
autem facta accedunt omnes ad manum episcopi et sic reuertuntur
unusquisque ad domum suam hora noctis forsitan media. Ac
sic ergo maximus labor in ea die suffertur, quoniam de pullo
primo uigilatum est ad Anastase et inde per tota die nunquam
cessatum est; et sic omnia, quae celebrantur, protrahuntur, ut
nocte media post missa, quae facta fuerit in Sion, omnes ad
domos suas reuertantur.

Iam autem de alia die quinquagesimarum omnes ieiunant 44
iuxta consuetudinem sicut toto anno, qui prout potest, excepta
die sabbati et dominica, qua numquam ieiunatur in hisdem
locis. Etiam postmodum ceteris diebus ita singula aguntur

2 etiam *A* et iam *scripsi cum Cholodniak* 6 candele *A* ducente *A* 8 martirium *A* 10 baluis *A* 15 antiphone *A* 16 fiet *A* fit et *scripsi cum Cholodniak* 19 antiphone *A*

ut toto anno, id est <ut> semper de pullo primo ad Anastase
2 uigiletur. Nam si dominica dies est, primum leget de pullo primo episcopus euangelium iuxta consuetudinem intro Anastase locum resurrectionis Domini, qui semper dominica die legitur, et postmodum ymni seu antiphonae usque ad lucem dicuntur in Anastase; si autem dominica dies non est, tantum quod ymni uel antiphonae similiter de pullo primo usque ad lucem
3 dicuntur in Anastase. Aputactitae omnes uadent, de plebe
[72] autem qui quomodo possunt uadent, clerici autem | cotidie uicibus uadent; clerici autem de pullo primo, episcopus autem albescente uadet semper, ut missa fiat matutina, cum omnibus clericis excepta dominica die, quia necesse est illum de pullo primo ire, ut euangelium legat in Anastase. Denuo ad horam sextam aguntur, quae consuetudinaria sunt, in Anastase, similiter et ad nona, similiter et ad lucernare iuxta consuetudinem, qua consueuit toto anno fieri. Quarta autem et sexta feria semper nona in Syon fit iuxta consuetudinem.

45 Et illud etiam scribere debui, quemadmodum docentur hi, qui baptidiantur per pascha. Nam qui dat nomen suum, ante diem quadragesimarum dat et omnium nomina annotat presbyter, hoc est ante illas octo septimanas, quibus dixi hic
2 attendi quadragesimas. Cum autem annotauerit omnium nomina presbyter, postmodum alia die de quadragesimis, id est qua inchoantur octo ebdomadae, ponitur episcopo cathedra media ecclesia maiore, id est ad Martyrium, sedent hinc et inde presbyteri in cathedris et stant clerici omnes; et sic adducuntur unus et unus conpetens; si uiri sunt cum patribus
3 suis ueniunt, si autem feminae cum matribus suis. Et sic singulariter interrogat episcopus uicinos eius, qui intrauit, dicens: Si bonae uitae est hic, si parentibus deferet, si ebriacus

1 ut *ante* semper *ipse addidi* 5 postmodu *A* antiphone *A* 8 aput | actitae *in initio nouae lineae A* 10 clerici autem clerici autem *altero deleto A* 12 quia] qua *Cholodniak* 16 quam *A* qua *scripsi cum Cholodniak* 17 ad nonam *Cholodniak* 21 septimanas octo, *sed ordine uirgulis adscriptis mutato A*

non est aut uanus? et singula uitia, quae sunt tamen grauiora
in homine, requiret. At si probauerit sine reprehensione esse 4
de his omnibus, quibus requisiuit praesentibus testibus, anno-
tat ipse manu sua nomen illius. Si autem in aliquo accusatur,
iubet illum foras exire dicens: emendet se, et cum emen-
dauerit se, tunc accedet ad lauacrum. Sic de uiris, sic de
mulieribus requirens dicit. Si quis autem peregrinus est, nisi
testimonia habuerit, qui eum nouerint, non tam facile accedet
ad baptismum.

Hoc autem, dominae sorores, ne aestimaretis sine ratione 46
fieri, scribere debui. Consuetudo est enim hic talis, ut qui
accedunt ad baptismum per ipsos dies quadraginta, quibus
ieiunatur, primum mature a clericis exorcizentur, mox missa
facta fuerit de Anastase matutina. Et statim ponitur cathedra
episcopo ad Martyrium in ecclesia maiore et sedent omnes
in giro prope episcopo, qui baptidiandi sunt tam uiri quam
mulieres, etiam loco stant patres uel matres, nec non etiam
qui uolunt audire de plebe, omnes intrant et sedent, sed
fideles. Cathecuminus autem ibi non intrat, tunc qua episcopus 2
docet illos legem sic: id est inchoans a Genese per illos dies
quadraginta percurret omnes scripturas primum exponens
carnaliter et sic illud soluens spiritualiter. Nec non etiam et
de resurrectione, similiter et de fide omnia docentur per illos
dies; hoc autem cathecisis appellatur. Et iam quando com- 3
pletae fuerint septimanae quinque, a quo docentur, tunc
accipient simbolum, cuius simboli rationem similiter sicut
omnium scripturarum rationem exponet eis singulorum ser-
monum primum | carnaliter et sic spiritualiter, ita et simbolum [73]
exponet. Ac sic est, ut in hisdem locis omnes fideles sequan-

2 ut *A* at *Woelfflin et Pomialowsky* 6 tun *A* 10 extimaretis *A* 17 stant'' loco ''etiam loco *A*, *sed alterum* loco *lineola deletum est. Ordo uerborum lineolis superscriptis, quae transpositionem indicant, mutatus est A* 19 cathecumini—intrant *Cholodniak* 20 id est sic *A* sic: id est *scripsi* 22 solu$^{n'}$& *2. manu et obscuriore atramento corr. A* 24 etiam *A* et iam *scripsi cum Cholodniak* 26 ratione *A* rationem *scripsi*

tur scripturas, quando leguntur in ecclesia, quia omnes docentur per illos dies quadraginta, id est ab hora prima usque ad
4 horam tertiam, quoniam per tres horas fit cathecisin. Deus autem scit, dominae sorores, quoniam maiores uoces sunt fidelium, qui ad audiendum intrant in cathecisen ad ea, quae dicuntur uel exponuntur per episcopum, quam quando sedet et praedicat in ecclesia ad singula, quae taliter exponuntur. Missa autem facta cathecisis hora iam tertia statim inde cum ymnis ducitur episcopus ad Anastase et fit missa ad tertia; ac sic tribus horis docentur ad die per septimanas septem. Octaua enim septimana quadragesimarum, id est quae appellatur septimana maior, iam non uacat eos doceri, ut impleantur ea,
5 quae superius <dicta> sunt. Cum autem iam transierint septem septimanae <et> superat illa una septimana paschalis, quam hic appellant septimana maior, iam tunc uenit episcopus mane in ecclesia maiore ad Martyrium. Retro in absida post altarium ponitur cathedra episcopo, et ibi unus et unus uadet, uir cum patre suo aut mulier cum matre sua, et reddet simbolum
6 episcopo. Reddito autem simbolo episcopo alloquitur omnes episcopus et dicet: Per istas septem septimanas legem omnem edocti estis scripturarum nec non etiam de fide audistis; audistis etiam et de resurrectione carnis, sed et simboli omnem rationem, ut potuistis tamen adhuc cathecumini audire; uerba autem, quae sunt misterii altioris, id est ipsius baptismi, quia adhuc cathecumini <estis>, audire non potestis; et ne aestimetis aliquid sine ratione fieri, cum in nomine Dei baptidiati fueritis, per octo dies paschales post missa facta de ecclesia in Anastase audietis; quia adhuc cathecumini estis, misteria Dei secretiora dici uobis non possunt.

3 cathecisis *Cholodniak* 12 non *ante* uacat *in codice extare ut Gamurrinum ita editorem Russicum fugit. In loco aqua aspersa* n̄ *paene euanuit A* 13 dicta *addidi* 14 et *addidi* 17 uiri *A* uir *scripsi* 20 istos *A* 22 singuli *A* singulorum *Cholodniak* simboli *scripsi* 23 uerbum aū *A* uerum autem *Cholodniak* uerbum aut *Pomialowsky* uerba autem *scripsi* 24 misterii *A* qui *A* quia *Gamurrini* 25 estis *ipse addidi* extimetis *A* 28 qui *A* quia *Gamurrini*

Post autem uenerint dies paschae, per illos octo dies, id 47
est a pascha usque ad octauas, quemadmodum missa facta
fuerit de ecclesia, et itur cum ymnis ad Anastase, mox fit
oratio, benedicuntur fideles et stat episcopus incumbens in
cancello interiore, qui est in spelunca Anastasis, et exponet
omnia, quae aguntur in baptismo. Illa enim hora cathecuminus 2
nullus accedet ad Anastase; tantum neofiti et fideles, qui
uolunt audire misteria, in Anastase intrant. Clauduntur autem
ostia, ne qui cathecuminus se dirigat. Disputante autem
episcopo singula et narrante, tantae uoces sunt collaudantium,
ut porro foras ecclesia audiantur uoces eorum. Vere enim ita
misteria omnia absoluet, ut nullus non possit commoueri ad
ea, quae audit sic exponi. Et quoniam in ea prouincia pars 3
populi et graece et siriste nouit, pars etiam alia per se graece,
aliqua etiam pars tantum siriste, itaque, quoniam episcopus,
licet siriste nouerit, tamen semper graece loquitur et nun-
quam siriste: itaque ergo stat semper presbyter, qui, episcopo
graece dicente, siriste interpretatur, ut omnes audiant, | quae [74]
exponuntur. Lectiones etiam, quaecumque in ecclesia leguntur, 4
quia necesse est graece legi, semper stat, qui siriste inter-
pretatur propter populum, ut semper discant. Sane quicumque
hic latini sunt, id est qui nec siriste nec graece nouerunt, ne
contristentur, et ipsis exponitur eis, quia sunt alii fratres et
sorores graecolatini, qui latine exponunt eis. Illud autem hic 5
ante omnia ualde gratum fit et ualde admirabile, ut semper
tam ymni quam antiphonae et lectiones nec non etiam et
orationes, quas dicet episcopus, tales pronuntiationes habeant,
ut et diei, qui celebratur, et loco, in quo agitur, aptae et
conuenientes sint semper.

4 imcumbens *A* 10 tante *A* 12 absoluent *A* absoluet *scripsi* 14 greci *A* *semper* grece *cum littera* e *pro* ae *A* 17 stat *ex* statj *corr. A* 18 *uerba* ut omnes audiant *initio sequentis paginae repetuntur A* 19 quecumque *A* 24 grec . . atini *duae litterae euanuerunt A* 25 memorabile *Gamurrini et Cholodniak legerunt; ipse notaui: uocabulum euanidum, sed potius* admirabile *cum littera* d *distinguatur* 29 sunt *Pomialowsky, sed ipse notaui: potius* sint; *uocabulum paene euanuit A*

48 Item dies enceniarum appellantur, quando sancta ecclesia, quae in Golgotha est, quam Martyrium uocant, consecrata est Deo; sed et sancta ecclesia, quae est ad Anastase, id est in eo loco, ubi Dominus resurrexit post passionem, ea die et ipsa consecrata est Deo. Harum ergo ecclesiarum sanctarum encenia cum summo honore celebrantur, quoniam crux Domini inuenta
2 est ipsa die. Et ideo propter hoc ita ordinatum est, ut quando primum sanctae ecclesiae suprascriptae consecrabantur, ea dies esset, qua crux Domini fuerat inuenta, ut simul omni laetitia eadem die celebrarentur. Et hoc per scripturas sanctas inuenitur, quod ea dies sit enceniarum, qua et sanctus Salomon consummata domo Dei, quam aedificauerat, steterit ante altarium Dei et orauerit, sicut scriptum est in libris Paralipomenon.

49 Hi ergo dies enceniarum cum uenerint, octo diebus attenduntur; nam ante plurimos dies incipiunt se undique colligere turbae non solum monachorum uel aputactitum de diuersis prouinciis, id est tam de Mesopotamia uel Syria uel de Egypto aut Thebaida, ubi plurimi monazontes sunt, sed et de diuersis omnibus locis uel prouinciis; nullus est enim, qui non se eadem die in Ierusolima tendat ad tantam laetitiam et tam honorabiles dies; saeculares autem tam uiri quam feminae fideli animo propter diem sanctum similiter se de omnibus
2 prouinciis isdem diebus Ierusolima colligunt. Episcopi autem, quando parui fuerint, hisdem diebus Ierusolima plus quadraginta aut quinquaginta sunt; et cum illis ueniunt multi clerici sui. Et quid plura? putat se maximum peccatum incurrisse, qui in hisdem diebus tantae sollennitati inter non fuerit, si tamen nulla necessitas contraria fuerit, quae hominem a bono

11 cf. II. Paralip. 7, 8

10 dies celebraretur *Cholodniak probante Bernardo* 12 edificauerat *A* 17 turbae] ubi *A* turbae *Cholodniak* actito *A* aputactitorum *Gamurrini* aputactitum *scripsi* 22 seculares *A* 23 sed et *A* sed et de *Gamurrini* se ex *Du Chesne, Origines du culte chrétien p. 500, et Cholodniak* se de *scripsi* 28 tante *A* 29 que *A*

proposito retinet. His ergo diebus enceniarum ipse ornatus 3
omnium ecclesiarum est, qui et per pascha uel epiphania, et ita per singulos dies diuersis locis sanctis proceditur ut per pascha uel epiphania. Nam prima et secunda die in ecclesia maiore, quae appellatur Martyrium, proceditur. Item tertia die in Eleona, id est in ecclesia, quae est in ipso monte, a quo ascendit Dominus in caelis post passionem, intra qua ecclesia est spelunca illa, in qua docebat Dominus apostolos in monte Olíueti. Quarta autem die . . . .
. . . .

1 p̄posito *A*

PETRI DIACONI

LIBER DE LOCIS SANCTIS.

C = codex Casin. 361 s. XII

Incipit prologus Petri diaconi Casinensis ad Guibaldum Casinensem et Stabulensem abbatem in libro de locis sanctis.

Domino suo ac patri in Christo uenerabili Guibaldo, dei gratia sacri Casini montis abbati, Petrus Casinensis diaconus debitae obedientiae famulatum.

Quanto cupiditatis igne, pater in Christo uenerande, exarserim ac quali quantoue desiderio, ut uos omnipotens deus de aduersis eriperet, exoptauerim, ipsum deum inuoco testem, quem mentis abdita, quem conscientiae occulta non fallunt, qui et de ipsis animi motibus generis arbiter creditur futurus humani. Sed quia iuxta prophetae elogium in manu hominum non est uia eius, nec ab homine, sed a domino gressus hominis diriguntur, nostris id facinoribus exigentibus non est factum, quod humana auiditas concupiuit, sed quae deus arbiter meritis humanis competere iudicauit; nam cum omnium prauorum grassante impietate ecclesiae dei status cotidie labefactari cernatur et fere, ut ita dicam, nullus aduersus eos insurgit pro domo Israhel partim amore, partim timore saecularium potestatum: idcirco augustae memoriae dominus noster imperator Lotharius uestram beatitudinem in Casinensi cenobio abbatem instituit, ut ea, quae ad correctionem malorum et salutem bonorum attinent, sollicite ac diligenter pertractares et effrenatos refrenares ac superbos humiliares, quatenus recuperata iustitia et restaurata religione coetus ecclesiasticus sibi iuste ac misericorditer seruire ac pro Romani imperii statu dei omnipotentis clementiam exorare queat. Unde non immerito ab omnibus probis ac sapientibus

11 Ierem. 10, 23 12 Prouerb. 20, 24

1 dyaconi *C* 3 Cristo *C sic semper* 4 dyaconus *C* 16 crassante *C* grassante *Gamurrini*

diligeris ac ueneraris. Nam quis tanti uiri familiaritatem spernat, affabilitatem contempnat, industriam fugiat? Nam ut omittam cetera maxima et egregia uestri ingenii monumenta insignia, cunctos praecellentes Romani imperii sapientes Tulliana eloquentia superas et antecessorum uestrorum largam munificentiam omnibus horis momentisque praecellis. Tantis, inquam, et talibus uos cernens sertis redimitum et laureis decoratum itinerarium de locis sanctis a nobis utcunque exaratum et ex omnibus, ut ita dicam, libris collectum uestrae paternitati destinare curaui poscens id a uestra eminentia roborari; in quo rogo non dictantis ignauiam, sed materiam adtendatis utillimam, nec noui uos et incogniti hactenus aliquid in hoc itinerario ediscituros, sed ea quae iam uiua uoce illis referentibus, qui ad sepulchrum Domini perrexerunt, edidicistis, uel ea, quae per uolumina diuersa librorum legistis, nos hic noueritis collegisse. Quae autem indeclinabilia et immania impedimenta a perfidis et scelestis utroque genu claudicantibus nobis obstiterint, non iam deum, uerum uos ipsos conscios, uos ipsos fideles inde clamauerim testes. Ceterum ad tantillum spatii, quod e largitate diuinae indulgentiae relictum est, istud opusculum caelesti munificentia edidi confidens nichilominus de deo de nostris aemulis quandoque nobis uictoriam collaturum. Sicut enim nunquam fit opus solidum, si artifex omnia, prout ratio poscit, non aptet, sic omnis scriptor manans multimoda uerbositate nullam habebit ualentiam edendi scripturam dulcedine refertam, prout Oratius strenuissimus orator in scriptis suis reliquid dicens:
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
si postquam scribere conetur, materiam non rimetur. Iam uero Christo auspice huius proemii iste sit finis.

Explicit prologus. Incipit liber de locis sanctis.

---

27 Hor. Ars. Poet. 343

4 praecellentis *edd.* 12 actenus *C* 18 deum uerum, uos ipsos *edd.; interpunctionem mutaui* nos ipsos fideles *Riant* 25 fertam *C*, refertam *scripsi* 29 prohemii *C*

Bedae de locis sanctis libri cap. I et II usque ad uerba: ,Perpaucae illic cisternae sunt.'

Anonymus: Sepulcrum uero Domini, de quo supra retulimus, est fabricatum in medio templi, templum uero in media ciuitate contra aquilonem non longe a porta Dauid. Post resurrectionem autem est ortus, in qua sancta Maria cum domino locuta est. Foris ecclesiam retro est medietas orbis, <de> quo loco dicit Dauid: 'Operatus es salutem in medio terrae'. Alius etiam propheta dicit: 'Haec dicit dominus: ista est Hierusalem in medio gentium posui eam'.

In Golgotha autem est pars ligni salutiferae crucis, in qua confixus est dominus, et titulum, quod est repositum in locello argenteo. Est illic et cornu, unde ungebantur reges, et annulum Salomonis.

Non longe autem a medietate mundi est carcer; ibi uero est alligatio, ibi prope et flagellatio ibique prope et spinis coronatio, ibi prope est dispolatio et uestimenti diuisio. In Caluaria autem, ubi crucifixus est Dominus, est mons scissus, et in ipso monte Caluariae ascenditur per gradus decem et septem, et ibi pendent lampades nouem cum singulis nappis argenteis. Subtus uero est Golgotha, ubi cecidit sanguis Christi super petram scissam.

Subtus autem monte Caluariae contra orientem est templum Domini ex alia parte ciuitatis, quem Salomon aedificauit. Quattuor portas habet: prima ab oriente, secunda ab occidente, tertia a meridie, quarta ab aquilone, quae habent significationem quattuor partium mundi, de foris uero octo angulos habet, per unumquodque angulum duodecim passus uoluitur. In medium templi est mons magnus circumdatus parietibus, in quo tabernaculum, illic et archa testamenti fuit, quae a Vespasiano imperatore destructo templo Romae delata est. A latere uero sinistro tabernaculi super saxum posuit dominus

8 Psalm. 73, 12 9 Ezech. 5, 5

7 de *addidi* 11 *et* 21 golgota *C* salutipherae *C* 21 ubi] ibi *Riant*

Iesus pedem suum, quando eum Symeon accepit in ulnis, et ita remansit pes sculptus, ac si in cera positus esset. Ab alio uero latere saxi est tabernaculus apertus, in quo per gradus uiginti duo descendunt. Ibi Dominus orabat, ibi et Zacharias sacrificabat. Extra templum locus est, ubi Zacharias filius Barachiae interfectus est. Super saxum in medio templi pendet candela aurea, in qua est sanguis Christi, qui per petram scissam descendit. Contra meridiem autem non longe templum Salomonis, in quo habitauit, constructum est, in quo sunt portae uiginti quinque; intus habet columpnas trecentas sexaginta duo, et subtus non longe cunabula Christi et balneum eius et lectum sanctae dei genitricis. Subtus templum Domini ab oriente est porta speciosa, unde Dominus intrauit sedens super pullum asinae. Ibi et Petrus claudum sanauit. Contra aquilonem est ecclesia sanctae Annae, ubi tribus annis beata Maria nutrita fuit. Prope uero est probatica piscina, quae quinque porticus habet.

Beda c. II a uerbis: 'In uicinia templi Bethsaida piscina' usque ad uerba: 'Unde putant ibi mediam esse terram.'

Anonymus: In ecclesia uero, quae dicitur sancta Syon, est thronus Iacobi fratris domini, qui iuxta templum sepultus est; in eo autem loco fundata est, ubi cenantibus apostolis post passionem hostiis clausis abparuit dominus. Prope uero illic est porta, de qua angelus Petrum eduxit. De templo uero, quem Salomon aedificauit, duae tantum pinnae permanent, quarum una, quae altior ualde est, ipsa est, in qua dominus temptatus est a diabolo, reliqua autem destructa sunt. In area uero Orne Iebusei templum constructum fuit. Prope autem portam effusus est sanguis Zachariae, filii Barachiae.

3 tabernaculum apertum *Riant* 9 abitauit *C* 11 quinque *Gamurrini, cum Riant disertis uerbis dicat* duo (*non* duas) *in codice legi* 23 hostiis] *secundum Riant in codice est:* postiis 27 dyabolo *C*

Bedae c. III et IIII usque ad uerba: ‚Habebat autem longitudinis octo pedes.'

Anonymus: Sudarium uero, cum quo Christus faciem suam extersit, quae ab aliis Veronyca dicitur, tempore Tiberii Caesaris Romae delatum est. Arundo uero, cum qua caput eius percussum est, et sandalia eius et lora, cum quibus ligatus est, et circumcisio eius et sanguis eius in basilica Constantiniana Romae uenerabiliter honorantur.

Bedae c. IIII a uerbis: ‚Aliud quoque aliquanto maius linteum' usque ad finem, c. V, c. VI.

Anonymus: Trans torrentem Cedron est spelunca et super eam ecclesia in eo loco, ubi quinta feria post cenam Saluatorem Iudaei comprehenderunt, qui locus est in capite uallis Iosaphat. In eadem uero ualle stetit palma unde pueri ramos tulerunt, quando clamauerunt Hosanna. Item in monte Oliueti est spelunca et in ea altarium, bene lucida, in qua solebat Dominus docere discipulos suos, supra quam speluncam est sancta ecclesia grandis et non longe est martyrium sancti Stephani. Inde non longe est locus, ubi orauit dominus, quando factus est sudor eius sicut guttae sanguinis. In itinere autem Bethaniae uicus est, de quo adducta est asina.

Bedae c. VII exceptis ultimis uerbis: ‚Titulo nominis eius usque hodie designatum.'

Anonymus: Piscina uero, ubi exprobrauit Rabsaces, iuxta Bethleem est. Iuxta ostium autem speluncae puteus est, unde aquam concupiuit Dauid. In ualle etiam, quae in Bethleem est, sunt memoriae regum Iuda. Non longe autem inde est ecclesia, quae appellatur Ad Pastores, ubi nunc est uiridarium grande, clausum parietibus diligenter per girum et est ibi

7 et sanguis eius *om. Gamurrini* 16 lucidum *C* lucida *scripsi coll. 110, 1; 112, 16* 18 martirium *C* 19 orauerit *C* 21 betanie *C* 29 grandem *C*

spelunca lucidissima habens altarium in eo loco, ubi pastoribus, cum uigilias haberent, apparens angelus annunciauit eis Christi natiuitatem.

In Anatho autem est turris, in qua lamentauit Ieremias propheta, distat autem ab Hierusalem miliario quarto. Miliario uero ab Hierusalem duodecimo est sepulcrum sancti Amos prophetae, qui locus appellatur Thecue. In quo itinere contra mons est, quem excauauit Erodes et fecit sibi palatium super heremum contra mare mortuum. In Thamnatsare est sepulcrum sancti Iesu filii Naue; ibi sunt et gladii petrini, unde circumcisi sunt filii Israel secundo; ecclesia uero ibi constructa est, distat autem ab Hierusalem miliariis uiginti. In alio autem monte ad miliarium secundum est ecclesia, ubi requiescunt corpora sanctorum Eleazari et Finees. Miliario uero nono ab Hierusalem in loco, qui dicitur Cariathiarim, ubi fuit archa domini, ecclesia illuc constructa est.

Bedae c. VIII.

Anonymus: In uicesimo autem quarto miliario ab Hierusalem iuxta Ebron est fons, in quo baptizauit Philippus apostolus et euangelista eunuchum Candacis reginae. In loco uero, qui appellatur Terebinthus, ubi apparuerunt tres angeli Abrahae, est puteus Abrahae optimus et speluncae duae lucidissimae, ubi habitauit; nam et altarium ibi positum est et ante se ecclesiam habet. Non longe autem inde mons est, usque quo deduxit Abraham angelos euntes in Sodomis. Intus uero in Ebron domus consistit Dauid, unde adhuc aliqua pars stat; nam cubiculum, ubi mansit, usque hodie ibi ad orationem curritur. Non longe autem ab Ebron ad passus trecentos in loco, qui dicitur Abramiri, est domus Iacobi, ubi ecclesia sine tecto constructa est. Inde uero ad passus quinquaginta est sepulchrum sancti Chaleph. Item Abramiri uinea est, in qua

8 supra *Gamurrini* 9 thamnalsare *C* 11 filii Israel. Secunda *perperam Riant, correxit Gamurrini* secundo *C* 12 miliari *C* 23 abitauit *C* 24 abet *C* 27 odie *C* 28 *ante* longe *om.* non *Gamurrini*

est spelunca, ubi requiescunt corpora undecim filiorum Iacob; ossa autem Ioseph separatim sepulta in sua ecclesia sunt. Non longe uero ab Ebron est sepulchrum Abner filii Ner.

Bedae c. VIIII, X, XI, XII, XIII.

Anonymus: Qui autem ad Iordanem ire ab Hierusalem desiderat, per montem Olīueti descendit. A monte Olīueti Christus ascendit ad celum et ibi fecit Pater noster. Mons autem Syon a meridie est; ibi obiit sancta Maria et ibi dominus coenauit cum discipulis suis et ibi misit spiritum sanctum super discipulos. In ecclesia uero, quae est in Bethleem, est mensa, in qua comedit sancta Maria cum tribus regibus Christum dei filium requirentibus. Columpnae sunt intus ipsam ecclesiam sexaginta quadtuor; ibi requiescunt pueri pro Christo ab Erode interfecti.

Fundamenta uero murorum urbis Iericho, quos subuertit Iesus filius Naue adhuc ex parte parent. Arbor uero sycomori, in qua ascendit Zacheus, stat iuxta domum Raab. Non longe autem ab Iericho est locus, unde Helias raptus est in celum. Trans Iordanem uero sunt montes excelsi ualde, inter quos est altior unus, qui uocatur Nabau, in quo ascendit Moyses, quando uidit terram repromissionis, et mortuus est. Gabaon non longe est ab Hierusalem, quam expugnauit Iesus. Emmaus autem, ubi dominus cum discipulis suis post resurrectionem comedit, sexaginta stadiis ab Hierusolimis distat. In turre autem Cades domus fuit Iacob, cuius fundamenta usque hodie parent.

In Galilea autem est uilla Some, de qua fuit Abisac Sunamitis et mulier, in cuius domo mansit Elyseus, quae domus usque hodie permanet. A monte uero Hermon, qui excelsus ualde est, omnis Galilea uidetur, * in quibus nichil pulchrius est; nam cum sit planities grandis, aliud nichil est nisi uineae et oliueta.

Ibi autem ager est, in quo Dominus cum discipulis suis

16 sicomori *C* 27 elizeus *Riant* 30 pulcrius *C*

comedit; ibi lapis est, in quo cubitum fixit Dominus, qui usque hodie uidetur. Non longe uero ab eodem monte fons est, quem Saluator benedixit, qui fons ad omnes infirmitates ualet.

In uilla uero Naym in domo uiduae, cuius filius resuscitatus est, nunc ecclesia est; sepultura autem, in qua ponere eum uolebant, usque hodie est.

In Nazara uero est hortus, ubi Dominus fuit, postquam reuersus est de Egypto.

Bedae c. XIIII.

Anonymus: Duo autem miliaria ecclesia ista distat ab eadem uilla, quae olim dicta est Sychem. A longe uero ab eadem ecclesia passus quingentos est ecclesia, in qua requiescit sanctus Ioseph.

Bedae c. XV.

Anonymus: Spelunca uero, in qua habitauit, magna est et lucidissima, ubi est positum altarium, et ibi intra ipsam speluncam est locus, unde aquam tollebat. In eadem autem ciuitate, ubi fuit synagoga, nunc est ecclesia, ubi dominus legit librum Ysaiae. Foris autem castellum fons est, unde aquam sumebat Maria.

Bedae c. XVI.

Anonymus: Valde autem est excelsior et altior quam Hermon; nam et Galilea omnis et mare Tyberiadis inde apparet; contra se uero positi sunt montes utrique.

In Endor est domus pythonissae, ad quam fuit Saul nocte, de qua domo adhuc fundamenta parent. In Tyberiadis in eo loco nunc ecclesia est, in qua domus fuit apostolorum Iacobi et Iohannis. Ibi etiam iuxta mare Tyberiadis est, super quam dominus pedibus ambulauit. In Capharnaum autem ex domo

1 fecit *perperam Gamurrini* 7 ortus *C* 15 abitauit *C* 16 altare *Riant* 18 sinagoga *C* 25 faul *C* 28 quem *Gamurrini* 29 pedibus *om. Gamurrini*

apostolorum principis ecclesia facta est, cuius parietes usque hodie ita stant, sicut fuerunt. Ibi paraliticum Dominus curauit. Illuc est et synagoga, in qua Dominus daemoniacum curauit, ad quam per gradus multos ascenditur; quae synagoga ex lapidibus quadratis est facta. Non longe autem inde cernuntur gradus lapidei, super quos Dominus stetit.

Ibidem uero super mare est campus herbosus, habens foenum satis et arbores palmarum multas et iuxta eas septem fontes, qui singuli infinitam aquam emittunt, in quo campo Dominus de quinque panibus et duobus piscibus populum satiauit. Sane lapis, super quem Dominus panem posuit, est factum altarium, de quo lapide nunc frustra tollunt uenientes pro salute sibi et prodest omnibus. Iuxta cuius ecclesiae parietes uia publica transit, ubi Mattheus apostolus theloneum habuit. Inde in montem, qui iuxta est, est specula, in qua ascendens beatitudines dixit Saluator. Non longe autem inde est synagoga, quam Saluator maledixit; nam cum transiret Saluator et illam Iudaei fabricarent, interrogauit eos dicens: 'Quid facitis?' et illi: 'Nihil'. Et Dominus: 'Ergo si nihil est, quod facitis, nihil erit semper'. Quod usque hodie ita permanet. Postmodum enim, quotiens uoluerunt illam Iudaei fabricare, quidquid per diem faciebant, per noctem diruebatur et mane semper in ea mensura inueniebatur fabrica eius, in qua fuerat tunc, quando maledicta est. Inde autem non longe sunt montes Gelboe, ubi est et uicus Gebus, ubi mortui sunt Saul et Ionathas. In Iezrael autem uinea, quae fuit Naboth, nunc puteus tantum est; ibi et fundamenta turris usque hodie apparent. Sepulchrum uero Iezabel usque hodie ab omnibus lapidatur. Non longe autem a ciuitate est mons, in quo sedit Helias propheta, quando eum persequebatur Iezabel. A longe autem est pars montis Carmeli; est locus, ubi Helias altarium Domini consecrauit. Sebastia, quae olim Samaria dicta est, continet ecclesiam, in qua requiescit corpus

1 qui *Gamurrini* cuius *Riant* 11 *fortasse:* de lapide 12 frustra = frusta *cf. Krit. Bem. zu Siluia p. 11* non frustra *Riant et Gamurrini cum apographo Neapolitano* 15 spelunca *C* specula *ipse conieci* 31 altare *Gamurrini*

sancti Iohannis baptistae et Helisei et Abdiae. In secundo autem miliario mons est altissimus, in quo sunt duae speluncae lucidissimae, in quarum una absconditi sunt prophetae sub Iezabel, in altera autem sedit sanctus Helias. Miliario autem uigesimo a Sychem est templum destructum in Silo, ubi est et sepulchrum Heli sacerdotis. In Bethel autem, ubi constructa est ecclesia in eo loco, ubi Iacob, dum iret in Mesopotamiam, uidit scalam in celum usque tendentem, ibi est etiam et sepulchrum prophetae, qui prophetauit aduersus Ieroboam. Miliario autem uicesimo secundo ab Hierusolimis inter Socchot Iudaeae et inter Zecara Mahel occidit Dauid Goliam Philisteum. In Eleutheropoli autem loco Bycoyca, in qua est sepulchrum Abacuc prophetae. Ab Eleutheropoli autem quintodecimo miliario est sepulchrum sancti Hesdrae prophetae in loco, qui dicitur Asoa, et in miliario tertio in loco, qui dicitur Chariassati, quod ante dictum est autem Morastites, est sepulchrum sancti Micheae prophetae.

Taphnis est posita super ripam fluminis Nili; ibi est palatium Pharaonis, ubi sanctus Moyses pro filio filiae Pharaonis habebatur; ibi etiam et capitanei sunt, ubi sanctus Moyses coram Pharaone mirabilia fecit.

Bedae c. XVIII.

Anonymus: Memphis uero adhuc palatium continet, ubi sanctus Ioseph frequenter ingrediebatur. Inde ad miliarium sextum contra ripam fluminis Nili est thronus Moysi et Aaron; sunt autem praedicti throni in monte excelso, ubi sunt duae turriculae, quae per gradus plurimos ascenduntur; una earum habuit tectum, alia autem sine tecto est. Ibi ascendebat Moyses, quando loquebatur filiis Israhel, cum deprimerentur, in alia uero orabat. Subtus autem in circuitu campus est, ubi filii Israhel lateres faciebant. Inde autem ad mille passus uilla est

2 in quibus *C* 10 zochchot *C* 11 phylisteum *C* eleuteropoli *C* 13 eleuteropoli *C* 19 pro filio—sanctus Moyses *om. Gamurrini* 28 *fortasse* habet

supra ripam fluminis, ubi sancta Maria cum Domino fuit, quando in Egyptum perrexit. Inter Memphis uero et Babilonia milia sunt duodecim, ubi sunt pyramides plurimae, quas fecit Ioseph ad frumenta recondenda. Eliopolis distat a Babilonia milia duodecim. In medio autem huius ciuitatis est campus ingens. in quo est templum Solis, et ibi est domus Petefrae. Inter domum autem Petefrae et templum est domus Asennec. Murus autem interior intra ciuitatem est antiquior lapideusque * tantummodo templum cum domo Asennec et domo Petefrae. Ibi uero est et uiridarium Solis, ubi columna est grandis, quae appellatur Bomon, in qua Phoenix post quingentos annos residere consueuit.

Egyptus autem cum sit ubertissima, loca tamen, quae tenuerunt filii Israhel, sunt meliora. Pars Arabiae, quae iungitur Palestinae, inaccessibile iter habet; nam licet mansionibus quindecim a . . . eat, loca tamen ipsa sine aqua sunt.

Ab Hierusalem autem usque ad montem sanctum Syna sunt mansiones uiginti duo. Pelusius uero metropolis est prouinciae Augustamnicae, Augustamnica autem prouincia in Egypto est. A Pelusio autem usque ad montem Syna sunt mansiones duodecim. Antequam uero peruenias ad montem sanctum Syna, occurrit castrum Clesma super mare rubrum, ubi filii Israhel sicco pede transierunt mare. Vestigia autem currus Pharaonis in mediis arenis parent usque in sempiternum. Rotae autem ipsae inter se multo plus habent quam currus temporis nostri, qui nunc in Romano imperio fiunt; nam inter rotam et rotam uiginti et quatuor pedes seu amplius fuerunt, orbitae autem ipsae habent binos pedes in lato. Vestigia uero currus Pharaonis usque ad mare accedunt, ubi tamen ingressus est in mare, dum uult filios Israhel comprehendere. In

2 memphys *C* 4 elyopolis *C* 10 ibi *Riant* ubi *Gamurrini* 11 fenix *C* 13 aegypti autem cum sint ubertissima loca *Gamurrini* 16 interiaceat *Riant* 19 Auguste Nicee *perperam Riant* augusta nycaaim *C* 22 sanctum *om. Gamurrini* 24 hodiernum *conieci cf. p. 116, 2* 25 abent *C* distant *coni. Riant,* parent *Gamurrini* 27 eo *C* seu *conieci* 28 abent *C* 29 accedit *C* accedunt *Gamurrini* autem *C* tamen *scripsi*

eo autem loco, in quo ingressi sunt filii Israhel in mare, id est, quousque Pharaonis orbitae parent in hodie, duo signa posita sunt, unum in dextro et aliud in sinistro, item ac si columellae factae sunt. Locus autem ipse non longe a castro est, id est de Clesma.

Clesma autem ipsa in ripa est, id est super mare; nam portus est ibi clausus, qui intro castro ingreditur mare, qui portus mittit ad Indiam uel excipit uenientes naues de India; alibi enim nusquam in Romano solo accessum habent naues de India nisi ibi. Naues autem ibi et multae et ingentes sunt; quare portus famosus est pro aduenientibus ibi mercatoribus de India. Nam et ille agens in rebus, quem logotetem appellant, id est, qui singulis annis legatus ad Indiam uadit iussu imperatoris Romani, ibi ergo sedes habet, et naues ipsius ibi stant. Hic est locus, ubi peruenerunt filii Israhel fugientes a Faraone, quando de Egypto profecti sunt; hoc autem castrum postmodum ibi positum est pro defensione et disciplina pro incursione Saracenorum.

Locus autem ipse talis est, ubi totum heremi sint, id est campi arenosi, excepto monte illo uno, qui incumbit in mari, in cuius montis latere ex aduerso conligitur marmor porphyreticum; nam ex eo dicitur appellari mare rubrum, quod hic mons, qui per spatium grande super mare rubrum iacet, rosseum lapidem habeat uel porphyreticum, nam et ipse mons quasi rosseo colore est. Qui tamen mons fuit in dextro filiis Israhel fugientibus de Egypto, ubi tamen coeperunt se ad mare appropinquare; nam uenientibus de Egypto ad dexteram partem ipse mons est erectus ualde et excelsus satis ac si paries, quem putes manu hominum excisum esse. Ipse autem mons aridus est penitus, ita ut nec fruticem in se habeat. Filii autem Israhel exeuntes de Ramesse primum per medias arenas errando ambulauerunt; cum uero

1 mari *C* 3 idem *C* item *scripsi* 7 qui—mare *om. Gamurrini* 12 logotetema *C* 13 ligatus *C* 14 ibi stant ipsius *Gamurrini* 19 totus heremi hesint *C* totum heremum hesit in campo arenoso *mutat Riant* 22 quia *Gamurrini* 29 excissum *C*

ad mare rubrum appropiauerunt, tunc mons, de dextro illis qui apparebat, in proximo factus est; et iungentes se ipsi monti perueniunt ad mare, latus autem montis illius excelsi de dextro illis ueniebat et mare de sinistro; tunc subito euntibus eis ante ipsos apparuit locus ipse, ubi mons in mare iungebat, immo ingrediebatur, ut promontoria faciunt. Campus autem ipse, ubi filii Israhel nocte illa manserunt cum Moyse, infinitus est et planities eius ingens. Distat uero locus, ubi incumbit mons in mare, a castro Clesma passus quingentos. Inter castrum autem et ipsum montem medius est locus a promontorio montis, ubi ingressi sunt filii Israhel in mare et Pharao post eos. Traiectus autem, ubi transierunt sicco pede mare rubrum, habet octo milia passus in lato.

Mare autem rubrum non ob hoc habet nomen, quia rubra est aqua aut turbulenta, sed adeo est limpidus et perlustris et frigidus ac si mare Oceanus. Ibi elecesse nimii saporis et suauitatis sunt. Omne autem genus piscium in eodem mare sunt tanti saporis ut pisces maris Italici. Deinde omnia, quaecunque de mare desiderari solent, illic ad cibum habundant. Ibi sunt bucchinae et conchylii diuersa genera, sfondili uero et cocleae diuersae et ingentes; per litus autem eius diuersae res iacent, sed maiores et pulchriores quam in nullo mari. Corallum uero in eodem littore plurimum est, ipse autem mare rubrum pars Oceani est.

Desertum uero Sur heremus est infinitae magnitudinis, quantum potest unquam homo conspicere, et arena solitudinis illius inaestimabilis, ubi triduo ambulauerunt sine aqua. A deserto autem Sur usque ad Maran est mansio una per ripas maris. In Maran uero arbores palmarum paucissimi sunt; sunt illic et duo fontes, quos indulcauit sanctus Moyses. Inde autem per triduum de sinistro heremus est infinitus usque in locum,

6 iungebat] *fortasse* incumbebat ubi promontoria *perperam Gamurrini* 12 cum eis *Gamurrini* 13 abet *C* 15 prelustris *C* 16 miri *Gamurrini* 18 ytalici *C* 20 fondili *C* 22 pulcriores *C* 26 unquam *om. Gamurrini* 28 ripam *Gamurrini*

qui dicitur Arandara; Arandara autem est locus, qui appellatus est Helim. Ibi fluuius currit, qui tamen tempore aliquo siccatur, sed per ipsius alueum siue iuxta ripam ipsius inueniuntur aquae. Herba uero illic satis habundat, arbores autem palmarum illic plurimae sunt. A transitu autem maris rubri, id est Sur, non inuenitur tam amoenus locus cum tanta et tali aqua et tam habundante nisi istum. Inde ergo media mansio iuxta mare est.

Demum uero apparent duo montes excelsi ualde, a parte uero sinistra, antequam ad montes uenias, locus est, ubi pluit Dominus manna filiis Israhel; montes uero ipsi excelsi et erecti ualde sunt. Ab alia uero parte montium uallis planissima est ac si porticus, ducentos passus uallis ipsa in latitudine habens. Ab utroque autem latere uallis montes ipsi excelsi et erecti sunt. Ubi autem montes aperti sunt, est uallis sex milibus passibus lata, longitudinis autem satis plus habet. Montes uero toti per girum excauati sunt, taliter autem factae sunt criptae illae, ut, si suspendere uolueris uela, cubicula pulcherrima sint; unumquodque autem cubiculum est descriptum litteris hebraeis. Aquae etiam ibi bonae et habundantes satis in extrema ualle sunt, sed non quales in Helim. Locus uero ipse uocatur desertus Pharan, unde missi sunt exploratores a Moyse, qui considerarent terram; ab utrisque uero partibus locus ille munitus est montibus. Non fert autem locus ille agros aut uineas nichilque aliud illic est nisi aqua et arbores palmarum.

Prope uero ad uicum Faram ad mille quingentos passus coangustantur montes illi, ut uix triginta passibus lata ibi sit uallis illa. Ibi appellatur locus ille Raphidin, ubi Amalech occurrit filiis Israhel, et ubi murmurauit populus pro aqua, et ubi Iethro socer Moysi ei occurrit. Locus uero, ubi orauit Moyses, quando Iesus expugnauit Amalech, mons excelsus est ualde et erectus, imminens super Faran; ubi autem orauit Moyses, ecclesia nunc constructa est. Locus autem ipse, quem-

10 est *om. Gamurrini* 22 Pharon *Riant cum codice, ut uidetur* 28 Amalech *Riant* Hamalech *Gamurrini*

admodum sedit et quemadmodum lapides sub cubitum habuit, hodie paret. Ibi etiam Moyses deuicto Amalech altare Domino aedificauit. In tantum autem locus iste [quo]usque ad quingentos passus erectus est, ac si per parietem subeas. De Faran uero usque ad montem sanctum Syna milia triginta quinque. Porro in Aseroth adhuc apparet, quemadmodum fuit de lapide uallum ipsum, ubi habitauerunt filii Israhel, cum reuerterentur a monte dei. Throni etiam tres ibi sunt de lapidibus facti modice in editiori loco, unus Moysi, reliqui uero Aaron et Iethro. Cella autem, ubi separata fuit Maria Moysi soror, usque hodie super terram duos pedes eminet.

Ab Aseroth autem usque ad montem sanctum Syna inter montes ad dexteram et sinistram totum per uallem ipsam monumentis plenum est. Prope uero montem sanctum in loco, qui appellatur sepulcra concupiscentiae, totum sepulcris plenum est. Antequam uero peruenias ad montem Syna, sunt sex montes, qui faciunt uallem infinitam, planissimam et ualde pulchram. Trans uallem uero ipsam apparet mons sanctus Syna. Locus autem, ubi se montes aperiunt, iunctus est cum eo loco, ubi sunt sepulcra concupiscentiae. A loco autem, unde uidetur, usque ad montem Syna sunt per uallem ipsam quatuor milia passuum. Vallis autem ipsa ingens ualde est, iacens sub pedibus montis dei, quae habet in longitudine passus sedecim milia, in latitudine autem quatuor milia. Qui uult ergo ad montem sanctum pergere, per transuersum ad uallem illam deambulat. Haec est autem uallis ingens et planissima, in qua filii Israhel commorati sunt, quando Moyses fuit in montem quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Locus autem, ubi factus est uitulus, usque hodie ostenditur, nam lapis grandis ibi fixus stat. Haec ergo uallis ipsa est, in cuius capite ille locus est, ubi sancto Moysi locutus est deus in rubo de igne. Ab uno autem latere optimus est ascensus in montem et ab alio descensus; per

2 parent *Riant* Hamalech *Gamurrini* 3 ipse usque *Gamurrini* 7 abitauerunt *C* 8 ibi *om. Gamurrini* 24 ad *om. Gamurrini* 25 ipsam *Gamurrini*

medium autem uallis transuersatur et sic ad montem dei peruenitur. Mons uero ipse in giro quidem unus esse uidetur, intus autem plurimi sunt, sed omnes illi unus mons Syna appellatur. Specialis autem ille mons est, in cuius summitate est ille locus, ubi descendit maiestas dei, qui mons in medio omnium montium est. Et cum omnes, qui per girum sunt, excelsissimi sint, tamen ipse ille medianus. in quo descendit maiestas dei, tanto altior est omnibus illis, ut, cum quis ascenderit in illo, prorsus omnes illi montes, quos excelsissimos uiderit, ita sub monte uidentur Syna ac si colliculi. Mons autem cum omnibus altior sit ille medianus, qui specialiter Syna dicitur, tamen uideri non potest, nisi ad propriam radicem illius ueneris, ante tamen quam eum subeas; nam posteaquam ex eo descenderis, inde et de contra illum uides, quod, anteaquam in eum ascendat, facere non poterit. Montes uero, qui in circuitu sunt, cum maximo labore ascenduntur, quoniam non ascenduntur per girum in cocleis, sed directe ascenduntur ac si per parietem et directe descenduntur. In uertice autem montis Sina, ubi lex Moysi data est, ecclesia parua constructa est. In summitate uero montis illius nullus habitat, nichil est enim ibi aliud nisi sola ecclesia et spelunca, in qua habitauit sanctus Moyses. Mons uero ipse totus petrinus est, ita ut nec fruticem habeat. De summitate uero montis mediani ita subtus uidentur esse illi montes excelsissimi quasi colliculi. A uertice autem montis Syna Egyptus, Palestina, mare rubrum, mare parthenicum, quod mittit Alexandriam, nec non et fines Saracenorum uidentur.

In monte uero Choreb, qui eidem monti coniunctus est, est ecclesia et ante ecclesiam spelunca, in qua latuit sanctus Helias sub Achab. Ostenditur ibi etiam altarium lapideum, quem posuit ipse sanctus Helias ad offerendum deo. Non longe autem inde est locus, ubi stetit sanctus Aaron cum septuaginta senioribus. In eo loco tectum non est, petra tamen

5 qui mons—maiestas dei *om. Gamurrini* 13 eum *om. Gamurrini* 20 uero *Gamurrini* autem *Riant*

ingens per girum habens planitiem supra se, ubi illi steterunt; in medio autem lapideum altarium est. In capite uero uallis, quae monti subiacet, ibi ecclesia est in eo loco, ubi locutus est Dominus Moysi in rubo, qui rubus usque hodie uiuit et mittit uirgulta; ibi ergo aqua est optima. Ostenditur etiam in ipsa ualle, qualiter unusquisque habitationes habuerant, de quibus habitationibus usque in hodiernum diem fundamenta parent, quemadmodum fuerunt lapidibus circumdata. Ibi etiam est locus, ubi tabernaculum foederis primitus fixum est. Ab alia uero parte inter montes exitur et incipitur iam iuxta mare ambulari, ita ut subito per aquam maris ambules, subito etiam in quingentos passus per arenam ambulatur heremi; uia enim illic penitus non est, sed qui ibidem ambulant, in locis et locis signa ponunt, ad quae signa per diem ambulant, nocte autem signa cameli attendunt.

A mare autem rubro usque ad Arabiae ciuitatem mansiones quatuor sunt. Filii autem Israhel, quando egressi sunt de Egypto, quantum ibant dextra, tantum redibant sinistra; quantum denuo in ante ibant, tantum denuo retro reuertebantur, et sic fecerunt ipsi . . . . .

1 ingens est *Gamurrini* 6 habuerat *Gamurrini* 11 ambulare *Riant* 14 ad quod signum *C* 16 autem *om. Riant* 19 in ante] sinistra *perperam Gamurrini* 20 *Riant adnotat: C pauca addit, quae abraso codice legi non possunt.*

EVCHERII,

QVAE FERTVR,

DE SITV HIERVSOLIMITANAE VRBIS ATQVE IPSIVS IVDAEAE

EPISTOLA AD FAVSTVM PRESBYTERVM.

E = cod. Escorial. R. II s. VIII.
P = cod. Parisinus 13348 s. VIII.
V = cod. Vaticanus 636 s. XIII.

Fausto presbytero insulano Eucherius episcopus.

Hierusolimitanae urbis situm atque ipsius Iudaeae, ut mihi uel relatione cognitus erat uel lectione conpertus, breuiter amplexus sum breui et ipsum praefatione indicans, quia opusculo non diffuso nequaquam esse diffusam praefationem decet. Vale in Christo, decus et praesidium meum.

Hierusalem ab Aelio Adriano Aelia uocitatur, nam post subuersionem Titi conditoris Aelii nomen cum opere suscepit. Natura loci edita adeuntibus eam qualibet ex parte haut dubie ascendendum erit, diutino quippe, sed molli tractu adsurgit. Situs ipse urbis paene in orbem circumactus est non paruo murorum ambitu, quo etiam montem Sion quondam uicinum iam intra se recipit, qui a meridie positus pro arce urbi supereminet. Maior ciuitatis pars infra montem iacet in planitie humilioris collis sita.

Mons Sion latere uno, quod aquilonem respicit, clericorum religiosorumque habitationibus sequestratur, cuius in uertice

A + ω. In n̄e d̄n̄i n̄r̄i ih̄u x̄p̄i. Incipit opusculum sancti Eucherii episcopi de situ hierosolimae uel iudae *E* Epistola Eucherii episcopi ad Faustum presbyterum *V* *titulus deest* *P* 1 Faustino *EV* 2 urbis hierosolimẹ *E* hierusolymitanae urbis *V* 3 uel *om.* *PV* agnitus *PV* compertus *EV* brebiter *E* 4 brebi et ipsum *E* breuique ipsum *V* breui id ipsum *P* p̄facione *V* 5 defusione quamquam *P* 6 decus et praesidium meum *om.* *E* 7 helio *E* hadriano *V* helia *E* uoci . . . ur *E* 8 aeliae *P* helii *E* 9 aedita *P* adeuntibus] adeuntibi *P* aiunt *V* eam] eum *E* *om.* *V* aut dubiae *P* 10 molliter tracto *P* assurgit *V* 11 urbes *P* pene hinc in *E* urbem *P* est *om.* *PV* parbo *E* 12 syon, *sic semper* *V* 13 quia a *E* oppositus *E* arche *E* archae *P* urbis *EP* 14 ciuitates *P* infra] suptu *E* planiciem *PV* planitiae *E* 15 umilioris *E* 16 quo *E* aquilone excipit *P* 17 religiosoremque *P* frequentatur *P* uerticem *P*

planitiem monachorum cellulae obtinuerunt ecclesiam circumdantes, quae illic fertur ab apostolis fundata pro loci resurrectionis dominicae reuerentia, eo quod ibi promisso quondam per Dominum paracleto repleti sunt spiritu.

Celebriores tres sunt portarum exitus, unus ab occasu, alter ab oriente, tertius a septentrione ingressis a septentrionali parte urbem.

Primum de locis sanctis pro conditione platearum deuertendum est ad basilicam, quae Martyrium appellatur, a Constantino magno cultu nuper extructam. Dehinc cohaerentia ab occasu loca uisuntur Golgotha atque Anastasis; sed Anastasis in loco est resurrectionis, Golgotha uero medius inter Anastasim ac Martyrium locus est dominicae passionis, in quo etiam rupis apparet illa, quae quondam ipsam adfixo Domino crucem pertulit. Atque haec tamen extra montem Sion posita cernuntur, quo se ad aquilonem deficiens loci tumor porrexit.

Templum uero in inferiore parte urbis in uicinia muri ab oriente locatum magnificeque extructum quondam miraculum fuit, ex quo parietis unius in ruinis quaedam pinna superest reliquis a fundamentis usque distructis. Paucae illic cisternae in usum

1 planiciem *P* monacorum *E* cellolae *P* optinuerunt *EV* obtenuerunt *P* circundantes *V* 2 quae] que *P* quia *V* ut fertur *PV* ab *om. E* fundata *in rasura E* loci surrexit ref&tatus *E* 3 ob quod *V* ibi *om. PV* promissum quondam *PV* quondam promisso *E* 4 deum *E* paraclito *E* paraclyto *V* repleti *cum correctura E* 5 caelebriores *P* 6 septentrione ingressis a *om. PV* septentrionale *P* septē[io]tnali, *corr. 1. m. V* 7 urbis *PV* 8 de] e *E* diuertendum *EV* 9 uaselicam *E* martirum *E* martyrum *P* 10 nuper *om. PV* coherentia *P* 11 loca *om. V* golgota *P* atque] et *E* anasthasis *bis E* 12 locu est dm̄ce res. *E* anastasin *P* anastasis *E* 13 martirum *E* 14 aparet *E* illa *om. PV* condam *E* ipsa *E* apsam *V* adfixa *E* afixo *P* affixo *V* domini *E* domino corpore *PV* 15 adque *E* positae *PV* cerununtur *E* 16 difficiens *P* porregit *P* porrigit *V* 17 inferiori *EV* in uicinia] inuina *E* 18 instructum *E* conda *E* 19 ex co *E* parietes *P* ruinas *PV* 20 a fundamenta *P* ad fundamenta *V* destructis *V* usus *E*

aquarum ostenduntur in ea parte ciuitatis, quae ad septentrionem tenditur.

Vicina templo Bethsaida piscina gemino apparet insignis lacu, quorum alter hibernis plerumque impletur imbribus, alter rubris est discolor aquis.

Ab ea fronte montis Sion, quae praerupta rupe orientalem plagam spectat, intra muros atque ad radices collis fons Siloa prorumpit, qui alternante aquarum accessu in meridiem fluit. Iuxta murum Hierusalem uel templi ab oriente Geennon occurrit, quae uallis Iosaphat uocatur, a septentrione in austrum porrecta, per quam Cedron torrens, si quando pluuiarum aquas recipit, decurrit.

Circumiecta Hierusolimitanae urbis aspera ac montuosa cernuntur, quae etiam montem Olìueti mille a se discretum passibus in orientem prospectat. Duae in eo ecclesiae celeberrimae habentur, una in eo fundata loco, in quo Dominus ad discipulos habuisse sermonem, alia in illo loco, de quo in caelum ascendisse traditur.

Sex milibus ab Hierusolima Bethlem in meridiano latere secedit, quae humili muro et absque turribus angustissimo spatio circumdatur, ubi praesepe Domini exornatum insuper argento atque auro fulgenti cella ambitur.

1 ciuitates que *P* 2 ostenditur *E* in uicinia templi ostenditur *V* 3 templi *P* betsaida *P* Bethesda *Tobler* piscina *om.* *V* apparit ut signis *P* 4 corum *E* 5 rubri et aquis decolor *E* 6 rupta *EP* 7 exspectat *PV* infra *V* adque ad radices *E* atque in radicibus *P* atque radicibus *V* silua *P* 8 alternantia *E* 9 muros iherusalem *E* geeñon *E* quae *om.* *V* 10 nullis *P* uocatur *om.* *PV* septentrionali *E* austum *V* porrectum *E* 11 Cedron *om.* *V* turrens *P* plubiarum *E* recepit *P* 13 hierosolimitane urbi *E* ac] et *PV* 14 olibeti *E* oliuiti *P* 15 due *E* aecclesiae *V* caeleberrime *P* 16 abentur *E* eodem *PV* quod *P* 17 discipulos suos *PV* habuisse dicitur *PV* alio *E* altera *PV* illo *om.* *PV* loco *om.* *E* in caelum] caelum *PV* in celo *E* 19 hierosolyma *E* bethleem ab hierusolima *P* bethleem ab hierosolimam *V* 20 umili *E* 21 spacio *P* presepi *P* exornatu *P* exornato *V* 22 adque *E*

Hiericho uero ab Hierusolima in orientem aestiuum decem et octo milibus excurrit. Iordanis quoque ab eadem caeli parte Iudaeae terrae praetenditur, quarto et uicesimo lapide ab Aelia separatus, qui primum mare Tiberiadis intersecans atque ex hoc mergens largis deinde ac placide fluentibus aquis in mare mortuum conditur, quod mare Hierusolimam uiginti circiter milibus respicit.

Chebron ciuitas quondam gigantum lapide ferme uicesimo et secundo ab Hierusalem infra meridianam plagam distat.

Mare magnum nusquam uicinius quam circa Ioppen oppidum possidet, quod quadraginta ab ea in occasum aestiuum milibus abest.

Longitudo uerum terrae Iudaeae a Dan usque Bersabee praetenditur ab aquilonali plaga in meridiem producta. Dan quippe uicus exiguus est in exterioribus Iudaeae, quae septentrionalem partem contuentur, in quarto a Paneade miliario Tyrum pergentibus, de quo Iordanis erumpens a loco nomen sortitus est. Ior uero Ebraei fluuium appellant. Ceterum Bersabee, ut supra diximus, ad austrum uergens uicus est maximus uicesimo a Chebron miliario.

Igitur longitudo siue etiam latitudo Iudaeae quanta sit,

1 hierico *E* hierosolima *EV* hierusolimam *P* oriente aestiuo *V* estibum *E* XCII *P* 2 iordannis *E* iordanes *P* 3 iude terrae *E* iudeae terrae *PV* IIII. et XV. *PV* 4 helia *E* elia *V* seperatus *P* separatur *EV* primo *E* tuberiadis *P* tyberiadis *V* insecans *PV* adque *E* 5 placidis *PV* 6 Hierosolyma *EV* .XX. *P* 7 millibus *V* 8 cebron *EP* cibitas *E* condam *E* gygantum *V* ferme] uero *E* firme *P* XX et II *PV* 10 magnum] rubrum *V* nusquam *om. E* uicinus *E* circa] iuxta *PV* ioppem *V* 11 possedit *PV* XL *P* ęstibum *E* 13 uerum *om. PV* Iudaeae *om. V* iudae *E* israhel *P* usque ad bersabę *E* 14 protenditur *PV* aquilonis *E* aquilonale *P* in] ad *PV* 15 quippe] quoque *V* iudae *P* iude *V* que *P* 16 partem] plagam *V* IIII *P* contuetur *V* a *om. P* panide *in rasura V* 17 tirum *E* turum *P* iordanes *P* erumpens] erom *P*, *om. V* a *om. V* nomine *E* 18 hebrei *PV* ebrei *E* flubium *E* 19 uersabę *E* bersabe *V* 20 XX *PV* ac ebron *E* milibus *V* 21 longitudo siue etiam *om. E* iudae *EP*

sanctus quoque Hieronymus determinauit in quadam epistola ad Dardanum, de qua nos huic operi, quae necessaria uidebantur, excerpsimus, in qua aduersum Iudaeos de terra repromissionis disserens etiam haec addidit:

„Respondeant mihi, qui hanc terram, quae nunc nobis Christi passione et resurrectione terra repromissionis effecta est, possessam putant a populo Iudaeorum, postquam reuersus est ex Aegypto, quantum possederit; utique a Dan usque ad Bersabe, quae uix centum sexaginta milium spatio in longum tenditur. Neque enim Dauid et Salomonem potentissimos reges exceptis his, quos post uictoriam in amicitiam receperunt, plus tenuisse scriptura testatur. Et hoc dico, ut taceam quinque Palaestinae ciuitates Gazam, Ascalon, Geth, Accaron, Azotum, Idumaeos quoque a meridiana plaga uix XXV ab Hierusolima milibus separatos, Arabes et Agarenos, quos nunc Sarracenos uocant, in uicinia urbis Hierusalem. Pudet dicere latitudinem terrae repromissionis, ne ethnicis occasionem blasphemandi dedisse uideamur. A Ioppe usque ad uiculum nostrum Bethlem XLVI milia sunt; cui succedit uastissima solitudo plena ferocium barbarorum."

Item paulo post: „Quod si obieceris terram repromissionis dici, quae in Numerorum uolumine continetur, a meridie

1 Hieron. ep. ad Dardanum CXXIX, Migne Patrol. lat. 22 p. 1104
12 cf. 2. Reg. 17, 11 22 cf. Num. 34, 4

1 hieronimus *EP* determinabit *E* epistolam *E* 2 ex quo *P* opere que *P* 3 in qua in qua *P* iudeae terram *E* 4 addedit. Haec *P* 5 quae] qui *P* 7 iudeorum *E* est *om. P* est reuersus *E* reuersus est *Hier.* 8 egipto *E* aegyptum *P* ad *om. Hier.* 9 bersabee *P* quae] qui *E* CXL *P* spatium *P* in longum spatio *Hier.* 10 enim *om. P* 11 regis *P* uicturiam *P* amicitia *E* amiticiam *P* 12 dicto *P* 13 palestine *E* palestinas *P* ascalonem *P* 14 accharon *E* idumea *E* idomeus *P* 15 hierosolima *E* separata est *E* seperatur *P* 16 sarracinos *P* uicina *P* 17 ne et inimicis *P* occansionem *P* 18 blasfemandi *E* 19 bethleem *P* XL et C *P* milibus *E* 20 plenas *P* 21 quod sibi quis (*om. E*) obiecerit *EP* quod si obieceris *Hier.* repromissiones *P* 22 que *P* in *om. E* meridiae *P*

maris salinarum per Sina et Cadesbarne usque ad torrentem Aegypti, qui iuxta Rinocoruram mari magno influit, et ad occidentem ipsum mare, quod Palaestinae, Phoenici, Syriae Coelen Ciliciaeque praetenditur, ab aquilone Taurum montem et Zephyrium usque Emath, quae appellatur Epiphania Syriae, ad orientem uero per Antiochiam et lacum Ceneret, quae nunc Tiberias appellatur, et Iordanem, qui mari influit salinarum, quod nunc mortuum dicitur, trans Iordanem autem duarum semis tribuum possessionem, Ruben et Gad et dimidiae tribus Manasse: et ego fatebor haec tibi repromissa, non tradita."

Item postea addidit: „Et mihi in euangelio promittuntur regna caelorum, quae instrumentum uetus omnino non nominat; sed si non fecero, quae praecepta sunt, nequaquam erit culpa in promittente, sed in me, qui promissum accipere non merui. Lege librum Iosue et Iudicum, et quantis possessionum angustiis sis coartatus intelleges". Haec Hieronymus, uir in omni scripturarum scientia omnium eruditissimus.

Sed etiam et Iosephus nobilis historicus Iudaeorum situm

18 Hegesipp. III c. 6, p. 181—184, 70 ed. Iul. Caesar

1 mare *P* synam *P*, Sin *coni. Relandius*, Senna *Migne coll. Num. 34, 4* usque *om. P* torrentem *om. P* 2 egipti *E* qui *om. P* nicoruram *E* rinocuroram *P* mare *P* ad *postea additum E* 3 palestini *E* palestinae *P* phenices *E* foenis *P* sirię cele *E* coelis syriae *P* 4 cilięque *E* ciliciae *omisso* que *P* pertenditur *P* aquilonem *P* tauro *P* 5 zipherium *E* zypherus *P* emmath *E* que *P* epipania *E* ephyfania *P* siriae *E* 6 antiociam *E* anthiochiam *P* cinereth *P* que *P* 7 tyberiadis *P* in mare fluit *P* 8 quod nunc—duarum *om. P* 9 et semis *P* possessione *E* gath *E* dimedio *P* 10 tribu *E* et haec fatebor ego fatebor ego repromissa tibi *P* 12 addit *E* addedit *P* regni *P* 13 non *om. E* 14 perficero *E* 15 promissa *E* 16 librum *om. E* et iudicum *om. P* possessionibus *E* possessiones *P* 17 intellege *E* intellegis *P* hieronimus *EP* 18 scientiam *EP* heruditissimus *E* 19 ea *post* etiam *E; et scripsi, om. P* sthoricus *E* storicus *P* iudeorum *E*

totius eius regionis refert, qui utriusque Galilaeae ac Samariae terminos relatione distinguit aut uarias, quae Galilaeae, Syriae et Phoenicae adhaerent disterminantque eam, gentes: a solis occasu Ptolomais territorii sui finibus et mons Carmelus, qui erat ante Galilaeis, nunc uero Tyriorum finibus adsociatus, cui conectitur Gabaa ciuitas, quae quondam Iudaeis causa grauis exitii fuit; ab oriente Hippene et Gadara suis finibus restant. Eadem autem et Gaulanitidi regioni et regno Agrippae confinia praescripta ueteri aeuo fuere. A meridiano latere Scythopolis et Samaria suis utraque excipiunt regionibus nec ultra fluenta Iordanis patiuntur extendi. Septentrionalia eius a dextro latere Tyrus claudit omnisque regio Tyriorum, cuius obiectu Galilaeae spatia definiuntur. Ipsae autem inter se hoc distinguuntur modo, ut quae inferior Galilaea dicitur, ab urbe Tiberiade usque ad urbem, cui nomen Zabulon, supra maritima Ptolomaidis extenta longitudine diffundatur.

Latitudo autem eius a uico Chaloth, qui est in campo maximo, usque ad Bersabe haud dubie deducitur. Unde etiam superiori

1 eius *om. P* regiones *P* quia *E* quae *P*, qui *scripsi* utrique galileae *P* galilae aesamariae *E*, *scripsi:* Galilaeae ac Samariae ac Samariae terminos relatione distinguet aut uarias quae Galiliae (*sic E*) *om. P* 2 siria *E* 3 phenicea *E* phenicę *P* adderent *E* adheret *P* disterminansque *E* determinauitque *P* disterminantque *scripsi coll. Heg. III c. 6, 1* gentes *om. P* a solis *om. E* 4 optolomais *E* tholomaidis *P* territoris *E* territurii *P* 5 qui erat—Tyriorum finibus *om. P* galileis *E* tiriorum *E* adsocietas *P* 6 connectitur *P* conertitur *E* cibitas *E* que condam *EP* 7 grabis exitus *E* ab or. autem *ut uidetur E* ippene *E* ioppen *P*, *apud Heg.* ioppen *C*, hyppenae *uulgo* 8 resecant. Eadem *Heg. uulg.* resecante idem autem *Heg. C* eandem *P* a galinitidi *P* ea gaulanitidi *E* et gaulanitidi *Heg. uulg.* et gaulonitidi *C* regionem *P* 9 agrippe *EP* ueteribus fuere *P* ueterie uo fure *E* 10 scitopolis *E* scitopoli *P* excipiuntur *P Heg.* 11 paciuntur *P* septentrionali *E* 12 dextero *P* tirorum *E* 13 galilae *E* galileae *P* diuiniuntur *E* ipsa *E* ipse *P* 14 utq; *E* utique *P* galilae *E* gallilea *P* 15 tyberiade *P* ad *om. E* nomen est Zabulon *E;* est *om. P Heg.* 16 optolomaidis *E* tholomaidis *P* diffunditur *E* 17 exaloth *E* xalth *P* chaloth *Heg. C*, saloth *Heg. uulg.* 18 uessabe *E* bersabee *P* uau dubiae *E* educitur *P* superiore *P* superiori *E, Heg. uulgo* superioris *Heg. C*

Galilaeae aperitur exordium, quoad uici Bacatae fines attingat: ipso autem uico etiam Tyriae terrae fines determinantur. Longitudinis quoque eius initium uicus est † Thoalla, finis Thoalla Iordani finitimus. Hinc intellegi datur, quantum se porrigant spatia Galilaeae superioris, cuius initium Iordanis est, uel eius confinia. Hac igitur suae magnitudinis aestimatione utraque Galilaea distinguitur.

Terra autem pinguis, herbosa, diuerso culturae genere nitens, distincta arboribus, ut quemuis adliciat ad sui gratiam et fugitantem laborum ad studia culturae inuitet atque excitet. Denique nulla hic uel exigua terrae portio uacat, frequentatur plerisque inhabitantibus. Crebrae urbes, uici frequentes, multitudo hominum innumerabilis, ut exiguus uicus in suo tractu habeat XV milia inhabitantium.

Item paulo post: „Samaritana quoque regio, inquit, inter Iudaeam ac Galilaeam media iacet, incipiens a uico, cui nomen est Helias, deficiens in terra Acrabatthenorum, natura consimili nec ullo differens a Iudaea. Utraque enim montuosa atque campestris est pro locorum diuersitate, neque tota campis

1 galile E gallileae P   peritur exordio E   quod ab bacate E quod a uico bathatae P quod ad uici batathae *Heg. C* quo ad uici bathatae *Heg. uulgo* quoad uici Bacatae *em. Iul. Caesar*   fines *om. P*   attingit E   2 tirie de terre fines determinatur E tyriae finis terrae determinatur P tyriae terrae fines determinantur *Heg.*   3 ttalla E thoalla P thalla *Heg. uulgo*: Meroth *corr. Iul. Caesar coll. Ioseph b. Iud. III. 3, 1*   fines EP finis est *Heg.*   rotalla E thoalla P Thella *Iul. Caesar cum Iosepho*   4 iordanes E iordanis P   hinc *om. P*   intelligi E   porregant P   5 ispatia galilae E spacia gallileae P superiores P   7 galilea P   8 erbosa E   diuersu P   9 distincta arboribus *om. E*   quamuis P   adliceat E alliciat P   10 et fugitantem] effugit autem E effugit autem P et fugitantem *Heg.* laboris *Heg. C* labores *Heg. uulgo*   adque E   11 uagat P   frequenter P   12 plurimis inabitantibus E   urbis P   13 innumerabiles P   in suo abeat E in sua habeat P tractu *addidi ex Heg.* 15 inquid P   16 iudeam EP   ac] ad E atque P   galileam E gallileam P   17 aeleas *Heg. C* elias *Heg. uulgo*   diffiniens P   arabet thenorum E acrabathtenorum P acrabattenorum *Heg. C* acrabathenorum *Heg. uulgo*   18 ulla P   iudea EP   adque EP

diffunditur neque in locis omnibus montium rupibus scinditur. sed utriusque qualitatis habet gratiam. Ad exercitium culturae solubilis terra et mollior eoque frumentis utilis et prope circa fertilitatem soli nulli secunda. maturitate certe fructuum prior omnibus: nam cum adhuc alibi serantur frumenta. istic metuntur. Species quoque atque ipsa frumenti natura haud usquam praestantior habetur. Aqua dulcis. decora ad speciem. suauis quoque ad potum. ut secundum elementorum gratiam aestimauerint Iudaei eam promissam patribus terram fluentem mel et lac. cum spoponderit illis resurrectionis praerogatiuam. et utrumque quidem diuina pietas contulerat. si seruassent fidem: sed infidelibus animis utrumque ereptum. hic iugo captiuitatis. illic uinculo peccati. Nemorosa regio et ideo diues pecoris. abundans lactis. denique nusquam sic lacte distenta pecus ubera gerit. Poma siluestria uel insitiua super omnium regionum copias. Referta autem utraque uel Samaria uel Iudaea hominum multitudine. ut mihi uideantur hinc illud interpretati Iudaei. quod scriptum est: Q u i a n u l l a e r i t i n h i s s t e r i l i s e t i n f e c u n d a. cum hoc lex de meritorum fecunditate praescripserit et uirtutum fertilitate.

Principium Samariae de Arabiae finibus a uico. cui nomen

18 Exod. 23. 26

1 neque in locis—scinditur *om. E* 2 utrisque *P* abet *E* 3 terrae mollior *P* terra. mollior *Heg. C* terra et mollior *Heg. uulgo* eo quod *P* 4 solis *E* 5 metetur *E* 6 adque *E* haud] aut *E* 7 abeatur *E* 8 suauisque *Heg. C* suauis *om.* quoque *uel* que *Heg. uulgo* aelimentorum *P* 9 estimauerint iudei *E* 10 mel et lac *E. Heg. C*: lac et mel *P. Heg. uulgo* illi *E* resurrectiones *P* prerogatiba *E* preregatiuam *P* 11 et *om. P* et harumque quidem *E* contulerit *EP* contulerat *Heg.* 12 animus *P* ereptam *E* repertum *P* ereptum *Heg.* hinc *E* 13 peccati perdiderunt *P* et ideo diues—lactis *om. P* 14 habundans *E* usquam *P* sic] illic *P* lac et *E* 15 geret *E* insitiba *E* 16 copias regionum *P* reuerta est autem *E* iudea *EP* 17 multitudinem *P* uideatur *E* hic illut *E* illud hic *P* hinc illut *Heg. C* interpraetare *P* 18 iudei *E* eis *P* 19 sterelis *P* hec *E* lex *om. P* 21 arabie *P* bico *E*

Iordanis, finis ab aquilone porrigitur uico Bortheo, latitudo autem Iudaeae a fluuio Iordane usque Ioppen. Incipit enim a fontibus Iordanis et a monte Libano et usque ad Tiberiadis lacum dilatatur. A uico quoque Arfa initium longitudinis eius, quae usque uicum extenditur Iuliadem, in quo Iudaeorum pariter ac Tyriorum communis habitatio.

In medio autem Iudaeae ciuitas Hierusolima quasi umbilicus regionis totius, ut prudentibus placuit, nuncupatur, abundans regio mediterraneis copiis nec fraudata maritimis, quia praetendit usque Ptolomaidem et totum illud mare praetexit littoribus suis. Multae urbes, sed inter omnes Hierusolima eminet, ita ut quasi caput in suo corpore non obumbret sua membra, sed regat atque eis tuitioni sit et pulchritudini."

Hactenus Iosephus, quem idcirco relationi huic inserendum putaui, ut ueritatem studiose inquirentibus maiorem Iudaeus relator de Iudaeae situ fidem faceret.

1 iordannis *P* iordanni *Heg. C* iordani *Heg. uulgo* Iorda *coni. Iul. Caesar* fines *E* ab aquilone—latitudo *om. P* borec hoch (?) *E* bortheo *Heg. C*, borceo *Heg. uulgo et Iul. Caesar coll. Iosepho* 2 iudae *EP* fluuiolo iordanis *E* fluuio Iordanne *P* usque ad *P* iopen *E* enim] autem *P* 3 frontibus *P* et a monte] et *om. P* lybano usque tyberiadis *P* 4 quoquo *P* arsa *E* longitudines *P* 5 usque iuliadem extenditur *E* usque ad *Heg.* iudeorum ac pariter tirorum *E* 6 commonis *P* abitatio *E* 7 iudae *E om. P* cibitas Hierosolyma *E* umbiculus *P* 8 habundans *E* 9 nec frui diutumaritimis *E* protendit *P* pretenditur *E* 10 tholomaidem *P* obtolomaidem et tum illut *E* praetexit. littoribus illius *E* praetexit litoribus suis *P Heg.* 11 hierosolima *E* 12 umbret *P* 13 atque ita ita *P* ei *EP* eis *Heg.* pulcritudini *E* pulchritudine *P* 14 actenus *P* ioseppus *E* relatione *P* 15 studiosae inquerentibus *P* iudeus *E* iudaeos *P* 16 iudae *E* iudeae *P* explicit situs hierosolime uel iudae *E* explicit de situ terrae repromissionis epistola *P* explicit epistola de situ terrae repromissionis eucherii episcopi ad faustinum pr' mensulanũ *V*

THEODOSIVS

DE SITV TERRAE SANCTAE.

P = cod. Parisinus 4808 saec. IX.
H = cod. Haganus 165 saec. VIII.
G = cod. Guelferbytanus (Weissenburg 99) saec. VIII.
b = consensus codicum:
Vatic. Christ. 554 saec. XII.
Parisini 4892 saec. XII.
Vatic. Christ. 630 saec. XIII.

Ciuitas Hierusalem habens portas maiores VI absque posticia, 1
id est porta Beniamin exiens ad Iordanem, habens ab Hiericho milia XVIII; inde ad Iordanem milia VII. De Hiericho usque Galgala miliario uno. Ibi est ager Domini, ubi dominus Ihesus Christus unum sulcum de manu sua arauit; ibi sunt duodecim lapides, quos leuauerunt filii Israel de Iordane. De Hiericho usque ad fontem Helysaei milia II; ibi erat domus Raab publicanae, quae excepit exploratores.

Item de Hierusalem usque in Bethsaida milia XII, in qua 2
Bethsaida uidit Iacob in somnis angelos ascendentes et descendentes de caelo. De Bethsaida usque in Samaria, quae dicitur modo Neapolis, milia XVIII. Ibi est puteus, quem fabricauit Iacob, ibi sunt ossa sancti Ioseph. De Samaria usque in Sebastea milia VI, ubi domnus Iohannes decollatus est. De Sebastea usque in Scitopolim milia XXX; ibi domnus Basilius martyrizatus est. De Scitopoli usque ad mare Tyberiadis milia XXIIII, ibi domnus Iesus Christus pedibus ambulauit. De Tyberiada usque Magdale, ubi domna Maria nata est,

1 portas] porticia *G* postica *H* posticia *om. G* 2 idem *GH* portam *G* iericho *H* 3 XVII *H* VI *G* dericho *H* usque ad *H* usque in *G* 4 mil. I *H* miliarium unum *G* dom. noster *G* 5 de sua manu *H* 6 labides *G* eleuauerunt *H* israhel *H* iordanem *G* 7 montem *P* elysei *H* helisei *G* 8 publicane meretricis *H* qui *HP 1*, que *corr. 2. m. P* 9 mil. I *H* 10 Beth. ibi uidit *G* angelos dei *G* angelus in somnis *H* 12 modo *om. H* naphulis *H* XXVIII *P* XXVIIII *H* 13 sancti *om. H* usque—15 Sebastea *om. H* 14 *et* 15 sebastaea *G* 15 cynopolim *PG* settopolim *H* ibi—martyr. est *om. H* ubi *G* 16 passus est *G* settopolim *H* cinopoli *G* ad mare *om. P* tyberiada *P* tibiriadis *H* tibiriade *G* 17 dominus *semper H*, *plerumque G* ihesus *H om. G* ambulauit pedibus super mare *H* 18 tibiriade *H* tibiriada ad mare *G* usque ad *H* Magdaline *G* domna] sancta *H* est nata *H*

milia II. De Magdale usque ad septem fontes, ubi domnus Christus baptizauit apostolos, milia II, ubi et saturauit populum de quinque panibus et duobus piscibus. De septem fontibus usque in Capharnaum milia II. De Capharnaum usque Bethsaida milia VI, ubi nati sunt apostoli Petrus, Andreas, Philippus et filii Zebedaei. De Bethsaida usque in Paniada milia L; inde exit Iordanis de duo loca Ior et Dan. Ipsa Paniada in medio mittent et subtus ciuitate coniungunt ad pare et abinde accepit nomen Iordanis; inde fuit mulier, quam domnus Christus liberauit de fluxu sanguinis, nomen ipsius mulieris Mariosa; ibi est statua Domni electrina, quam ipsa Mariosa fecit. Ibi habet capud mons Libanus.

3 De porta Purgu usque ubi pugnauit Dauid cum Golia in monte Buzana, quod interpretatur lucerna, milia XV. De Buzana usque Eleuteropoli milia XV. De Eleuteropoli usque in loco, ubi requiescit sanctus Zacharias, milia VI, et de ipso loco usque ad Ascalona milia XX. De Ascalona usque ad Gaza milia XII. Inter Ascalonam et Gazam ciuitates duas, id est Antedona et Maioma. De Gaza usque ad Rafia milia XXIIII. De Rafia usque ad Betuliam, ubi Olofernis mortuus est, milia XII.

1 V *H* magdalo *G* fontanas *G* 2 christus] ihesus *H* apostlos *G* apostolus baptizauit *H* ibi *HG* et *om. H* satirauit *G* populo *G* 3 duos *H* piscis *G* fontanas *G* 4 Capharnaum milia— usque *om. H* capharnau *G* usque in *G* 5 VII *H* ibi *H* apostli *G* 6 et *om. H* beniada *H* phaniada *G* milia *om. P* 7 exiet *H* duobus locis *corr. 2. m. P* phaniada *G* 8 sub *H* iungit *G* adparet et *HP* adpare *omisso* et *G* abinde dicitur quia de ipsis duobus *G* 9 accipit *H* nomen *om. H* iordanem *G* ihesus christus *HG* 11 marosa *H ex* αἱμαρροοῦσα *corruptum uidetur, cf. Litt. Centralbl. 1882 p. 595* eletrina *P 1 G* in aecclesia *add. H* 12 ubi *G* capud *P 1, corr. 2. m.* libarius *PG, corr. 2. m. P* 13 portu *P* purgius *H* pyrgu *em. Gildemeister* buzin usqui *G* ubi—Golia *om. H* 14 montem *H* quia *ex* quod *corr. 2. m. P* *post* XV *add. H:* ibi pugnauit dauid cum golia 15 bizina *G* eleotopori *P* eleotupori *H* eleutropori *G* de eliotopori *PH* 16 locum *GH* iacet *2. m. add. P* et *om. GH* 17 ad *om. H* usque in *G* milia XX—Ascalona *om. H* et usque Gaza *H* 18 gaza *G* 19 antionoda *PHG* mazoma *PH* usque raphidon *H* XXVII *H* 20 de raphidon *H* de arafia usqui *G* ad *om. H* oliferni *G*

De Hierusalem usque in Silona, ubi fuit arca testamenti Domni, milia VIIII. De Silona usque Emmau, quae nunc Nicopolis dicitur, milia VIIII, in qua Emmau sanctus Cleopas cognouit Domnum in confractione panis; ibi et martyrium pertulit. De Emmau usque in Diospolim milia XII, ubi sanctus Georgius martyrizatus est; ibi et corpus eius est et multa mirabilia fiunt. De Diospoli in Ioppen milia XII, ubi sanctus Petrus resuscitauit sanctam Tabitam; ibi et cetus iactauit se uicto Ionam. De Ioppe ad Caesaream Palaestinae milia XXX; ibi baptizatus est domnus Cornelius a domno Petro et martyrizatus est. De Caesarea usque in Diocaesarea milia XXX; inde fuit Symon magus. De Diocaesarea usque in Canan Galileae milia V. De Diocaesarea usque in Nazareth milia V. De Nazareth in syce Taburi milia VII; ibi Domnus post resurrectionem apostolis apparuit. 4

De Hierusalem usque ubi baptizauit domnus Philippus eunuchum milia XVI. Inde usque Terebintum, quod appellatur ilex Mambre, milia II. De Terebinto usque ad speluncam 5

1 in *om. H* 1 *et* 2 sidona *P* sinoda *H* sydonia *G* ibi *H* archa *H* 2 VIII *H* usqui *G* immau *P 1*, emmau *corr. 2. m.*, in amaum *H* inmau *G* qui *PH* 3 neapolis *H* miliaria V *G* VIII *H* 3 *et* 5 immau *P 1.*, emmau *corr. 2. m.*, amau *H* inmau *G* cleuphas *H* 4 fraccione *H* et ibi *G* 5 protulit *G* diopolim *PH* diospoli *G* ibi *H* 6 Gregorius *H* passus est *G* est *om. H* et *om. G* 7 diopoli *H* usque in *G* ioppe *G* iopen *H* ibi *H* 8 suscitauit *H* sancta tauita *P1*, b *ex* u *corr. 2. m.*, Tab. resusc. *G* et ibi coetus magnus euomuit ionam *G* 9 seuictiuona *P* sanctum Ionam *coni. Gildemeister* iopen *H* usque ad *H* palestinam *P* 10 domnus] sancto *G om. H* domno] sancto *H om. G* 11 ibi et martyrium cepit *G* cesaria *H* usque in cesaria *G* 12 magos *H* De Diocaesarea—Galilaeae milia *V om. G* 12 *et* 13 diocesaria *H* 13 chana *P* in *om. H* 14 in sycetaburi *P 1*, usque *2. m. add.*, usque thaburi *H* in sice taburi *G* in uico Tabor *coni. Sittl, Burs. Jahresb. 1889, p. 66, ipse conieci:* Itabyrium ubi *H* 15 aparuit apostolis *H* 16 usque *om. H* ubi philippus baptizauit *H* 17 mil. XII *H* usque ad *H* usqui in ilicem *G* therebintum *P* 18 elecem *P 1*, ilicem *corr. 2. m.*. appellatur tereuetitu *G* mil. V *H* therebinto *P* terrebintum *H* spelunca *P 1*, speluncam *corr. 2. m.*

duplicem, ubi requiescunt patriarchae, milia IIII. De spelunca duplice usque in Cebron milia II, ubi habitauit sanctus Dauid septem annis, quando fugiebat ante Saul.

6 De Hierusalem in Ramatha, ubi requiescit Samuhel, milia V. De Hierusalem usque ubi habitauit sancta Elisabeth mater domni Iohannis Baptistae milia V. De Hierusalem usque Anato, ubi natus est domnus Hieremias propheta, ubi et requiescit, milia VI. De Hierusalem usque Bethania milia II, ubi resuscitauit domnus Christus Lazarum. De Hierusalem usque in montem Oliueti, quod scribitur, stadia septem miliario uno; inde domnus ascendit in caelos; ibi sunt fabricatas numero XXIIII ecclesias. De monte Oliueti usque in uico Hermippo, ubi dormiuit Abdimelech sub arbore ficus annis XLVI, miliario uno, qui Abdimelech discipulus fuit sancti Hieremiae; ibi fuit Baruc propheta.

7 In ciuitate Hierusalem ad sepulcrum Domini ibi est Caluariae locus; ibi Abraham obtulit filium suum holocaustum, et quia mons petreus est, in ipso monte, hoc est ad pedem montis ipsius, fecit Abraham altario; super altare eminet mons, ad

1 ibi *H* ubi—duplice *om. G* VII *H* 2 ebron *H* ibi *H* ubi—Dauid *om. G* 3 annos *H* fugiebant *P 1*, fugiebat *corr. 2. m.* 4 usque in *G* rahama *P* rachama *H* hubi *H* ibi *G* samuel *H* 5 hubi *omisso* usque *H* habitauit *om. G* sancta *om. H* helysabeth *P* helisabeth *G* 6 domni *om. G* sancti *H* 7 anato *P 1*, anatoth *corr. 2. m.*, nabo *H* usque ad anatoth *G* hubi *H* est domnus *om. H* profeta *G* 8 in bethania *H* usque in bethania *G* 9 suscitauit *G* ihesus *H* 10 usque ad *G* monte *P 1*, montem *corr. 2. m.* scribetur *P* mil. I *H* 11 in celis [-os *H*] ascendit *GH* ubi *H* fabricatas *P 1*, fabricatae *corr. 2. m. P* fabricate *HG* 12 ecclesie numero XXIIII *G* aecclesias *HP 1*, aecclesiae *corr. 2. m. P* (*semper cum littera* ae) uicum ermipholi *H* 13 abimelech *codd.* abdimelech *Gildemeister* XLIII *H* 14 mil. I *H* quia abimelec *H* 15 hubi *H* (*et sic saepe*) baruch *G* absconsus in spelunca *add. G* 16 intra ciuitatem hierosolimam *G* sepulchrum *H* (*et sic semper*) hubi est *H* 17 ubi abraam *G* hubi habraham optulit *H* holochaustum *P* in holocaustum *G* et que *H* 18 est *om. H* oc *H* pedes montes *H* 19 altario *P 1*, altarium *corr. 2. m.* altarium *G* abraham fecit altaria *H* et super *G* subtus *H* altare *om. H*

quem montem per grados scalatur; ibi Dominus crucifixus est. De sepulcro Domni usque ad Caluariae locum sunt passus numero XV; sub uno tecto est. De Caluariae locum usque in Golgotha passus numero XV, ubi crux Domni inuenta est. De Golgotha usque in sancta Sion passi numero CC, quae est mater omnium ecclesiarum; quam Sion domnus noster Christus cum apostolis fundauit. Ipsa fuit domus sancti Marci euangelistae. De sancta Sion ad domum Caiphae, quae est modo ecclesia sancti Petri, sunt plus minus passi numero L. De domo Caiphae ad praetorium Pilati plus minus passi numero C; ibi est ecclesia sanctae Sophiae; iuxta se missus est sanctus Hieremias in lacum. Columna, quae fuit in domo Caiphae, ad quam domnus Christus flagellatus est, modo in sancta Sion iusso Domni ipsa columna secuta est, et quomodo eam, dum flagellaretur, amplexauit, sicut in cera sic brachia eius, manus uel digiti in eam haeserunt et hodie paret, sed et facies omnis, mentus, nasus uel oculi eius sicut in caera designauit.

Sanctus Stephanus foras porta Galilaeae lapidatus est; ibi 8
et ecclesia eius est, quam fabricauit domna Eudocia uxor

1 grados *P 1*, gradus *G corr. 2. m. P* collocatur *P* colator *H* collatur *G* scalatur *coniecit Gildemeister* ubi *H* 2 usque ad *H* usque in *G* sunt *om. G* passi *P 1 H*, passus *corr. 2. m. P* 3 sub—*l. 4* XV *om. H* tectae sunt totum eum *G* locum *P 1*, loco *corr. 2. m. P* 4 golgotha *P 1*, golgotham *G corr. 2. m. P* *post* inuenta est *add. G*: que golgotha eclisia dicitur ecclesia est 5 gulgota *H* usque ad *G* sanctam *GH* pass *P* passi *H* passus sunt CC *post* ecclesiarum *G* 6 mater est *H* ihesus Christus *HG* 7 fuit] sunt *H* marchi *H* euangelistae *P* 8 sancta *om. H* syon *G* usque ad *G* cayphe *G* qui *P* 9 eclisia *G* aecclesiae *H* sunt inter *G* plus minus *om. H* pass *P* passi *H* 10 usque ad *GH* preturium *H* plus minus *om. H* pass *P* 11 ecclesiae *P 1*, ecclesia *corr. 2. m.* sanctae *om. P* sancti eusebie *H* hibi missus fuit *H* sanctus *om. H* 12 hieremias propheta *H* in lacu *G* ibi est columna *H* 13 ihesus christus *G* syon *GH* iusso *P 1*, iussu *corr. 2. m. P*, *GH* 15 flagelaretur *H* brachii *H* manusque *G* 16 digita *G* in eum *H* et hodie—designauit *om. H* fax *P* facies eius *G* 17 mentum *corr. 2. m. P* 18 sanctus uero stefanus *G* foris portas *H* est *om. H* 19 et *om. H* est *om. H* domna *om. H* eudochia *G* theodosia *PH*

Theodosii imperatoris. Piscina Siloe a lacu, ubi missus est Hieremias propheta, habet passus numero C, quae piscina intra murum est. De domo Pilati usque ad piscinam probaticam passus plus minus numero C. Ibi domnus Christus paralyticum curauit, cuius lectus adhuc ibi est. Iuxta piscinam probaticam ibi est ecclesia domnae Mariae.

9 Sanctus Iacobus, quem Dominus manu sua episcopum ordinauit, post ascensum Domni de pinna templi praecipitatus est et nihil ei nocuit, sed fullo eum de uecte, in quo res portare consueuerat, occidit et positus est in monte Olíueti. Ipse sanctus Iacobus et sanctus Zacharias et sanctus Symeon in una memoria positi sunt, quam memoriam ipse sanctus Iacobus fabricauit, corpora eorum ipse ibi recondidit et se ibi cum eis praecipit poni.

10 Ibi est uallis Iosaphat; ibi Domnum Iudas tradidit. Ibi est ecclesia domnae Mariae matris Domini; ibi et Dominus lauit pedes discipulorum, ibi et cenauit; ibi sunt quattuor accubita, ubi Domnus cum apostolis ipse medius accubuit, quae accubita ternos homines recipiunt. Modo aliquanti pro religiositate ibi cum uenerint, excepto carnis ibi cibaria sua

1 theudosi *G* syloe *H* loco *H* locum *G* 2 profeta *G* propheta in lacum *H* piscina *om. H* 3 murus *G* piscina *G* probatici *GHP1*, probaticam *corr. 2. m. P* 4 plus minus *om. H* hubi dominus ihesus christus *H* 5 item in probatica *G* 6 idem aecclesia sanctae M. *H* matris domini *add. G* 7 ubi sanctum iacobum dominus *G* iacob *H* 8 qui post ascensionem *H* ascensu *G* piscina *P, sed corr. ead. m.* pro pinna *G* proiectus *H* iactatus *G* 9 nichil *H* ei *om. G* 10 portabat *G* occidit eum *H* montem *G* 11 sanctus iacob *G om. H* simeon *P* 12 memoria *H* 13 fabricauerat *G* illorum *GH* hubi *H* recondedit *GH* ubi *H* 14 p̄cpit *P1, l. e 2. m. superscr.* poni praecepit *G* 15 ubi dom. *H* iudas dominum *G* 16 ecclesiae *HP1*, ecclesia *corr. 2. m. P* domnae *om. G* sancte *H* ubi dominus *H* 17 et ibi cenauit *G* trium occubita *H* ibi *G* 18 apostlis *G* discipulis *H* ipse medius *om. G* medios *P1*, medius *corr. 2. m.* recumbebat *G* qua *HP* 19 ternus *H* ferunt et modo *G* cum pro *H* 20 dum *G* excepta (*ut uidetur*) *G* ibi *om. G* cybaria *P* ibi commedunt *G*

comedere delectantur et accendent luminaria, ubi ipse Domnus apostolis pedes lauit, quia ipse locus in spelunca est, et descendent ibi modo CC monachi.

A pinna templi subtus monasterium est de castas, et quando 11
aliqua earum de saeculo transierit, ibi intus in monasterio ipso deponitur, et a quo illuc intrauerint, usque dum uiuunt, inde non exeunt. Quando aliqua de sanctimonialibus illuc conuerti uoluerit aut aliqua poenitens, huic tantummodo ipsas portas aperiuntur, nam semper clausae sunt, et uictualia eis per muros deponuntur, nam aquam ibi in cisternas habent.

Ciuitas Cersona, quae est ad mare Pontum; ibi domnus 12
Clemens martyrizatus est. In mari † memoriam eius cum corpus missus est. Cui domno Clementi anchora ad collum ligata est, et modo in natale eius omnes in barcas ascendunt populus et sacerdotes, et dum ibi uenerint, maris desiccat milia VI, et ubi ipsa arca est, tenduntur super se papiliones et ponitur altaris et per octo dies ibi missas celebrantur et multa mirabilia ibi Domnus facit. Ibi daemonia excluduntur. Si quis uero de uexaticis ad ipsam anchoram adtingere potuerit et eam tetigerit, statim liberatur.

1 commedere dilectantur *H* accendent *P 1*, accendunt *HG corr. 2. m. P* 2 pedes apostolorum lauabit *H* que *H* descendent *P 1 H*, descendunt *corr. 2. m. P*, discendent *G* 4 monasterii *P 1*, monasterium *corr. 2. m. P* est monasterius puellarum *G* est *om. H* casta *P* 5 aliqui *H* eorum *PH* in ipso monasterio *H* 6 reponitur *HG* illud *H* intrauerit *G* uiuit *G* 7 inde non permittitur exire *G* quando uero *G* sanctemonialibus *H* 8 huc *P 1*, huic *corr. 2. m.* hoc *G* tantum *H* 9 portas ipsas *H* erunt *H* 10 murum *H* deponitur *GH* aquas *H* ibi *om. H* aqua uero de cisterna auriuntur *G* *Hic desinit codex H* 11 Item ciuitas *G* mari pontu *P 1*, maris pontum *corr. 2. m. P* 12 in mari passus est et memoria eius una cum corpus missum est in mari *G* quo corpus *coni. Sittl* ubi corpus *Gildemeister* 13 cui et anchora ad collum legata *G* 14 eius sacerdotes et omnes populos per barcas ueniunt *G* 15 maris *P 1*, mare *corr. 2. m. P* recedit maris per milia VI *G* 16 et ubi ipsa arca est *om. G* super extenditur tentorius *G* 17 altare *G* 18 ostendit *G* expelluntur *G* 19 deuexatiens qui ueniunt *G* de ipsis *P* 20 liberabitur *G*

13 De Cersona usque in Sinope, ubi domnus Andreas liberauit domnum Mattheum euangelistam de carcere... Quae Sinope illo tempore Myrmidona dicebatur, et omnes, qui ibi manebant, homines pares suos comedebant; nam modo tanta misericordia ibi est, ut ad stratas sedeant per peregrinos suscipiendos. Inde iam Armenia est.

14 In Aegypto ciuitas Memphis, ubi Pharao manebat, ubi et Ioseph in carcere missus fuerat; ibi sunt monasteria duo: unum est religionis Wandalorum et aliud Romanorum, hoc est Wandalorum sancti Hieremiae, Romanorum sancti Apolloni heremitae.

15 Caesarea Cappadociae, ibi est sanctus Mammes heremita et martyr, qui mulsit agrestia et fecit caseum, et sanctus Mercurius martyr. In ipsa prouincia est ciuitas Sebastea, ubi sunt numero XL martyres, quae est in prouincia Cappadociae. Ciuitas Gangra, ibi est sanctus martyr Galenicus, quae est in prouincia Galatiae. Ciuitas Euchaita, ubi est sanctus martyr Theodorus, quae est in prouincia Galatiae. Ciuitas Anquira, quae est in prouincia Galatiae, ubi est sanctus Platon martyr.

16 De montes Armeniae exeunt flumina duo, Tygris et Eufrates, et inrigat Tygris terras Assyriorum, et Eufrata inrigat terras Mesopotamiae, Phison autem inrigat omnem terram Aethiopiae

1 Item de *G* synope *G* 2 *numerus milium intercidisse uidetur* synope *G* 3 mermidona *G* Myrmiciona *Gildemeister* 5 per *om. P* 6 iam est arm. *G* Armoenia *GP* 7 Item in Aegypto est *G* Et in Aegypto *P* memphi *P* memfis *G* ibi et *G* 8 duo monasteria *G* 9 unus *P* alius *P* aliut *G* hoc est *om. G* 10 uandalorum est *G* 12 Item cesaria *G* mẹmmes *P, corr. ead. m.* 14 prouintia *P, sic semper* sebastia *G* 15 martires numero XL *G* Item in prouincia cappadocia est ciuitas que uocatur *G* 16 galenicus martyr *G, nomen corruptum ex* Callinicus 17 Item in prouincia galacia est ciuitas *G* euacita *GP* Euchaita *Gildemeister* 18 thedorus *P 1,* theodorus *corr. 2. m.*, deudorus martyr *G* Item in prouincia galatia est *G* 19 quae —Galatiae *om. G* ploton *GP* 21 montes *GP 1,* montibus *corr. 2. m. P* duo flumina *G* eufrata *P 1.* es *2. man. add. P*

et perexit ad Aegyptum, Geon inrigat terram Euilath et transit iuxta Hierusalem.

De monte Olиueti ascendit Domnus in caelis et ibi prope 17
est spelunca, quae dicitur Matzi, quod interpretatur discipulorum, ubi Domnus, quando praedicabat in Hierusalem, requiescebat. [Ibi sanctus Ioannes euangelista super pectus Domini recumbebat.]

Ager Domini, qui est in Galgala, inrigat<ur> de fonte Helisaei, 18
ferit plus minus modios sex, aratur mense Augusto medius ipse ager et occurrit ad pascham, et in cena Domni et pascha communicatur, et alia medietas, cum illud sectum fuerit, aratur et cum alia messe occurrit; ibi est et uitis, quam Domnus posuit, quae uitis in Pentecosten fructum dat et inde communicatur Constantinopolim et exinde tam de agro quam de uite transmittitur suo quoque tempore.

Ciuitas Leuiada trans Iordanen habens de Hiericho milia XII; 19
in ipsa Leuiada Moyses lapidem de uirga percussit et fluxerunt aquae; inde maior aqua exiit, quae ipsa Leuiada omnem inrigat; ibi habet dactalum Nicolaum maiorem, ibi et Moyses de saeculo transiuit, et ibi aquas calidas sunt, ubi Moyses lauit, et in ipsas aquas calidas leprosi curantur.

In loco, ubi Domnus baptizatus est, ibi est una columna 20
marmorea, et in ipsa columna facta est crux ferrea; ibi est et ecclesia sancti Iohannis Baptistae, quam fabricauit Anastasius imperator, quae ecclesia super cameras maiores excelsa

1 pergit *G* perrexit *P* perexit *scripsi, Krit. Erläut. zu Antonin p. 22* rigat *P* 3 in caelis *om. G* 4 mazi *G* 6 Ibi—recumbebat *om. P* 8 irrigat de fontana *G* 9 ferit *P 1 G* fert *corr. 2. m. P* agusto *G* medio ipso agro *G* 10 pascha *G* et in cena] exinde in c. *G* 11 illuc rectum *PG* illud collectum *Gildemeister*, illud sectum *ipse* 12 quem *G* 13 quā uitis *P* et exinde *om. G* 15 transmittitur—tempore *om. G* 16 leuida *P* iordanem est *G* habet *G* 17 leuida *P* procussit *G* 18 inde maior aqua exiit *om. G* ipsa leuida *P* ipsam leuiadam *G* inrigant *G* habet] nascitur *G* 20 ibi et *G* aquas calidas *P 1 G,* aquae calidae *corr. 2. m. P* ubi et *G* 21 mundantur *G* 22 locum *G* 23 marmoria *G* 24 et ecclesia *om. P*, ecclesia *2. m. superscr.* 25 qua *P* et excelsas *G*

fabricata est pro Iordane, quando implet; in qua ecclesia monachi morantur, qui monachi senos solidos per annum de fisco accipiunt pro uita sua transigenda. Ubi Domnus baptizatus est trans Iordanem, ibi est mons modicus, qui appellatur Armona; [mons Tabor in Galilaea est] ibi sanctus Helias raptus est. Memoria sancti Helysei, ubi fontem illum benedixit, ibi est et super ipsa memoria ecclesia fabricata est. Abunde Domnus baptizatus est, usque ubi Iordanis in mare mortuo intrat, sunt milia V, et ipse est maris mortuus, ubi Sodoma et Gomorra dimersae sunt cum aliis tribus, quae quinque ciuitates fuerunt iuxta mare mortuum. Ibi est uxor Loth, quae facta est statua salis, et quomodo crescit luna, crescit et ipsa, et quomodo minuitur luna, diminuit et ipsa.

21 In montem Oliueti Domnus super lapidem humeros inposuit, in qua petra ambo humeri eius descenderunt sicut in cera molle, qui locus Ancona dicitur, ibi et ecclesia fabricata est, ubi prope est ecclesia, ubi sancta Tecla est, et ipse locus dicitur Bethfage. Inde pullus asinae, quem Domnus sedit, adductus est, cum quo intrauit de porta Beniamin in Hierusalem.

22 Ubi legitur: Maris, quare conturbatus es, et tu, Iordanis, quare conuersus es retrorsum, et uos, montes, quare gestistis sicut arietes, et uos, colles, sicut agni ouium? [ubi] circa Iordanem est, hoc est monticelli sunt multi,

20 Psalm. 113, 5. 6

2 per anno *G* de fisco *om. P* 3 pro] per *G* transegenda *P 1*, transigenda *corr. 2. m.* in ipso loco ubi *G* 4 trans ipsum iordanem *G* 5 *Verba:* 'Mons Tabor (Abur *P*) in Galilaea est' *glossema prius in margine ascriptum male irrepsisse recte iudicat Gildemeister* monte tabur qui est in galilea *G* ubi *G* 6 helisei ibi est *G* 9 mortuo *P 1 G*, mortuum *corr. 2. m. P* miliaria *G*, *et sic saepe* maris mortuus *P 1 G*, mare mortuum *corr. 2. m. P* 10 sodome et gomurra *G* dimerserunt *P* cum alias tres *G* quam quinque *P 1*, quae qu. *corr. 2. m.* 11 mortuo *G* 13 se minuet luna, minuet ipsa *G* *Hinc ordo in codicibus ualde turbatus est.* 14 Item in monte olivieti, ubi *G* 16 molle *om. G* 19 de *om. G* portam *G* 20 mare *G* maris quae conturbatus est *P* 22 quare exultantes *G* 23 ubi *om. G* est hoc est *om. G* monticellos sunt multos *G*

et quando Domnus ad baptismum descendit, ipsi montes ante ipsum ambulabant gestiendo et hodie uelut saltantes uidentur.

Saraptha Sidoniae, quod scriptum est, in ipsa Fenice, secunda 23
Syria, iuxta montem Carmelum. XII milia habet de Saraptha usque in Sidona et propter hoc dicta est Saraptha Sidoniae, quia ipso tempore metropolis erat Sidona a Saraptha, et modo Saraptha est metropolis. Ubi sanctus Helias missus est ad uiduam illam, quae eum pasceret, et filium eius suscitauit, ibi ecclesia sancti Heliae est, nam nomen mulieris non dicitur nisi tantummodo uidua. Lazarum, quem Domnus resuscitauit, scitur quia resuscitatus est, secundam mortem eius nemo cognouit. Hoc in Bethania contigit secundo miliario de Hierusalem et in resuscitatione sancti Lazari in ipso loco ante pascha dominico omnis populus congregat et missas celebrantur.

In Arabia sunt ciuitates, quas Hiesu Naue destruxit, ubi 24
manebant Amorrei, Gergesaei et Ferezei, tredecim, id est † Iuncta † Volumta, Medeua, † Musica, Filadelphia, Gerassa, † Genara, Vostra, Damasco, Gadara, Auila, Capitulia, † Astra.

Ubi est Hierusalem, prouincia Palestina dicitur, terra Chana, 25
inde Galilaea, inde Syria, inde Mesopotamia. In sinistra Armenia prima et secunda Armenia et Persa Armenia, quae Armeniae sub imperatore sunt.

1 discendit ipso *G* 3 sarapha *P 1,* saraptha *corr. 2. m.* sarapta *G* felix *PG* Fenice *emend. Gildemeister* 4 suria *G* monte *P 1* 5 sidona *P 1 G*, sidonā *corr. 2. m. P* 6 fuit *G* 7 ipsa est metropolis *G* helyas *P* missus est sanctus *G* 8 quae] qui *P* 9 helei *P 1*, helisei *corr. 2 m.* mulieres *G* 11 secunda *PG* morte *G* 13 resurrectione *G* 14 populos conuenet et ibi missas celebrant *G* 16 Item in arabia *G* ciuitates XIII *G* hiesa, *sed corr. ead. m. P* iosue *G* naue *om. G* 17 gergessei *G* et *om. G* 18 iuncta *P* uincta *G* *pro* Musica *susp. Sittl* motha. *An* Maiudos? *cf. Hierocl. synecd. 722, 8* 19 gerana *G*. Nemara *Sittl* capitulia] aritoliada *G* Astra *uidetur* Adra *uel* Adrassos *Hierocl. synecd. 722, 3. 723, 5* 20 dicitur *om. G* chanac *P* chanae *G* 21 suria *G* armoenia (*sic semper*) prima .ē. secunda *P* 22 que armenias *G* 23 imperatore *littera* s *2. m. addita P*

26 In prouincia Asia ciuitas Epheso, ubi sunt septem fratres dormientes et catulus Viricanus ad pedes eorum; nomina eorum id est: Achellidis, Diomedis, Eugenius, Stephanus, Probatus, Sabbatius et Quiriacus, quorum mater Caritina dicitur graece, latine Felicitas. Ibi est sanctus Timotheus, discipulus domni Pauli.

27 Iuxta montem Syna in Fara ciuitate, ibi sanctus Moyses cum Amalech pugnauit. De Hierusalem in Elusath mansiones III, de Elusath in Aila mansiones VII, quam ille Alexander Magnus Macedo fabricauit. De Aila usque in monte Syna mansiones VIII, si compendiaria uolueris ambulare per heremum, sin autem per Aegyptum, mansiones XXV.

28 Urbicius dicebatur praepositus imperii, qui ad septem imperatores praepositus fuit et coronas ipsis imperatoribus in capite ponebat et ipse eas de eorum capite deponebat et ipse eos castigabat. Est locus tertio miliario de Hierusalem ciuitate. Dum domna Maria mater Domni iret in Bethleem, descendit de asina et sedit super petram et benedixit eam. Ipse uero praepositus Urbicius ipsum lapidem incidit et fecit eum quadrum in modum altaris uolens eum Constantinopolim dirigere, et dum ad portam sancti Stephani ueniret, iam amplius eum mouere non potuit; quem lapidem unus iugus bouum ducebat, et dum uiderent, quia nullatenus potuerunt eum in antea

1 ibi *G* 2 catolus *G* uiricanis *G* hyrcanus *Sittl* 3 actellidis *PG* Achillides *Gildemeister* stefanus *G* 4 probatis *P 1, corr. 2. m.* sabbatis *P* caratina *P* 5 grecąe *corr. 2. m. P*, latinąe *corr. 2. m. P* latini *G* 6 discipolus *G* 7 sina *G* infra ciuitatem *PG* in Fara ciuitate *Sittl* 8 abimelech *PG* Amalech *Gildemeister* eluzath *P* heluzath *G* 9 III] XII (uel XIII) *Sittl* de glutinarinalią *P* de eluzath similiter *G* de Elusath in Aila *Sittl* 10 de illa *PG* De Ella (Aila) *Sittl* 11 compenzaria *G* uolueris tenire *G* heremo *G* 12 sin autem—XXV *om. P* 13 propositus *G* 14 propositus *G* imperatoribus *om. G* 15 ponebat] imponebat *G* de capite eorum *G* deponebas *P 1, corr. 2. m.* conseruabat *G* ipse—castigabat *om. G* 16 de ierosolima ciuitate locus est habens tertium miliarium *G* 17 ubi domna *G* dum iret *G* bethlem *G* 18 sedet *G* 21 ut dum *G* porta *GP 1, corr. 2. m.* stefani *G* 22 potuerunt *G* iogus *G* 23 in antea accidere *G*

mouere, reuocatus est ad sepulchrum Domini et ibi altaris de ipsa petra factus est et de ipso altare communicatur. Tamen post sepulchrum Domni est. Ipse uero Urbicius praepositus sub Anastasio imperatore Constantinopolim moritur et † obrierunt. Quem Urbicium terra non recepit, tertio eum sepulchrum foris iactauit.

Fabricauit Anastasius in Mesopotamia prouincia ciuitatem, 29
quae ciuitas Dara dicitur, tenet in longitudinem milia III propter Persos, quando in prouincia imperatoris ad praedandum ueniebant, ubi fossato figebant, quia aquae nullatenus inueniuntur nisi ibi; in qua ciuitate fluuius exit et ad capud ciuitatis mergit sub terra, quia ipse fluuius omnis muro cinctus est.

Ciuitas Melitine in Persa Armenia est, ipsa est metropolis. 30
Alia ciuitas Arauisso, alia Cocusso, alia Germanicia. In Persida ubi iacet corpus sancti Danihelis, Susa dicitur, XXX milia de Babylonia; ibi sunt et tres pueri; in qua ciuitate habitatio hominum non est propter serpentes et ippocentauros. Hoc Eudoxius diaconus dixit, qui de ipsa prouincia est.

Inuentio sanctae crucis, quando inuenta est ab Helena matre 31
Constantini XVII. Kal. octobris, et per septem dies in Hierusalem ibi ad sepulchrum Domni missas celebrantur et ipsa crux ostenditur.

1 reuocata *G* altaris *P 1*, altare *corr. 2. m. P* 2 factus *P 1*, factum *G*, *corr. 2. m. P* 3 orbicius *G* 4 et obrierunt *om. G* 5 sepulchris foras *G* 7 anastasius imperator *G* prouincia *om. G* ciuitatem *om. P* in longitudine *G* 9 *cum uoce* propter *desinit G uno folio abscisso* et quando *b* imperatores *P 1*, *corr. 2. m.* predendum *P 1*, *corr. 2. m.* 10 ibi fossatum *b* aqua alibi non *b* 11 de qua ciuitate *b* et *om. P* 12 intra muros *b* 14 metellini *P*, *om. b* armoenia *P* ipse *P 1*, *corr. 2. m.* 15 arcauso *P* arauisa *b* Arabissus *Gildemeister* cocurso *Pb* Cocussus *Gildemeister* 16 ibi *P* dicitur ciuitas *b* $\overline{\text{XXX}}$ *P* XX miliaria habet de babilonia *b* 17 babyllonia *P* et *om. b* 18 epocentauros *P 1*, ipocentauros *corr. 2. m. P* 21 constantini VI nonas mai exaltatio s. crucis XVIII kal. octobris quando per *etc. b* 22 ibi *om. b* ad sanctum domini *P* missas *P 1*, missae *corr. 2. m.* misse *b* caelebrantur *P*

32 In prouincia Cilicia Aegea dicitur ciuitas, ubi XL dies commercia geruntur et nemo de eis aliquid requirit; si post XL dies inuentus fuerit negotium gerere, fiscalia reddit. In prouincia Cilicia ciuitas Tharso, inde Apollonius fuit. De Tharso usque Adana ciuitate milia XXX. De Adana usque ad Masista XXX milia. De Masista usque ad Anasta . . . . usque Aegeas LX milia. De Aegeas usque ad Alexandria Scabiosa LX milia. Ab Alexandria Scabiosa usque Antiochia LX milia. De Antiochia usque in Quiro, ubi sunt sanctus Cosmas et Damianus, qui ibi et percussi sunt, milia LX. De Quiro usque Barbarisso, ubi sunt percussi sanctus Sergius et Bacco, milia LX. De Barbarisso usque ad Eneapoli . . . in Calonico milia LXXX. De Calonico usque in Constantina milia LX. De Constantina in Edessa LXXX milia, ubi Abgarus rex, qui domino Christo scripsit, manebat. De Edessa usque in Dara CXX milia. De Dara in Amida LXXX milia, quae est ad fines Persarum. De Amida usque Ramusa milia XVIII.

1 cilitia *P* ē *post* ubi *erasum est P* 2 commertia *P* requirit] reddit *b* si] set *b* 3 qui inuentus *b* fuerit *om. b* agere *b* fiscali *P* 4 ciuitas tarso in prouincia cilicie est unde *b* apollius *P 1*, apollonius *b*, *2. m. P*; *fortasse:* apostolus Paulus 5 tarsa *P* de dana *P* de Adana—XXX *om. b* ad masista $\overline{XXX}$ *omisso* milia *et sic deinceps 7, 8. 9. 10 etc. P* 7 LX *P* miliaria *b*, *om. numero* 8 grauiosa *Pb* Scabiosa *Gildemeister* Scabiosa] cauto causa *P*, *om. b* anthiocia *P* antiochiam 9 miliaria LX *b* 10 qui ibi passi sunt *b* miliaria LX *b* 11 passi sunt *b* sergis *P 1. corr. 2. m.* 12 baccus *b* usque ad *om. b* heneapoli *P* creapoli *b* Hierapoli *Gildemeister* 13 canolico *P* calenico *b* Callinico *Gildemeister* in *om. b* 14 milia LX] miliaria nonaginta *b* dessa *P* edissa *b* miliaria LXXX *b* 15 rex fuit *b* qui *om. P* manebat *om. P* usque in amiada *b* 16 amiada *Pb* miliaria LXXX *b* 17 ramussa *b* $\overline{XVIII}$ *P* miliaria decem et nouem *b* EXPLICIT *P*, *sequitur:* In prouintiis gallicanis quae ciuitates sint, *cf. Riese, geographi lat. min. proleg. p. XXXVI.*

BREVIARIVS DE HIEROSOLYMA.

A = cod. Ambrosianus M 79 saec. XI.
S = cod. Sangallensis 732 saec. IX.

Incipit breuiarius, quomodo Hierusolima constructa est.

Ipsa ciuitas in monte posita. In medio ciuitatis est basilica Constantini. In introitu basilicae ipsius ad sinistram partem est cubiculus, ubi crux Domini posita est. Et inde intras in ecclesiam sancti Constantini. Magna ab occidente est absida, ubi inuentae sunt tres cruces. Est ibi desuper altare de argento et auro puro et nouem columnae, quae sustinent illud altare et ipsa absida. In circuitu duodecim columnae marmoreae [omnino incredibile], super ipsas columnas hydriae argenteae duodecim, ubi sigillauit Salomon daemones. Et est in medio ciuitatis basilica illa, ubi est lancea, unde percussus est Dominus, et de ipsa facta est crux et lucet in nocte sicut sol in uirtute diei.

Et inde intras in Golgotha. Est ibi atrium grande, ubi crucifixus est Dominus. In circuitu in ipso monte sunt cancellae argenteae, et in ipso monte genus silicis † admoratur. Habet ostia argentea, ubi fuit crux Domini exposita, de auro

1 De doctrina quod est in sancta Hierusalem *S* 2 Quia ipsa ciuitas sancta *S* monte excelsa est p. *S* Postea in *S* 3 Constantini—partem est *om. S* 4 posita est crux dn̄i nr̄i ihū xpī *S* Postea *S* intrans *AS* 5 ecclesiam] basilica *S* aecclesiam *A* sancti—absida *om. S* 6 ibi *S* sunt *om. S* cruces absconditas *S* Et erat ibi altarius de auro et de argento *S* 7 noue *A* et habet columnas nouem aureas qui sustinunt illum altarem *S* 8 et ipsa—daemones *om. S* 10 in media basilica lancea *S* 11 p. fuit dominus Iesus Christus in latus suum *S* 12 de ipsa lancea *S* lux *A* et sic lucet per noctem *S* 13 per diem *S* 14 Et deinde in Golgotha intrans *S* intrans *A* et est *S* altarius grandis et est ibi mons caluariae, ubi *S* 15 cr. d. fuit *S* et in circuitu montis *S* 16 de argento *S* et ibi est esca (exedra?) ubi fuit persuscitatus, per quem fuit crux Christi declarata, et ipsa crux est est de auro et gemmas ornata et celum desuper aureum et deforas habet cancellum *S*

et gemmis ornata tota, caelum desuper patente. Auro et argento multum ornatae cancellae. Ubi est ille discus, ubi caput sancti Iohannis portatum fuit; ubi est illud cornu, quo Dauid unctus est et Salomon et ille anulus ibidem, unde Salomon sigillauit demones, et est de electro. Ubi plasmatus est Adam, ubi obtulit Abraham Isaac filium suum in sacrificium in ipso loco, ubi crucifixus est dominus Iesus Christus.

Inde ad occidentem intras sanctam resurrectionem, ubi est sepulcrum Domini, ubi est ante ipso ille lapis, genus silicis. Supra ipsum est ecclesia in rotundo posita. Super ipso sepulcro transuolatile argenteum et aureum et in circuitu omne de aurum. Ante ipso sepulcro est altare, ubi Zacharias sanctus occisus est, ubi arescit sanguis eius.

Deinde ad sacrarium de basilica sancti Constantini, ubi est cubiculum, ubi est ille calamus et illa spongia et ille calix, quem benedixit Dominus et dedit discipulis suis bibere et ait: Hoc est corpus meum et sanguis meus.

Inde uadis ad illam basilicam, ubi inuenit Iesus ementes et uendentes columbas eiecitque foras. Deinde uadis ad sancte Sion basilicam magnam nimis, ubi est illa columna, ubi caesus est dominus Iesus. Apparet ibi, quomodo manu amplexauit, quasi in cera designasset.

Unde uenis ad sacrarium, ubi est ille lapis, unde lapidatus est Stephanus sanctus. In media basilica est corona de spinis,

17 Matth. 26, 26. 28 Marc. 14, 22. 24

2 Ibi *S* discus] missurius *S* ubi portatus fuit caput iohannis baptistae ante herodem regem *S* 3 et ibi est cornus ille, unde unctus est dauid *S* 4 et Salomon—electro *om. S* anullus *A* 5 et ibi *S* est *om. A* ubi—loco *om. S* 6 sacrifitium *A* 7 ubi] et ibidem *S* dominus noster *S* et ibi est altarius grandis *hic repetit S* 8 Et aparte occidente *S* intrans *AS* in sanctam *S* 9 sepulchrum domini nostri Iesu Christi *S* ubi est—*l.* 19 eiecitque foras *om. S* 10 ipsa *A* 19—22 et uadis inde ad alia basilica, ubi flagellatus est dominus et misit manum suam super coronam (*corr. ex* colomnam) *S* 19 ad sancte none *A*, *emendauit Tobler* 23 et inde uenis ad sacrario *S* sacrifitium *A* et ibi est lapis ille *S* 24 sanctus Stephanus *S* Et est ibi in m. *S* spinea, unde coronatus fuit dominus apud Iudaeos *S*

quam accepit Iesus. Et est ibi illa lucerna, ubi docebat discipulos, quando cenauerat. Ibi illa est uirga inclusa in columna argentea.

Inde uadis ad domum Caiphae, ubi negauit sanctus Petrus. Ubi est basilica grandis sancti Petri. Deinde uadis ad domum Pilati, ubi tradidit Dominum flagellatum Iudaeis. Ubi est basilica grandis et est ibi cubiculus, ubi expoliauerunt eum et flagellatus est, et uocatur sancta Sophia.

Et inde uenis ad illam pinnam templi, ubi temptauit satanas dominum nostrum Iesum Christum. Et est ibi basilica in cruce posita. Et est ibi basilica, in tempore ubi se lauabant infirmi et sanabantur. Et ibi est basilica sanctae Mariae, et ibi est sepulchrum eius. Et ibi tradidit Iudas dominum nostrum Iesum Christum. Et ibi est locus, ubi Dominus cenauit cum discipulis suis. Et inde ascendit in montem <Oliueti>. A dextera parte ibi est uallis Iosaphat. Ibi iudicaturus est Dominus iustos et peccatores. Et ibi est fluuius paruus, qui ignem uomit in consummationem saeculi. Et ibi sunt duos basilicas, ubi docebat Christus discipulos suos. Et inde uenis ad Galilaeam, ubi discipuli uiderunt dominum Iesum, postquam resurrexit a mortuis.

1 et ibi est *S* illa *om. S* cauerna *coni. Gildemeister* ibi docebat dn̄s dn̄s discipulos suos *S* quam cenauit cum eis *S* et ibi est *S* inclausa de arca uuolso *S* 4 Inde uadis—Petri *om. S* 5 et inde uenis *S* 6 traditus fuit dominus ad Iudaeos *S* Ubi—Sophia *om. S* 8 *in codice A haec clausula additur:* Finit. Amen. Deo gratias. *Cetera extant in solo codice S* 11 lauabunt *S* 12 sanantur *S* sancta *S* 15 Oliueti *ipse addidi* addextera *S* 18 uomet *Gildemeister* 19 doce *S* *In codice S sequitur locus Itinerarii Burdigalensis, qui inscribitur:* DE VIRTVTIBVS HIERVSAL̄.

ANTONINI PLACENTINI

ITINERARIVM.

Praecedente beato Antonino martyre, ex eo quod a ciuitate Placentina egressus sum, in quibus locis sum peregrinatus, id est sancta loca.

Exeuntibus nobis de Constantinopoli uenimus in insula Cypri in ciuitate Constantia, in qua requiescit sanctus Epifanius. Ciuitas pulchra, deliciosa, ornata palmis dactalorum. Venimus in partes Syriae in insula Antharidus et inde uenimus in Tripoli Syriae, in qua sanctus Leontius requiescit; quae ciuitas tempore Iustiniani imperatoris subuersa est a terrae motu cum aliis ciuitatibus. Venimus exinde Biblo, quae et ipsa subuersa est cum hominibus, item in Triarim ciuitatem, quae et ipsa similiter subuersa est. Deinde uenimus in ciuitate splendissima Berito, in qua nuper studium fuit litterarum. Quae ciuitas subuersa; dicente nobis episcopo ciuitatis, quia cognitae personae, quae sciebantur nominatim, excepto peregrinis triginta milia ad breue missi hic perierunt. Ipsa ciuitas iacet sub montana Libani.

A Berito uenimus Sidona, quae ex parte ruit et ipsa ad- 2
haerit Libano; homines in ea pessimi. Illic currit fluuius

1 quo *R* 2 sum locis, *sed signis transpositionis additis G* 3 id est] iđ *G* ad sancta *R* 4 constantinoboli *G* constantinopolim *R*, *erasa l.* m *Br* insulam *R* 5 ciprum *R* ciuitatem constantiam *R* constancia *G* epyfanius *G* 6 diliciosa *G* dilitiosa *Br* 7 tyrię *G* insola *G* insulam *R* santaritus *Br* 8 tribulis *G* tripolis *R* 10 bibolo *Br* 11 cum hominibus *in margine, sed 1. m. G* triari *Br* 12 subuersa est similiter *GR; in G signa transpositionis adscripta sunt* similiter *om. Br* ciuitatem splendidissimam *R* 13 beritho *Br* nuber *G* studius *G* est *GR* fuit *Br* 14 ep̄m *G* 15 sciebant *R* peregrini *G* 16 $\overline{XXX}$ *GR* ad breuissimum *coni. Gildemeister* 17 iacit *G* montanis *R* 18 uenimus—par(te) *om. G* aderit *G* adherit *R* adheret *Br* 19 libanum *G* homin^{e}is *corr. 2. m. R*

Asclipius et de fonte unde exsurgit stat . . . . De Sidona uenimus Sarapta, quae ciuitas modica christiana nimis est, in qua est cenaculus ille, qui factus fuerat Heliae, et ipsum lectum ibi est, ubi recubuit, et alueus marmoreus, ubi illa uidua infermentauit. In quo loco multa offeruntur; multae uirtutes illic fient. Exeuntes de Sarapta uenimus in ciuitatem Tyro. Inter Sidona et Tyrum et Saraptam continuo milia septem. Tyro homines potentes, uita pessima tantae luxuriae, quae dici non potest; genicia publica olosirico uel diuersis generibus telarum. Et inde uenimus Ptolomaida. Ciuitas honesta, monasteria bona.

3 A Ptolomaida per mare incontra in ciuitatem Sucamina Iudaeorum est miliario semis per directo, littore maris milia sex. Castra Samaritanorum a Sucamina miliario subtus monte Carmelo. Super ipsa Castra miliario semis monasterium sancti Helisaei, ubi ei occurrit mulier, cuius filium suscitauit. In Carmelo monte inuenitur petra modica rotunda, quam dum exagitas sonat, quae solida est. Talis autem est uirtus petrae: si suspensa fuerit mulieri uel cuicumque animali, iactum

1 asclippius *G* asclipius *R* asclepius *Br* unde] ubi *R* sidonia *R* sydone *Br* 2 saraphta, *sed corr. 1. m. in* saraptha *R* sareptha *semper Br* est *om. R* 3 cęna cuius illa quę facta *R* cęnaculum illud quod factum *Br* ipse *GR om. Br* 4 marmorius *G* 5 infirmentauit *R* fermentauit *Br* uirtutes multae *RBr* 6 exeuntibus *G* saraptha *R* ciuitate *Br* 7 tiro *R* sidonam *R* tirum *R* saraphtam *R* sarapta *G* 8 VII *R* tyro *G* tiros *R* tyrus *Br* ciuitas *post* tyro *add. RBr* tanta luxuriae *G* tanta luxuria *Br* 9 genici *G* genitia *R* ginetia *Br* puplica *G* olosirico *G* holosyricum *R* olosericum *Br* uel—pto(lomaida) *om. R* diuersa genera *Br* 10 ciuit̄ *G* ciuitates *R* ciuitate *Br* 11 honestem *R* onesta *Br* 12 ptholomaida *R* permanere *GR* permanet *Br* per mare *Gildemeister* in *ante* ciuit̄ *2. m. superscr. G om. Br* in ciuitate *R* in sucamina *G* 13 miliari *R* semis] *fort.* minus per *om. R* recte, *corr. 2. m. in* recto *R* litore *GR* milias ex *G* 14 casucamina *G* milia *G* 15 carmello *G* miliarium *G* semis *om. G* 17 carmello *G* modicum *G* rodunda *G* quandū *G* quando *R* 18 exagittas *G* autem *om. G* est *om. R* 19 dactum *G*

numquam faciet. Et a milia sex aut septem ciuitas Porfiriona.

De Ptolomaida misimus maritimam. Venimus in finibus 4
Galilaeae in ciuitatem, quae uocatur Diocaesarea, in qua adorauimus, quasi dicentes nobis, amula et canistellum sanctae Mariae. In quo loco erat et cathedra, ubi sedebat, quando ad eam angelus uenit. Deinde milia tria uenimus in Cana, ubi ad nuptias fuit Dominus, et accumsimus in ipso accubitu, ubi ego indignus nomina parentum meorum scripsi, . . . ex quibus hydriis duae ibi sunt et impleui unam ex eas uino et in collo plenam leuaui et obtuli ad altare et in ipsa fonte pro benedictione lauauimus.

Deinde uenimus in ciuitatem Nazareth, in qua sunt multae 5
uirtutes. Ibi etiam sedit in sinagoga tomus, in quo abcd habuit Dominus inpositum. In qua etiam sinagoga posita est trabis, ubi sedebat cum aliis infantibus. Quae trabis a christianis agitatur et subleuatur, Iudaei uero nulla rerum ratione possunt agitare, sed nec permittit se foris tolli. Domus sanctae Mariae basilica est, et multa ibi fiunt beneficia de uestimentis eius.

1 facit *R* et *om. G* a ciuitate *Br ante milia lacunam indicauit Gildemeister* perfriona *G* pirfiona *R* personat *om. uoce Br* 3 tolomaida *superscr. 1. m. l.* p *G* maritimam *l.* m *expuncta G* et uenimus *R* 4 galileae *semper GR* diocessarea *R* 5 adorabimus *G* quasi] quia sic *Gildemeister* anula *R* amola *Br* a multis *G* canistellum *G* 6 chathedra *G* ubi sedebat *Br, om. GR* at *R* 7 uenit angelus *G* deinde ad *R* milia tria] miliarię *G an* miliario V^to ? *cf. Theod. p.* *139, 13* chanaan *G* canaan *R* chana *Br* 8 nupnitias *G* accubuimus *RBr* ipsum *G* accui . . . . (*rasura nonn. litt.*) *G* accubito *R* 9 dum ego *G* parent$\overset{v}{o}$m *corr. 1. m. G* *lacunam indicaui.* *Haec fere intercidisse uidentur:* in quo loco basilica est, et in ipsa basilica fons est, ex qua illae sex hydriae inpletae sunt, in quibus Dominus aquam in uinum conuertit 10 hydriae *R* implebi *G* ex ea *GR, om. Br* 11 collum *R* humero *Br* plena *GBr* ipso *Br* 12 lauabimus *G* lauimus *R* leuauimus *Br* 13 nazare *R* 14 ibi *om. G* sedit *om. R* pendit *Br* thomus *R* ABCΔ *G* abc *Br* 15 quo *G* 16 trauis *RBr* 17 nulla pre iracionē *G* nullo modo *Br* racione *R* agitare possunt *G* possunt eam agitare *Br* 18 foras *Br* 19 sunt *codd.* fiunt *scripsi* eius *om. R*

In ciuitate uero illa tanta est gratia mulierum Hebraeis, ut in terra illa inter Hebraeas pulcriores non inueniantur, et hoc dicunt, quia a sancta Maria sibi hoc concessum; nam et parentem suam dicunt eam fuisse; et dum nulla sit caritas Hebraeis circa christianos, illae uero omne sunt caritate plenae. Prouincia similis paradiso, in tritico et in frugis similis Aegypto, modica quidem, sed praecellit Aegyptum in uino et oleo et poma. Melium extra natura altum nimis, super statum hominis talea grossa.

6 De Nazareth uenimus in Tabor monte, qui mons exurgit in medio campestri, terra uiua, tenens circuitum milia sex, ascensum milia tria, susum contra unum miliarium planus; in quo sunt tres basilicas, ubi dictum est a discipulo: Faciamus hic tria tabernacula; in circuitu diuersae ciuitates, quae in Regum leguntur. De Tabor uenimus ad mare Tiberiadis in ciuitatem, quae uocata est in tempore Samaria, modo uero dicitur Neapolis, in qua est puteus, ubi Dominus a Samaritana aquam petiit, ubi facta est basilica sancti Iohannis; et ipse puteus est ante cancellos altaris et siclus ibi est, de quo dicitur, quia

12 Matth. 17, 4 Marc. 9, 4 Luc. 9, 33

1 gracia *G* aebreis *G* hebreis *R* hebreorum *Br* ut *om. GBr* 2 aebraeas *G* hebreas *R* 3 a *om. GR* concessum fuisse *G* 4 eam dicunt *G* fuisse *om. Br* 5 illi *GR* ille *Br fortasse* illic omni *R* omnem *GBr* caritate sunt *G* pleni *R* prouintia *RBr* 6 similem paradisum *G* frugibus *R* fruges *Br* 7 egyptum *G* uinum *G* ponis *R* melli *G* melle *R* melliumque sed et milium *Br* 8 naturam *R* alto *G* talia *R* grosco *G* 9 nazaret *G* thabor montem *R* monte tabor *Br* monis *R* exiuit *G* exiit *Br* 10 campestrem *G* terram uiuam *G* in circuitu *G* *fortasse scribendum:* in circuitu—in ascensu 11 milia tria susum *om. G* susu *R* sursum *Br* *post* contra *intercidisse suspicor* orientem 12 basilice *R* ubi petrus dixit ad dominum *G* ecclesiae, ubi dictum a discipulo est *Br* 13 trea *G* tapernacula *G* in circuitum *R* diuersas *R* in lo regum leguntur, *sed* lo *erasum est G* leguntur in regnorum *R* in regum leguntur *Br* 14 thabor *R* tyberiades *G* tiberades *R* tyberiadis *Br* ciuitate *G* 15 *hic Samariam* (*Sebasten*) *et Sicemam* (*Neapolim*) *confundi et p. 162, 16—163, 2 potius pertinere ad p. 164, 9 animaduertit Tuch p. 18* modo] nunc *G* 16 aqua *G* 17 iohannes *R* 18 cancellus *R* situlus *R* situla *Br*

ipse est, de quo bibit Dominus, et multae aegritudines ibi sanantur.

Deinde uenimus in ciuitate Tiberiade, in qua sunt termas 7
ex se lauantes salsas, nam aqua maris ipsius dulcis est. Qui maris circat milia sexaginta. Item uenimus in Capharnaum in domo beati Petri, quae est modo basilica. Exinde transeuntes per castra uel uicos aut ciuitates uenimus ad duos fontes, hoc est Ior et Dan, quae in unum iunctae sunt, et uocatur Iordanis, paruus omnino, qui ingreditur in mare, pertransit aquam maris totum pelagum et exit in alio litore maris. Reuertentes post nos uenimus ad locum, ubi Iordanis de mare egreditur. Transiuimus Iordanem in ipso loco. Venimus in ciuitatem, quae uocatur Gadera, quae ipsa est Gabaon. In ista parte <Iordanis a> ciuitate ad milia tria sunt aquas calidas, quae appellantur termas Heliae, ubi leprosi mundantur, qui e xenodochio habent de publicum delicias. Hora uespertina inundantur termae. Ante ipsum clibanum aquae est solius grandis, qui dum impletus fuerit, clauduntur omnia ostia, et per posticum mittuntur intus cum luminaria et incensum et sedent in illo solio tota nocte, et dum soporati fuerint, uidet ille, qui curandus est,

2 saluantur *R* 3 dein *R* ciuitatem tiberiada *R* sunt *om. R* termas sex lauantes salsas *G* termis ex se leuantes salsis *R* termae salsae *Br* 4 quod mare *R* quae mare *Br* 5 sex a centa *G* ac tt *R* VIII *Br* *locus corruptus est; fortasse scribendum:* quem marem circantes milia VI uel VII uenimus *etc.* in *om. G* cafarnaum *R* 6 et inde *G* inde *Br* 9 paruo *G* pertracide *G* pertrahit *R* pertransit *Br* aquae *G*, *om. Br* 10 totum pelago *G* totum palagus *R* totum maris pelagum *Br* exiit *GR* in] usque *Br* littore *R* 11 in locum *G* 12 Iordane *G* 13 gabao *R* galaad *coni. Gildemeister* in *om. GR* Iordanis a *addidi* 14 ciuitm̄ *G* ciuitate *R* ciuitatis *Br* 14 miliario tertio *Br* trea *G* aquas calidas *G una l.* 1 *superscripta* aquae calidae *RBr* termes *R* 15 exenodocio *G* exite docium *R* ibi et synodochium *Br* habit *G* habens *Br* 16 puplicum *G* publico *Br* ora *G* mundantur *codd.* inundantur *scripsi* terme *RBr* termae ante] et meante *G* 17 aqua *R om. Br* grande est solium *Br* solio *G* 18 per porticum *G* per ostium *Br* 19 et sedent *om. R* in illum solium *G* 20 dum *om. R* suborati *R* uidet] uadet *R* uident de illo *G* curandus] mundus *R* mundatus *Br*

aliquam uisionem, et dum eam recitarit, abstinentur ipsae termae septem diebus et intra septem dies mundatur. Nam et ibi mortuus est Iohannes de Placentia, maritus Teclae. Ipse fluuius calidus, qui uocatur Gadera, descendit torrens et intrat in Iordanem, et ex ipso Iordanis ampliatur et fit maior.

8 Et dum descendimus per Galilaeam iuxta Iordanem, transeuntes multas ciuitates, quae leguntur, uenimus in ciuitate metropoli Galilaeae, quae uocatur Scitopolis, in monte posita, ubi sanctus Iohannes multas uirtutes operatur. Exinde ascendimus per alia loca Samariae et Iudaeae in ciuitatem Sabastae, in qua requiescit Heliseus propheta. Descendentes per campestria, ciuitates uel uicos Samaritanorum; et per plateas, unde transiuimus siue nos siue Iudaei, cum paleas uestigia nostra incendentes; tanta illis est execratio utrisque. Christianis quidem responsum faciunt, ea sane ratione, ut quod habis emere non tangas, antequam pretium des; quod si tetigeris et non conparaueris, mox scandalum. Nam foris uico una condoma habent posita, qui faciunt responsum. Ipsos nummos in aqua iactas, nam de manu non accipiunt. Et denuntiant tibi, quando ingrederis: non sputes, et si sputaueris, scandalum

1 aliqua uisione *G* ea *R* recitaret *GR* recitauerit *Br* recitarit *Gildemeister* abstenentur *G* 2 terme *GR* et intra septem dies *om. R* mundantur *R* non mundantur ipsae termae per VII dies *Br* 4 que *G* discendit *G* descendit *R semper* 5 Iordane *G* et ipso Iordanis *G* 6 galilaea *G* galileam *RBr* iordane *G* iordanem *R* iordanen *Br* 7 ciuitatem *R* 8 metropoli] eropoli *G* scitopoli *G* 9 iohannis *G om. Br* descendimus *con. Tuch* 10 aliqua *G* ciuitate sabastea *Br* 11 profeta *R* campestria *corr. 2. m. R; fortasse* castra 12 ciuitatis *G* uiasamaritanorum [c] *corr. 2. m. G* 13 paleis *R* 14 exsegratio [ega] *G* utrasque *G* 15 et sane *G* racione *G* habis *G* uis *Br* 16 precio *G* 17 paraueris *G* comparaueris *Br* unā *G* 18 habent condoma una posita *Br* que *G* ipsius *RBr* nummos [v] *G* nummum *R* 19 in qua *G* in aquam *R* manu eius *R* manu tua *Br* 20 egrederis *G* ingrediaris *Br* non sputis *G* ne spues *R* te si spueris *R* si autem expueris *Br*

generas. Sero autem purificant se in aqua et sic ingrediuntur in uico aut in ciuitatem.

Deinde uenimus in loco, ubi Dominus de quinque panibus 9
quinque milia populos saciauit, extensa campania, oliueta et palmeta. Ex hoc uenimus in loco, ubi baptizatus est Dominus noster. In ipso loco transierunt filii Israhel; ibi et filii prophetarum perdiderunt securem et ex ipso loco adsumptus est Helias. In ipso loco est mons Hermon modicus, qui legitur in psalmo. A pede montis ipsius de fluuio ascendit nubes hora prima et exeunte sole uenit super Hierusolimam super basilicam, quae est in Sion, et super basilicam ad monumentum Domini et super basilicam sanctae Mariae et sanctae Sofiae, quae fuit praetorium, ubi auditus est Dominus. Super his locis descendit ros sicut pluuia et colligent eum medici et in ipso cocuntur omnes confectiones per xenodocia, nam multi languores sanantur in ipsis locis, ubi cadit ipse ros. Ipse est enim ros, qui cantatur in psalmo: *sicut ros ab Hermon qui descendit in monte Sion.* In illa parte Iordanis est fons, ubi baptizabat sanctus Iohannes, ad Iordane milia duo. In ipsa ualle Helias inuentus est, quando ei portabat coruus panem et carnes. In circuitu uallis illius multitudo heremitarum.

Ibi in proximo est ciuitas quae uocatur Liuiada, ubi reman- 10

9 Psalm. 41, 7 17 Psalm. 32, 3

1 purificasse in *G* 2 uicum *R* 3 locum *R* panis *G* panibus *RBr* 4 hominum *RBr* 5 palmita *G* et ex hoc *G* in locum *R* ad locum *Br* babtizatus *G* 7 securę *G* 10 et *om. R* sol *G* ierusolimam *G* hierosolimam *R* 11 basilica *hic et in seq. lineis corr. 2. m. G* super basilicam *bis scriptum est R* 12 et sanctę suffię *G* et ad sanctam sofiam *R* et *om. Br* ad sancta sofia *Br* 13 preturius *corr. 2. m. in* pretorius *G* dominus *om. G* 14 collegent *G* colligunt *Br* 15 in *om. R* coguntur *R* quocuntur *Br* exenodotia *G* xenodocia *R* synodochia *Br* 16 multos *G* cadet *G* 17 ipse est enim ros *om. R* cantantur *R* 18 quod *G* montem *R om. Br* monte *corr. 2. m. G in* montem In *om. G* illam *l.* m *ead. manu expuncta G* 19 baptizat *R* in iordane *R* usque iordane *Br* dua *G* 20 portabit *G* deferebat *Br* 21 carn^{e}is *corr. 2. m. G* 22 Ibi proxima *R* ibi prope *Br* ibi *om. G* salmiada *G* salamiada *RBr* liuiada *Gildemeister*

serunt duo semis tribus Israhel, antequam Iordanem transirent, in quo loco sunt termae ex se lauantes, quae uocantur Moysi, ibi etiam et leprosi mundantur. Est ibi fons, aqua dulcissima, quae pro catarticum bibitur et sanat multos languores, non longe a mare salinarum, in qua etiam et Iordanis ingreditur subtus Sodoma et Gomurra, ad cuius litus sulphur et bitumen colligitur. In qua mare mense Iulio et Augusto et medio Septembrio tota die iacent leprosi; ad uesperum lauant in illas termas Moysi et aliquotiens, quem uult deus, mundatur. Nam et generalitati est aliqua paramitia. In quo mare nihil inuenitur uiuificatum nec paleas nec lignum supernatat neque homo natare potest, sed quicquid ibi iactatum fuerit, in profundum dimergitur. De Iordane in locum, ubi Moyses de corpore exiuit, sunt milia octo, et exinde non multum longe ad Segor, in quibus locis multi sunt heremitae. Vidimus et monumentum Abisalon.

11 Tenui autem theophaniam in Iordane, ubi talia fiunt mirabilia in illa nocte in loco, ubi baptizatus est Dominus. Est obeliscus factus clausus cancellis, et in loco, ubi aqua rediit in alueo suo, posita est crux lignea intus in aquam et gradi

1 senes *G* quam iordanem transirent *om. G* 2 in quo loco *om. G* et se *G* leuant *corr. 2. m. in* lauent *R* leuantes *Br* 3 et *om. G* et ibi fons *R* et ibi est dulcissimus aquae fons *Br* aquam abens dulcissimam *G* 4 castico *G* catarcium *Br* langoris *G* 6 sodomam et gomurram *R* sulphor *G* sulfur *R* 7 collegitur *G* quo mare *Br* agusto *G* madio septemp *G* 8 iacent] lacen *R* ad uespere *G* labant *G* lauantur *Br* in illis termis *R* in ipsas termas *Br* 9 aliquoties *R* 10 generalicia *G* generalitate *Br* paramicia *R* permitia *Br* 11 nec lignea nec paleae *Br* 12 natare homo *R* quidquid *G* iactum *R* proiectum *Br* profundo *G* 13 demergitur *Br* de iordane uenimus *G* de iordane ubi, *uoce* ubi *expuncta R* loco *G* lacum *RBr* moysi *2. m. l.* s *addita G* 14 transiuit *R* exiit *Br* *inter syllabas* mul *et* tum *rasura trium litterarum G* a *Br* sechor *R* 15 uidemus *G* 16 abesalon *R* absalon *Br* 17 thephanie *G* theofaniam *R* theophania *Br* talis *G* fiebant *R* miracula *R* 18 babtizatus *G* 19 obolis eius *G* oboliscus *R* tumulus *Br* locum *R* 20 aqua *G* gradus *R om. Br*

descendunt usque ad aquam ex utraque parte marmoris. In uigilias theophaniae fiunt uigiliae grandes, populus infinitus; gallo quarto aut quinto fiunt matutinas. Conpleto matutinas albescente die procedunt ministeria sub diuo, et tenentes diaconi descendit sacerdos in fluuium et hora, qua coeperit benedicere aquam, mox Iordanis cum rugitu redit post se et stat aqua usque dum baptismus perficiatur. Et omnes Alexandrini habentes naues homines suos die illo ibi habent habentes colathos plenos cum aromatibus et opobalsamo, et hora, qua benedixerit fontem, antequam incipiant baptizari, omnes fundent illos colathos in fluuium et tollent inde aquam benedictam et exinde faciunt aquam sparsionis in nauibus suis, antequam exeant ad nauigandum. Conpleto baptismo omnes descendunt in fluuio pro benedictione induti sindones et multas cum alias species, quas sibi ad sepulturam seruant. Conpleto baptismo reuertitur aqua in locum suum. Et unde surgit Iordanis a mare Tiberiadis usque ad mare salinarum, ubi defecit, sunt milia plus minus centum XXX[ta.]

In illa ripa Iordanis est spelunca, in qua sunt cellulae cum 12

1 discendent *G* aqua *G* 2 uigiliis *Br* t[h]eophaniae *corr. 2. m. G* grandis *G* 3 matutina *G* matutini *R* uigiliae *Br* conpleto *corr. ead. m. ex* conpletu *G* completo matutino si *R* completis matutinis *Br* 4 albiscente *G* tenent ea diaconi *G* tenente diacono *R* diaconi tenentes sacerdotem *Br* 5 discendit *G* fluuio *G* ora *G* 6 aquas *G* rugitos *G* 7 baptismum *G* alexandrine[i] *G* 8 de illo *R* ibi *om. G* collacos *G* colaphos *RBr* 9 aput balsamo *G* balsamo *RBr* opobalsamo *scripsi* 10 babtizari *G* baptizare *RBr* 11 choscola *G* illos colaphos *R* tollebant *G* aqua benedicta *G* 12 inde *G* aqua sparsionis *G* aquam sparsionem *R* 13 ad *om. G* nauicantum *G* completo *GBr* babtismo *G* discendent *G* fluuium *RBr* 14 sindonis *G* sindone *R* multa cum alia su species *G* multi cum aliis speciebus *R* et alias multas speties *Br* 15 quod *G* ad sepultura seruarent *G* completo *GBr* 16 iordanis] iohannis *R* tiberiade *R* tyberiades *G* tyberiadis *Br* 17 usque *om. R* defec *G* defecit *R* plus minus *om. G* 18 CCCXX *G* 19 cellola sunt *G* sunt cellole *R* cum septem *om. G* cum septem uirgines quae *om. R* cum septem puellis que *Br*

septem uirgines, quae ibi infantulae mittuntur, et dum aliqua ex ipsis mortua fuerit, in ipsa cellula sepelitur et alia cellula inciditur et mittitur illic alia infantula, ut numerus stet, et habent foris, qui eis permanent. In quo loco cum timore magno ingressi sumus ad orationem, faciem quidem nullius uidentes. In ipso loco dicitur esse sudarium, qui fuit in fronte Domini. Super Iordane non multum longe <a loco>, ubi baptizatus est Dominus, monasterium est sancti Iohannis grande ualde, in quo sunt xenodochia duo. In ista uel in illa ripa Iordanis sub montana loca, ubi inueniuntur serpentes, unde tiriaca conficitur.

13 Venientibus a Iordanen in Hiericho milia sex. Hiericho autem in oculis hominum ita uidetur ut paradisus. Muri diruti, territorius in miraculis positus. Domus Raab stat, quae est xenodochium, et ipse cubiculus, unde deposuit exploratores, est oratorium sanctae Mariae. Lapides illos, quos leuauerunt filii Israel de Iordane, positi sunt non longe a ciuitate Hiericho in basilica post altarium magni ualde. Ante basilica est campus, ager Domini, in quo Dominus manu sua seminauit, ferens satum usque ad modios tres, qui etiam bis in anno colligitur, qui numquam seminatur, sed ex se nascitur. Colligitur autem mense Februario et exinde in pascha communicatur. Aratur,

1 ubi *R* infantuli *R* et aliquarum ipsas *G* et cum aliqua ex eis *Br* aliquis—mortuus *R* 2 in ipsa cellola *GR* 3 cellola *G* incediture *R* indi//citur *G* alius infantulus *R* alia puella *Br* 4 qui eis cibaria praeparet *Br* 5 oracionem *G* 6 nullus *G* 7 frontem *G* in iordane *R* non multum longe *bis R* non multum longe a Iordane *G* a loco *addidi* 8 est *ante* dominus *om. R* grandis *G* 9 senodocico *G* senodochia *R* sinodochia *Br* riba *G* 11 tiriaea *G* tyriaca *RBr* conficiuntur *G* 12 nobis a iordanen *G* ad iordanem *R* inde uenimus ad iordanem. De iordane etc. *Br*, *haud scio an recte* 13 ita *om. G* paradysus *R* 14 territurius *G* positas (*l.* u *cum* a *aperta mutata*) *G* 15 senodochius *G* senodochium *R* sinodochium *Br* 16 oratorius *G* illi *Br* 18 altario *G* altare *Br* magnum *R om. Br* basilicam *R* campo sacer domini *G* 19 serens *G* 20 quasi modia tria *Br* bis in anno *om. R* collegitur *G* qui numquam—21 colligitur *om. G* 22 febroario *R* oratur *R*

dum collectus fuerit, et iterum cum aliis messibus collegitur et deinceps aratur et dimittitur.

Fons aquae, quam indulcauit Helisaeus, inrigat omnem 14
Hiericho. Ibi nascitur uinum † potiston, qui febrientibus datur. Ibi nascitur dactalum de libra, ex quibus mecum adduxi in prouincia, ex quibus unum domino Paterio patricio dedi. Ibi nascitur cetrius de libras quadraginta et uirga fasioli longa pedes duo et in latitudinem [et in longitudinem] digitos duos. Ibi est et uitis, unde in ascensionem Domini uuas cistas plenas uenales in monte Oliueti, et inde pentecosten mustum et exinde colata plena proponuntur.

Exeuntes de ciuitate uenientes contra Hierusolimam, non 15
longe a ciuitate Hiericho est illa arbor, ubi ascendit Zachaeus uidere Dominum, qui arbor, inclausus infra oratorium, ipsius per tectum foris dimissa est, sicca quidem. Exeuntes porta de Hiericho, ab oriente contra occidentem uenientes; in sinistra manu intras in fauillas Sodomae et Gomurrae, super qua prouincia semper nubes obscura descendit; odor sulphoreus. Nam quod fallent homines de uxore Loth, eo quod minuatur

1 mensibus *R* cum reliquas messes *Br* collegitur et deinceps aratur et *om. R* 2 et deinceps—dimittitur *om. Br* demetitur *R* 3 hęsęus *G* inrigat *corr. in* inritat *G* 4 ubi *R* postun *G* potiston *R* potis con *Br* παυστικόν ipse *conieci* quod *G* felmentibus *R* febricitantibus *Br* 5 de quibus *R* 6 prouintia *Br* domino *om. R* domno *Br* paterio *in G om., sed ead. manu superscriptum* 7 cetrius *G* cedros *R* caedrus *Br* fasiola *G* fassioli *Br* et ex uirga fasiola *conieci* 8 et in latitudinem—duos *om. RBr* latudinē *corr. ead. m. G* et in longitudinem *seclusi* digos *G* 9 cistra *R* cestas *l.* r *super* s *ead. m. scripta G* plenas cistras racemis *Br* uenalis *G* 10 montem *R* inde] in die *G* mixtum *Br* et *om. R* 11 collata *GR* colata *Br* 12 ciuitatem *G* uenientes *partim in rasura G* uenimus *RBr* hierosolimam *R* hierusolima *G* 14 quae *RBr* intra *G* 15 portas *R* 16 hierico *G* ab orientē *G* ueniens *R* uenimus *Br* sinixtra manum *G* 17 Gomorrae *GBr* quam prouinciam *R* qua prouintia *Br* 18 obscurus *G* sulphureus *corr. ead. m. in* sulphoreus *R* odore sulphureo *Br* 19 fallent] dicunt *Br* loht *G* minuetur *R* muniatur *Br*

ab animalibus lingendo, non est uerum, sed stat in ipso statu, in quo fuit.

16 Ascendentibus nobis de montana in Hierusolima non longe ab Hierusolima uenimus in Baorin, deinde ad sinistram ad oppida Oliueti montis in Bethania ad monumentum Lazari. Nam respicientibus in ualles illas et perambulantes monasteria multa, loca mirabiliorum, uidimus multitudinem inclausorum uirorum ac mulierum in monte Oliueti. Et sursum in monte in loco, unde ascendit Dominus, uidimus mirabilia multa et cellula, ubi fuit inclausa uel iacet sancta Pelagia in corpore. In ipso monte iacet Iacobus, Zebedaeus, Cleophas uel multa corpora sanctorum.

17 Descendentes de monte Oliueti in ualle Gessemani in loco, ubi traditus est Dominus, in quo sunt tria accubita, in quibus ille accubuit, et nos accubuimus pro benedictione. Et in ipsa ualle est basilica sanctae Mariae, quam dicunt domum eius fuisse, in qua et de corpore sublatam fuisse. Ipsa uallis Gessemani ibidem uocatur Iosaphat. De Gessemani ascendimus ad portam Hierusolima per grados multos. In dextra parte portae est oliuetum; ibi est ficulnea, in qua Iudas se suspendit, cuius talea stat munita petris. Porta ciuitatis, quae

1 lingendum *G* in eo statum *G* 3 as centibus *R* montanis *R* montana *Br* in hierosolima *R* hierusolimorum *Br* 4 ierusolima *G* hierosima *R* uenimus *om.* *R* baorin *G* baorim *R* baoridem *Br* deinde *om.* *G* inde *Br* de sinixtra oppida (*om.* ad) *G* 5 opida *R* 6 respicientes *Br* uallis *G* 7 multa multa *R* miraculorum *R* uidemus *G* inclusorum *R* clausam *Br* 8 montem *G* susu *R* rursum *Br* susu in montē *R* 10 cellola *G* inclusa *RBr* belagia *R* 11 monte *om.* *G* iacob *R* zebedaei *Br* 13 discendentes *G* uillam *Br* gessemani *R* iessemani *G* locum *R* 14 trea *G* in quo *G* in quae *Br* 15 recubuit *G* recubuimus *G* 16 quam] quę *G* 17 in qua—fuisse *om.* *G* ualle *G* 18 iessemani *G* gessameni *R* iosafa *R* iessemani *G* gessemani *R* 19 hierosolimam *R* gradus *RBr* 20 porta posta *G* olíueti *R* se iudas *RBr* (*in Br* se *repetitur ante* suspendit) 21 tale astat *G* talia adstant *R* taleas stat *Br* monita *GR* munita *Br* patris. Posta *G*

cohaerit portae speciosae, quae fuit templi, cuius liminare et tabulatio stat.

Osculantes proni in terram ingressi sumus in sanctam ciui- 18
tatem, in qua adorantes monumentum Domini. Quia monumento de petra est naturale excisus et † potus ex ipsa petra excisus, ubi corpus domini Iesu Christi positum fuit, lucerna aerea, quae in tempore ad caput ipsius posita fuit, ibidem ardet die noctuque, ex qua benedictionem tulimus, et reconposuimus ea. In quo monumento de foris terra mittitur et ingredientes exinde benedictionem tollent. Lapis, unde clausus monumento, ante os monumenti est, color uero de petra; qui excisus est de petra Golgotha. Nam ipsa petra ornata ex auro et gemmis, nam petra monumenti uelut molaris est. Ornamenta infinita: in uirgis ferreis pendentes brachialia, dextroceria, murenas, anuli, capitulares, cingella girata, balteos, coronas imperatorum ex auro uel gemmis et ornamenta de imperatricis. Ipsum monumentum sic quasi in modum metae coopertus ex argento † sub solas aureos. Ante monumentum altaris est positus.

A monumento usque Golgotha sunt gressi LXXX. Ab 19

1 coierit *G* coerit *R* coherit *Br* limitari *G* limitare *R* liminare *Br* 2 trabulacio *G* trabulatio *R* tribulatio *Br* tabulatio *scripsi* 3 in terra *G* 4 munumentum *G* quoniam *Br* quod *coni. Gildemeister* monomento petra *ead. m. superscripta uoce* de *G* monumentum—excisum *R* monumentum—excisus *Br* 5 et potus—excisus *om. GBr* potus] puteus *Nettleship* 6 Ibi *R* corpus domini positum fuit Iesu Christi *R* 7 capud *G* ipsius *om. R* erat *R* fuerat *Br* ibidem] et ibi *G* 8 tullimus *G* 9 monumentum *G* 10 benedictione *GR* exinde tollent *R* clausus *GR* 11 monomentum *GBr* monumento *R* est *om. R* est ante os *Br* uero de] uiride *G* petrae quae excisa est *Br* 13 petra *om. R* 14 bracilia *G* dextralia *R* murinas *G* murenulas *R* murenas *Br* 15 anolis *G* cengella *G* cincella *R* girata *G* grata *R* irata *Br* belthei *Br* 16 et gemmis *G* ornamento *R* 17 ipsum monumentum *om. G* medae *R* coopertus *R* copertus *G* coopertum *Br* 18 argento *corr. ex* argentum *G* solas *G* solus *R* soles *coni. Gildemeister* caelos *ego* monumento *corr. 1. m. G* altarium est positum *R* altare positum *Br* 20 monumentum *G* usque ad *G* gressus *R* Alia parte *G*

una parte ascenditur per gradus, unde Dominus noster ascendit ad crucifigendum. Nam et locus, ubi crucifixus fuit, paret et cruor sanguinis paret in ipsa petra. In latere est altarium Abrahae, ubi ibat Isaac offerre, obtulit et Melchisedech sacrificium. Ad ipsum altarium est creptura, ubi ponis aurem et audis flumina aquarum et iactas melum aut quod potest natare et uadis in Siloa fonte et ibi eum suscipis. Inter Siloam et Golgotha credo esse miliarium. Nam Hierusolima aquam uiuam non habet praeter in Siloa fonte.

20 De Golgotha usque ubi inuenta est crux sunt gressos quinquaginta. In basilica Constantini cohaerente circa monumentum uel Golgotha, in atrio ipsius basilicae, est cubiculum, ubi lignum crucis reconditum est, quem adorauimus et osculauimus. Nam et titulus, qui ad caput Domini positus erat, in quo scriptum est: 'Hic est rex Iudaeorum', uidi et in manu mea tenui et osculatus sum. Qui lignus crucis de nuce est. Procedente sancta cruce ad adorandum de cubiculo suo et ueniens in atrio, ubi adoratur, eadem hora stella apparet in coelo et uenit super locum, ubi crux resedit, et dum adoratur crux, stat super ea et offertur oleum ad benedicendum, ampullas medias. Hora, qua tetigerit lignum crucis orum ampullae

15 Luc. 23, 38

1 grados *G* 2 crux fixa *R* parit *G* apparet *Br* 3 cruor sanguinis parit *om. R* altario *G* 4 ibat *om. R* eum obtulit *G* offerre quando temptauit eum deus, ibi et melchisedech hobtulit sacrificium *Br* 5 ipsum *om. G* creptura *GR* cripta *Br* crepatura *Gildemeister* 6 melo *G*, *2. m. corr.* milu *G* pomum *Br* potes^{na}tare *corr. 2. m. G* 7 uadit *G* silua *G* solua *Br* fonte *om. G* fon *R* fonte *Br* 8 sinam *R* syna *Br* golgotham *R* hierosolima *R* 9 silua *R* solua *Br* fontē *G* 10 de *om. G* gressos *G* gressus *R* gressi *Br* 11 coerentem *R* 12 golgoda *R* atrium *G* cubiculus *R* 13 ^{bi}ulignum *corr. 2. m. G* repositum *G* 14 capud iesu *G* 16 quod lignum *RBr* nuca *G* nocte *R* 17 procedentem sanctam crucem *G* ad *om. GR* et *om. G* 18 ueniente *Br* atria *G* atrium *R* atrio *Br* 19 in loco *G* resedit] stat *G* resedit—crux *om. G* 20 super ea *G* affertur *RBr* 21 horum *GR* has ampullas *Br* orum (= oram) *scripsi, cf. Archiv f. lat. Lexik. IX, 300*

mediae, mox ebullescit oleum foris, et si non clauditur citius, totum redundat foris. Reuertente cruce in loco suo reuertitur et stella; post reclausa cruce ultra non apparebit stella. Nam et ibi est illa spongia et canna, de quibus legitur in euangelio, de qua spongia aquam bibimus, et calix onychinus, quem benedixit in cena, et aliae multae uirtutes, species beatae Mariae in superiore loco et zona ipsius et ligamentum, quo utebatur in capite. Ibi sunt et septem cathedrae marmoreae seniorum.

Ascendimus in turrem Dauid, ubi psalterium decantauit, 21
magna ualde, in qua sunt monasteria in cenaculis singulis. Quae turris quadrangulis et opus caluum, non habens tectum; in quo etiam christiani pro deuotione ad mansionem ascendunt. Et circa medium noctis surgentes audiunt uoces murmurantium iusum in ualle Iosapha contra Iordanen in loca, quae respiciunt ad Sodoma et Gomorra, et uulgariter appellatur ipsa uallis Iosapha, quae et Gessemani.

Deinde uenimus in basilica sancta Sion, ubi sunt multa 22
mirabilia, inter quibus quod legitur de lapide angulare, qui reprobatus est ab aedificantibus. Ingresso domino Iesu in ipsa

1 mediae *om. RBr* mox *om. G* epuliscit *G* ebulliet *Br* clụ[a]ditur *corr. 2. m. R* cicius *GR* 2 totum *om. R* refunditur *litt.* d *2. m. super* f *scripta G* ebulliet *Br* reuertentem crucem *G* in locum suum *R* reuertetur *R* 3 et *om. G* reclusa *R* et post reclausam crucem *Br* 4 spungia *G* 5 spungia aqua *G* onichenus *G* hunichenus *R* 6 specillum *coni. Gildemeister* 7 ligamentum *ex* leg. *corr. 2. m. G* 8 cathethrae, *alterum* t *in rasura G* cathẹ[d]re *corr. 1. m. R* marmorie *G* 10 in turre *Br* 12 turre *G* in turribus *R* quadrangolis *G* quadranculis *R* 13 in qua *Br* christianis *G* debutionem, *corr. 1. m. in* deuotionem *G* 14 media nocte *G* medio noctis spatio *Br* surgentis *G* murmorantium *G* 15 iuso *R* deorsum *Br* iosafa *GR* iosaphat *Br* iordana *G* iordanem *R* iordanen *Br* in loco qua *G* in locis quae *R* ad loca quae *Br* 16 sodomam et gomurram *R* uocaliter *R* appellatur *om. G* ualle *G* 17 iosapha *littera* t *2. m. superscripta G* gessemani *G* gessameni *R* 18 basica *G* basilicam *R* sancti *G* sanctam *R* multe mirabilie *G* 19 inter quae *R* que reprobatus *G* 20 iesu christo *G om. Br* in ipsam ecclesiam *R*

ecclesia, quae fuit domus sancti Iacobi, inuenit lapidem istum deformem in medio iacentem, tenuit eum et posuit in angulum. Quem tenes et leuas in manibus tuis et ponis aurem in ipso angulo et sonat in auribus tuis quasi multorum hominum murmuratio. In ipsa ecclesia est columna, ubi flagellatus est Dominus. In qua columna tale est signum: dum eam amplexasset, pectus eius inhaesit in ipsa marmore et manus ambas apparent et digiti et palmae in ipsa petra, ita ut pro singulis languoribus mensura tollatur exinde; et circa collum habent et sanantur. In ipsa columna est illud cornu, de quo reges unguebantur et Dauid. Ibi est in ipsa ecclesia et corona de spinis, qua coronatus est Dominus, et lancea, de qua in latere percussus est Dominus. Ibi sunt et lapides multae, cum quibus lapidatus est Stephanus. Ibi est et columnella, in qua crux posita est beati Petri, in qua crucifixus est Romae. Ibi est et calix apostolorum, in quo post resurrectionem Domini missas faciebant, et multa alia miracula, quae non recolo. Ibi est monasterium feminarum. Vidi testam de homine inclausam in locello aureo ornatam ex gemmis, quae dicunt quia de sancta martyra Theodote esset, in qua multi pro benedictione bibunt et ego bibi.

23 De Sion uenimus in basilica sanctae Mariae, ubi est con-

2 deforme *GR* 3 tenis *R* pones *R* ipsum angulum *R* 4 multo *R* 5 murmorantia *corr. 1. m. ex* murmurantium *G* murmurantium *R* murmuratio *Br* 6 talis est signus *G* amplexas sic *G* 7 inest *G* ambas *GR* 8 et digitas et palmas in ipsa petra apparent *G* digiti et palmae *RBr* 9 tollitur *G* *post* circa *uox* habet *erasa est G* colla habit et sanatur *G* 10 ille cornus *G* ungebantur *G* 11 in *om. R* ecclesia *2. m. superscr. G* 13 et *om. R* multe lapides *R* lapides multe *G* cum quas *G* 14 beatus *add. R* *post* columnella ib *erasum* est *G* 15 posita est crux *R* crux posita fuit *Br* 17 multe alie miracule quas *G* mirabilia *Br* nunc recolo *G* 18 testa *G* inclausa *G* 19 lucello *R* aurum *G* ornatam *om. GR* quem *GR* quae *Br* quam *Gildemeister* quae dicunt esse capud martyris theodote *Br* 20 martera *G* martyre *R* esse *l. t 2. m. affixa G* 21 bibebant *RBr* aquam *add. RBr* 22 uero *RBr* *Post* basilica *lacuna est in Br usque p. 175, 14* praeturio congregacio *G*

gregatio nimia monachorum, ubi sunt et xenodochia uirorum ac mulierum, susceptio peregrinorum, mensas innumerabiles, lecta aegrotorum amplius tria milia. Et orauimus in praetorio, ubi auditus est Dominus, ubi modo est basilica sanctae Sofiae ante ruinas templi Salomonis sub platea, quae discurrit ad Siloam fontem secus porticum Salomonis. In ipsa basilica est sedis, ubi Pilatus sedit, quando Dominum audiuit. Petra autem quadrangulis, quae stabat in medio praeturio, in quam leuabatur reus, qui audiebatur, ut ab omni populo audiretur et uideretur, in qua leuatus est Dominus, quando auditus est a Pilato, ubi etiam uestigia illius remanserunt. Pedem pulchrum, modicum, subtilem, nam et staturam communem, faciem pulchram, capillos subanellatos, manum formosam, digita longa imago designat, quae illo uiuente picta est et posita est in ipso praeturio. Nam de petra illa, ubi stetit, fiunt uirtutes multae; tollentes de ipsa uestigia pedum mensuram, ligantes pro singulis languoribus et sanantur. Et ipsa petra ornata est ex auro et argento.

Et exinde uenimus ad arcum, ubi antiqua porta fuit ciuitatis. 24
In ipso loco sunt aquae putridae, ubi missus est Hieremias. Ab arcu illo descendentibus ad Siloa per gradus multos super

1 ubi—uirorum *om. R* et *om. G* exsenodocia *G* 2 suscepcio *G* innumerabilibus *G* 3 trea *G* orabimus *G* praeturio *R* 4 basilica est *G* sancta sofie *R* suffiae *G* 5 ate rui *G* decurrit *B* 6 silua *l.* m *erasa G* siloa *lineola 2. m. superscr. R* fontis *G* portico salomis *G* 7 ipsa sedis *G* pilatus *om., sed 2. m. superscr. G* palitus *R* qua^{d}m *G* audit *G* 8 quadrangolis qui *G* preturio *G* in qua *G* la^{e}uatur *corr. 2. m. G* leuatur *R* 10 quam *RB* 11 pedum *R* pulchram *GR* modica subtilia *R* 12 statura *GRB* commune *R* communis *B* faciem *om. G* pulcra facies *B* capillo *RB* 13 subanelatum *R* subanelato *B* obanellatus *G* formonsam *G* digitas longa *G* digiti longi *R* quantum *add. RB* 14 picta sunt quae posita est in *R* ipsum praetorium *R* 15 de *om. GR* *post* ubi *rasura trium litterarum in G* 16 ipsis uestigiis *R* mensura *G* legantes *G* 19 antiquitus *Br* 21 Ad arcum illum descentibus *G* ad silua per silua grados *G* ad siloam per siluam per gradus *R* ad fontes siloa per grad̄ *Br* super siloam *R*

Siloa est basilica uolubilis, desubtus de qua surgit Siloa, quae habet manu facta hominis duo solia ex marmore, et inter solium et solium clausura cancellorum. In uno lauantur uiri et in alio mulieres pro benedictione; in quibus aquis multae uirtutes ostenduntur, immo et leprosi mundantur. Inante atrio est piscina grandis manu hominis munita, in qua assidue populus lauant; nam in illis soliis certis horis fons ipsa inrigat aquas multas, quae descendunt per uallem Gessemani, quam et Iosaphat uocant, usque ad Iordane fluuium et ingreditur in Iordane in loco, ubi Iordanis deficit in mare salinarum subtus Sodoma et Gomorra.

25 Nam et modo ipsa fons Siloa infra ciuitatem inclausa est, quia Eudoxia imperatrix ipsa addidit muros in ciuitate. Nam ipsa muniuit basilicam et sepulchrum sancti Stephani et ipsa sepulchrum habet iuxta sepulchrum sancti Stephani. Inter sepulchra habet continuo gressus XX. Nam et ipse sanctus Stephanus requiescit foris portam, sagittae iactum unum ad uiam, quae respicit ad occidentem, quae descendit ad Ioppe et Caesarea Palestinis uel Diaspoli ciuitatem quae antiquitus dicitur Azotus, in qua requiescit sanctus Georgius martyr. In ipsa strata non multum longe ab ipsa ciuitate stat columna

1 se suptus *G* 2 qui *G* quae ma|nu| *in rasura R* habet *om. GR* 3 unum *GBr* lauant *R* 4 alio *GR* alium *Br* benedictionem *G* 5 ostenduntur uirtutes *R* multa ostenduntur *omisso* uirtutes *Br* 6 pissina *G* monita *G* assiduae *GRBr* 7 solis *G* ipse *RBr* 8 discendunt *G* in *R* ualle *G* iessemani *G* gethsemani *Br* quam] quae *GBr* 9 iosafa *GR* uocatur *Br* ingrediuntur *Br* 10 iordanem *R* 11 sodomam *GR* gomurram *R* 12 ipsa siloa *G* ipse fons siloa *RBr* intra *R* ciuitate *G* inclausus *R* inclusa *Br* 13 qui edux̄ ab *G* qua *corr. 2. m. R* imperatricis *G* addedit *G* ciuitatem *G* 14 ipsa *2. m. in margine G* monibit *G* basicam *G* sepulcrum *G* steffani *G* et ipsa—stephani *om. G* 16 sepulcra *G* habent *R* sunt *Br* et *om. G* 17 porta *G* iactu ad *omisso* unum *G* 18 ad *om. R* orientem *G* discend *in fine lineae G* ioppem *R* iopen *Br* 19 caesaream *R* diaspolis *G* diaspoli *RBr* ciuitates *R* 20 azotos *corr. 1. m. G* 21 ad ipsa ciuitate *G* a ciuitate *omisso* ipsa *RBr*

marmorea in media uia, in qua prius Dominus ducebatur ad flagellandum, quae fugiens leuata a nube et posita in ipso loco. Et in tantum cognoscitur uerum esse, quia neque basidem habet, ubi debet esse fundata, sed sic super terram stat et exagitatur. In cuius summitate crux est posita ferrea et per scalas ascenditur et luminaria ibi fiunt et incensum. In quo loco daemoniaci mundantur. Nam et in ipsa prouincia multas uirtutes ostendit beatus Georgius.

Exeuntibus nobis de Siloa uenimus in agrum, qui conparatus 26
est de pretio Domini, qui uocatur Acheldemach, hoc est ager sanguinis, in quo sepeliuntur omnes peregrini. Inter ipsas sepulturas cellulas seruorum dei; uiri multi uirtutum. Poma et uineas inter ipsa monumenta per loca.

Reuertentibus nobis in ciuitatem uenimus ad piscina nata- 27
toria, quae habet quinque porticus, ex quibus una habet basilicam sanctae Mariae, in qua multae fiunt uirtutes. Nam ipsa piscina modo redacta est in stercore et ibi lauantur omnia, quae sunt necessaria in ciuitate. Vidimus et in uno angulo tenebroso catenam ferream, cum qua se laqueauit infelix Iudas. Item exeuntibus nobis ad portam maiorem uenimus ad sanctum Isicium, qui ibidem in corpore iacet, ubi etiam et panes erogantur ad homines pauperes et peregrinos, quod deputauit Helena.

Via, quae ducit Bethlem, ad tertium miliarium de Hiero- 28

3 cognuscitur *G* basem *R* basitem *Br* 4 habit *G* terra *G* 5 sumitate *R* 6 scala *G* lumina *R* fient *R* 7 in *om. G* prouintia *R* 8 beatos *G* 9 silua *G* agro *G* 10 precio *G* acheldemac *G* acheldemahc *R* 11 *post* omnes *rasura sex litterarum G* 12 cellolas *GR* ueri *G* multe uirtutes *GBr* 13 uenias *G* ipsa *om. G* 14 de ciuitate *G* piscinam natatoria *RBr* 15 habit *G* porticos quinque *G* una] porticos unus *G* 16 basilica *G* 17 stercorem *R* labantur *G* lauant *R* 18 in unum angulum tenebrosum *G* 19 catena ferrea *GBr* se *1. m. superscr. G* 20 ad porta maiorem *G* ad portam iure *R* a porta iorem *Br* uenimus *om. GR* 21 iacit *G* 22 panis *G* ad] ab *ex* al *2. m. corr. G* peregrinis *G* 23 depotauit *G* 24 betleem *R* bethleem *Br* ad tercio miliario *G* tercium *R*

solima iacet Rachel in corpore, in finis loci, qui uocatur Rama. In ipso loco uidi in media uia de petra exire aquam inmobilem ad arbitratum usque ad sextarios septem, unde conplent omnes et neque minuitur neque ampliatur. Suauitudo ad bibendum innarrabilis, dicentes, eo quod sancta Maria fugiens in Aegyptum in ipso loco sedit et sitiuit, et sic egressa esset ipsa aqua. Ibi et ecclesia modo facta est.

29 De ipso loco usque Bethlem milia tria. Bethlem locus splendidissimus; serui dei multi; spelunca, ubi natus est Dominus, in qua est ipsum praesepium ornatum ex auro et argento; die noctuque intus luminaria. Os uero speluncae ad ingrediendum angustum omnino. Hieronymus presbyter in ipso ore speluncae ipsam petram sculpiuit et monumentum sibi fecit, ubi et positus est. Continuo medium miliarium a Bethlem in suburbio Dauid ibi iacet in corpore, simul et Salomon filius ipsius, duo monumenta. Quae basilica ad sanctum Dauid appellatur. Nam et infantes, quos occidit Herodes, in ipso loco habent monumentum et omnes in unum requiescunt et aperitur et uidentur ossa ipsorum. Ante Bethlem est monasterium muro cinctum, in quo est multitudo monachorum congregata.

30 De Bethlem autem usque ad ilicem Mambre sunt milia XXIV, in quo loco iacent Abraham et Isaac et Iacob et Sarra, sed

1 iacit *G* rachael *G* fine *G* finibus *Br* 2 exire] extra *R* surgere *Br* 3 inmobili *R* usque *om. R* sextaria *G* 4 minuatur *G* 5 innarrabile *G* dicens *G* dicitur *R* et dicunt *Br* dicentes *scripsi* 6 egressam ipsam aquam *R* ipsa aqua emanauit *Br* 7 et *om. G* 8 bethleem *Br* ad milia tre *2. m. l.* a *superscripta G* betlhem autem *G* 9 splendidus *G* 10 ipse presepius ornatus *G* ipsum praesepe ornatum *R* praesepium *Br* 11 intus *om. R* 12 angustus *G* in ipso os *G* in ipsore *R* 13 speluce *G* ipsa petra *G* petra *omisso* ipsa *Br* sibi] ibi *R* 14 miliarium *ex* milario *corr. R* bethleem *RBr* 15 sub urbe dauid *R* suburbi dauid *Br* dauit *G* dauid *bis R* ubi *G* iacit *G* 16 quae basilica *om. G* 19 bethleem *RBr* 20 cinctus *GBr* multa monachorum congregatio *R om. Br* 22 bethleem *RBr* usque *om. G* 23 habraham *G* iacent *post* sarra *collocauit R* sed *om. G* simul et *Br*

et ossa Ioseph, basilica aedificata in quadriporticus. in medio atrio discopertus, per medio discurrit cancellus et ex uno latere intrant christiani et ex alio latere Iudaei, incensa facientes multa. Nam et depositio Iacob et Dauid in terra illa alio die de natale Domini deuotissime celebratur, ita ut ex omni terra illa Iudaei conueniant, innumerabilis multitudo, et incensa offerentes multa uel luminaria et munera dantes ad seruientes ibidem.

31 Item reuertentes in Hierusolimam, descendentibus nobis in uia, quae uadit in Gaza et Ascalona, continuo milia XX de Hierusolima uenimus in monte Gelbuae, ubi occidit Dauid Goliam. Ibi et mortuus est Saul et Ionathas. Ibi enim iacet Golias in media uia, aceruum ligneum ad caput. Congeries petrarum, mons excelsus, ita ut ad milia XX lapis mobilis non inueniatur, quia consecratio est, quanticumque uel quotienscumque transierit, ternas lapides portantes et super ipsum tumulum iactantes. Nam in ipsis montibus numquam pluit et nocturnis horis secretum sic: uidentes spiritua inmunda uolui, oculata fide tamquam uellora lanae aut certe undas maris.

32 Deinde deuiantes ad latus uenimus in ciuitatem quae dicitur Eleutheropolis, in loco, in quo Samson cum maxilla asini occidit mille uiros, ex qua fons processit, quae fons usque in hodiernum diem inrigat ipsa loca. Nam et ad locum, ubi

1 iosaeph *R* et basilica *R* est basilica *Br* in quadris porticos *G* atrium in medio discoopertum *Br* 2 per medium *R* discurrit *om. Br* cancellos *GR* cancellum *Br* 4 nam *om. G* deposicio *G* depotione *R* 5 iacobi diem natalem (*corr. 2. m. in* natales) *G* celebrantur *R* 6 illa *om. G* conueniunt *G* conuenient *R* conueniat *Br* conueniant *Gildem.* innumerabiles *corr. 1. m. G* 7 et seruientes *R* ac seruientes *Br* 9 nos *post* reuertentes *add. R* hierosolimam *R* hierusalem *Br* discendentibus *G* 10 milia XXX continuo *G* continuo *om. Br* 11 hierosolima *R* montem *R* 12 golia *G* ubi et *G* 13 ingentum *G fortasse* ingentem capud *G* 15 inuenitur *G* congregationem quanticumque *G* quocienscumque *G* quotiescumque *R* 16 quis ibi transit *Br* 17 in *om. G* 18 uidetur spiritu in mundo *R* uolo *G* 19 iaculate *G* fiet *GR* oculata fieri *Gildem.* oculata fide *scripsi* uellera *R* lana *G* 20 deuiamus *G* ciuitate *G* 21 in maxilla *R* 23 hodierna die *G* et ad loca *G* et ad locum *bis R*

exsurgit, fuimus. Deinde uenimus, in loco, ubi Zacharias occisus est et iacet in corpore; basilica pulchra ornata et serui dei multi. Inde uenimus in loco, ubi Esaias a serra secatus est uel iacet, quae serra pro testimonium ad sanctum Zachariam posita est. Exinde uenimus ad locum, ubi Abacuc prandium portauit messoribus. Et ibi exsurgit fons, ubi baptizauit Philippus eunuchum. In quibus locis sunt putei, quos foderunt Abraham et Iacob, hoc est, puteus coniurationis et puteus calumniae.

33 Ingressi sumus in Ascalona. Ibi est puteus pacis in latitudine maior, in modum theatri factus, in quo usque ad aquam per gradus descenditur. Ibi requiescunt tres fratres martyres Aegyptii; propria quidem nomina habent, sed uulgariter Aegyptii uocantur. Ad miliarium ciuitas Sarafia et in proximo ciuitas Maioma Ascalonitis. Exinde uenimus in ciuitatem Maioma Gazis, in qua requiescit sanctus Victor martyr. De Maioma usque in Gaza miliarium unum. Gaza autem ciuitas splendida deliciosa, homines honestissimi omni liberalitate decori, amatores peregrinorum. Ad secundum miliarium Gazae requiescit sanctus pater Hilario.

1 surgit *RBr* inde *R* dein *Br* in loco *om. R* uenimus inter templum et altare *Br* 2 iacit *G* in basilica *R* 3 deinde *G* in locum *R* ad locum *Br* serta *R* 4 iacet *corr. suprascr. l.* i *ead. m. G* qua *G* ser[r]ṭa *corr. 2. m. R* ad sanctum *om. G* 5 est posita *R* deinde *G* deuenimus *G* ad locum *om. G* in loco *Br* ambacuc *R* 6 et *om. G* ibi est fons *G* et ibi surgit fons *Br* et inde fons exsurgit *R* 7 potea quas *G* 8 habraham *G* hic est *R* coniurationis—10 ibi est puteus *om. G* 10 ascalonam *R* in latitudinem maiorem modum *G* 11 aqua *G* 12 discenditur *G* 13 uulgaliter *R* egyptum appellantur *G* 14 a miliario ciuitatis sararafia et in proximo ciuitatis *G* in proximum *R om. Br* 15 maiom *R* mazom *Br* scalonitis *G* deinde *G* inde *Br* ad ciuitate *G* maiom agazis *R* mazo mates *Br* 16 maiom *R* mazoma *Br* 18 diliciosa *G* homines *om. G* honestissimos *R* liberati *G* libertate *RBr* liberalitate *Gildemeister* 19 gaza *2. m. superscr.* in *G* gaze *R om. Br* a Gaza *Gildemeister* 20 helario *G* hilarius *R* hilarion *Br*

Et inde uenimus in ciuitate Elusa in caput heremi, qui 34
uadit ad Sina, in qua etiam ex relatione episcopi quaedam nobilis puella nomine Maria. Quae dum nupta fuisset, in ipsa nocte nuptus sui mortuus est sponsus eius. Quae patienter portauit et intra septimanam illius manumisit omnem familiam . . . erogauit pauperibus uel monasteriis. Intrinsecus celebrato die septimo ipsa nocte sublatum uestimentum sponsi non est inuenta. De qua dicitur in heremo esse trans Iordanen inter calamita uel palmita ambulante in finis Segor circa mare salinarum. In quibus locis inuenimus monasterium puellarum ultra XVI uel XVII in loco heremi, quas christiani pabulabant, quae habentes unum asellum, qui illis macinabat, et nutriebant leonem a pitulo mansuetum, ingentem, terribilem ad uidendum, qui, dum appropinquassemus cellulae, ante rugitum illius omnes animales, quos habuimus, minxerunt, ex quibus aliqui in terram ruerunt. Nam et sic dicebant, quia ipsum asellum ipse leo in pascua gubernaret. Quibus per me centum solidos offerebat ille christianissimus, cum quo fui, sed noluerunt accipere. Sed mittens in Hierusolima adduxit

1 ciuitatem *R* elua *GR* eluahal *Br* Elusa *Tuch* capud *GR* elremi *G* quae *R* 2 etam *G* reuelationem *G* reuelatione *Br* 3 quae dum] quedam *G* nupcias *G* nuptias fecisset *Gildemeister* et in *GR* et *deleui* 4 nuptusui *G* qua *G* 5 septima *G* manum misit *GR* 6 *lacunam indicaui:* omnia sua pauperibus distribuit *Br* celebratum *G* caelebrato *R* 7 octa^{uo} *litt.* uo *in fine lineae 1. m. superscr. addit post* nocte *G* 8 inuenta *om. G* ac qua *G* 9 calomitta *G* calamita *R* palmeta *R* ambulante *G* ambulantes *R* fini *G* fines *R* sechor *R* 10 monasteri *in fine lineae 2. m.* ū *add. R* moñs *G* 11 XV uel X et VII *G* XV uel XVII *R* quindecim uel XVIII *Br* christianis ualabant *G* 12 papulabant *R* populabant *Br* quam habentes *G* unam asellam qui *G* macenabat *R* 13 nutrierat *G* pittulo *G* pitulum *R* a pitulo *scripsi* mansuetum *om. G* ingentem, terribilem ad uidendum *seclusit Gildemeister* 14 que dum *G* adpropinquassemus cellole *R* ante, *syllaba* te *in fine lineae 2. m. addita, G* 15 illius *om. R* 17 ipso asello *G* ipse asellum *R* gubernarit *G* gubenaret *corr. 2. m. R* 18 cum quem *G* 19 in *om. G* hierosolimam *R* hierusalem *Br* adducens *G*

illis tunicas tricenas et ad cellarium legumina uel oleum ad luminaria, et ipsae nobis dixerunt de uirtutis Mariae, quae ambulabat in heremo. Duos dies ille, cum quo eram, ambulauit quaerendo, sed aut inuenerit aut non inuenerit, noluit nobis dicere; tamen tunicas et dactalos et cicer frixum sportellas, quas secum detulit, uel lupinum: nihil horum secum reportauit. Cuius adflictionem et ploratum nulla ratione potuimus consolare, tantum dicebat: 'Vae mihi misero, cuius me causa christianum dico?'

35 Proficiscentes de ciuitate Elusa, ingressi heremum. Ad XX milia est castrum, in quo est xenodochius sancti Georgi, in quo habent quasi refugium transeuntes uel heremitae stipendia. Exinde intrantes interiorem heremum uenimus ad loca, de qua dicitur: T e r r a i n s a l s u g i n e a m a l i t i a i n h a b i t a n t i u m i n e a. Ubi uidimus raros homines cum camelos, fugientes nos, (nam et in Hierusolima uidimus), homines a parte Aethiopiae, nares fissos, aures fissos, galliculas calciatos et per digitos in pedes anulos missos. Requisiti, quare sic, dixerunt: 'Traianus imperator Romanus signum hoc nobis dimisit.'

14 Psalm. 106, 34

1 illi *G* tonicas *GBr* 2 ipse *corr. 1. m in* ipsi *G* ipsi *R* ipsaę *Br* uirtute *R* uirtutibus *Br* 3 ambubant *G* 4 querendum *G* sed *om. G* aut non inuenerit *om. G* 5 tonicas *G* dactilos *R* 6 quam *G* uellipinum *G* 7 deportauit *G* adfliccionem *G* nulla potuimus ratione, *sed signis transpositionis 2. m. additis R* racione *G* 8 quis me causa christianus decore *G* qua causa christianus dicor *R* cuius causa me christiana dico *Br* 10 proficentes [cis] *corr. 1. m. R* medullatha *G* eulutia *R* heulatia *Br* heremo *G* a XX *G* 11 miliario XX [o] *Br* casa *G* senodocios *superscr. l.* u *G* senodochium *R* 12 habit *G* 13 deinde uenimus in interiorem heremem [v] (*corr. 1. m.*). Venimus *G* ad locum qua *G* ad locum de quo *R* ad locum de qua *Br* ad loca de qua *scripsi* 14 a salsugine *G* amalicium *R* inabundantia *corr. 1. m. in* inabundantium *G* 15 homines *om. G* camillos *G* camelos *Br* camelis *R* 16 hierosolima *R* uidemus *G* aperte aethiopes *R* ex aethiopia *Br* a parte etiopię *G* 17 naraes *R* fessas *G* fissas *R* aures fessos *G om. R* habentes fissas nares et aures *Br* calliculas *GBr* callicolis *R* digitas *G* 18 anolos *G* tragianus *G* 19 romanos *G om. RBr* nobis hoc *G*

Ambulantibus nobis per heremum dies V uel VI cameli 36 nobis aquam portantes, sextarium mane et sextarium sero per hominem accipiebamus. Amarescente aqua illa in utres in felle mittebamus in ea harenam et indulcabatur. Familia autem Saracenorum uel uxores eorum uenientes de heremo, ad uiam sedentes in lamentatione, et sareca missa ante se petiebant panem a transeuntibus et ueniebant uiri ipsarum, adducebant utres cum aqua frigida de interiore parte heremi et dabant, et accipiebant sibi panes et adducebant resticulas cum radices, quorum odor suauitatis super omnia aromata, nihil licentes; quia anathema habebant et dies festos suos celebrabant. Populus autem, qui per ipsum maiorem heremum ingrediebatur, numerus duodecim milia sexcenti.

Qui perambulantes per heremum octaua decima die uenimus 37 ad locum, ubi Moyses de petra eduxit aquas. Exinde alia die uenimus ad montem dei Choreb, et inde mouentes, ut ascenderemus Sina, et ecce multitudo monachorum et heremitarum innumerabilis cum crucis psallentes obuiauerunt nobis, qui prostrati in terra adorauerunt nos, simili modo et nos facientes flentes. Et introduxerunt nos in uallem inter Choreb et Sina, ad cuius pede montis est fons ille, ubi Moyses uidit signum rubi ardentis, in quo et oues adaquabat. Qui fons

1 ambulauimus nobis *G* dies *2. m.* moltos *superscr. G* dies uel sex *GR* dies V uel VI *scripsi* gamelli *G* 2 aqua *G* aquas *R* aquam *Br* sextario mane et sextario sero *G* 3 homines *G* amariscente *GR* utres *GBr* utris *R* 4 arena *G* harenam *R* haerena *Br* 5 saracinorum *G* 6 lamentationem *G* 8 et dabant *om. RBr* 9 acciebant *R* panem *G* aducebant *R* radicibus *R* redices *Br* 10 et nihil *G* laetantes *R* 11 festus *GR* suos *om. G* celebrantur *G* 13 XII milia DC *G* 14 perambulantibus *G* octaba *G* 15 de petra moyses *R* et exinde *G* alia die *om., sed 1. m. superscr. G* 16 uenimus alia die *R* choreph *G* orep *R* choreb *Br* 17 monachorum heremitarum *omisso* et *RBr* 18 cruce *R* cruces *Br* 20 flentes *om. R* lacrimauimus *Br* ualle *G* inter *om. R* coreph *G* orep *R* choreb *Br* 21 pedis *G* pedem *R* pede *Br* illa *G* moises *G* 22 ardentes *corr. 1. m. G* adaquauit *G* quae fons inclausa *G*

inclusus est intra monasterium, quod monasterium circumdatum muris munitis, in quo sunt tres abbates, scientes linguas, hoc est, latinas et graecas, syriacas et aegyptiacas et bessas, uel multi interpretes singularum linguarum. In quo sunt condita monachorum. Et ascendimus in monte continuo milia tria, et uenimus ad locum ad speluncam, ubi absconditus fuit Helias, quando fugit ante Iezabel. Ante ipsa spelunca surgit fons, qui inrigat montem. Inde ascendimus milia continuo tria in summum cacumen montis, in quo est oratorium modicum, plus minus pedes sex in latitudine et in longitudine. In quo nullus praesumit manere, sed orto iam die ascendent monachi et faciunt opus dei. In quo loco omnes pro deuotione barbas et capillos suos tondent et iactant, ubi etiam et ego tetigi barbas.

38 Mons Sina petrosus, raro terram habet. In quo per circuitum cellulae multae seruorum dei et in Choreb similiter et dicunt esse Choreb terram mundam. Et in ipso monte in parte montis habent idolum suum positum Saraceni marmoreum, candidum tam quam nix. In quo etiam permanet sacerdos ipsorum indutus dalmatica et pallium lineum. Quando etiam uenit tempus festiuitatis ipsorum recurrente luna, antequam

1 qui monasterius circumdatus *G* *om. Br* 2 moros *corr. 1. m. G* 3 syphus *G* siriacas *R* syram *Br* egiptias *G* aegyptiacam *Br* et *ante* bessas *om. GR* 4 bersus *G* interpretum *R* singulorum *G* 5 ascendi *R* montem *R* 6 uenientes *R* ad locum speluncae *G* ad speluncam *Br* ab/ //sconditus *rasura duarum litterarum interposita GR* 7 helyas *R* zezabel *GR* ante *in rasura pro* in *G* ipsam speluncam *R* 8 quae *G* irrigat *GBr* 9 trea *G* accumen *R* 10 oraturius modicus *G* in *ante* latitudine *om. GR* latitudinem et longitudinem *G* 12 in *om. R* 13 deuotionem *G* 14 et ego etiam *R in margine cod. R 2. m. ascriptum est:* alias totondi 15 syna *R* circui *in fine lineae G* 16 cellolas *G* cellae *R* cellulae *Br* multorum *G* 16 *et* 17 coreph *G* orep *R* et audiunt se orep terra munda *R* 17 terra munda *G* et in ipso monte *bis R* 18 saracini *G* sarraceni *Br* 20 eorum *G* tamdiu etiam *R* 21 praecurrente luna *GBr* praecurrentem lunam *R* recurrente *Tuch* antequam egrediatur luna *om. R*

egrediatur luna, ad diem festum ipsorum incipit colorem mutare marmor illa; mox luna introierit, quando coeperint adorare, fit nigra marmor illa tamquam pice. Completo tempore festiuitatis reuertitur in pristinum colorem, unde omnino mirati sumus.

Inter Sina et Choreb est uallis, in qua certis temporibus 39
descendit ros de caelo, quem manna appellant et coagulatur et fit tamquam granum masticis et collegitur et doleos exinde plenos habent in monasterio, unde et benedictionem dant ampullas modicas. Nam et nobis inde dederunt sextaria quinque. Ex quo etiam pro condito bibent et nobis dederunt et bibimus. Nam et in ipsis montibus leo et pardus et onagri et durgones, qui et capreae, et burdones, qui in montibus molent, et insimul pascuntur nullusque eorum a leone laeditur propter uastitatem heremi. Et quia iam se complebant dies festi Saracenorum, praeco exiuit: ut, quia non subsisteret per heremo reuerti, per quo ingressi sumus, alii per Aegyptum, alii per Arabiam reuerterentur in sanctam ciuitatem.

De monte Sina in Arabia in ciuitatem, quae uocatur Abila, 40
sunt mansiones octo. In Abila autem descendit nauis de India cum diuersis aromatibus. Nobis autem uisum est per Aegyptum reuerti et uenientes in Fara ciuitatem, ubi pugnauit Moyses

1 color *R* 2 marmoris *R* 3 fiet nigra *R* for[ni]megra *corr. 1. m. G* picem *G* pice *R* pix *Br* conpleto *R* 4 festiuitatis *om. G* uertitur *G* reuertetur *R* pristinam *G* pristino *Br* omnino om̄ *G* 6 syna *R* coreph *G* orep *R* 7 discendit *G* coagolatur *G* coacu[v]lator *R* 8 mastici *R* doleas exinde plenas *G* 12 bibemus *GR*, *corr. 2. m. R* bardus *G* 13 durgonis *G* bardonis *G* in *om. R* montes *G* 14 molent] *in margine* al' manen *R* et *om. R* simul *RBr* *inter* pas *et* cuntur *rasura quattuor litterarum R* et nullus *R* 15 se *om. G* conplebant *R* 16 saracinorum *G* ut qui non *GR* ut nullus *Br* ut, quia non *scripsi* subsistere *GR* subsisteret *Br* qui non subsisteret <absisteret> per eremum *Gildemeister* 17 heremum *R* 18 arabia *G* 19 in arabiam *R* in *om. R* ciuitate *G* ahila *Gildemeister* 20 discendit *G* 21 aroma (*in fine lineae expunctum*) aromatibus *R* egypto *G* 22 ciuitatem fara *R*

cum Amalec, ubi est oratorium, cuius altare positum est super petras illas, quas subposuerunt Moysi oranti. In ipso loco ciuitas munita muris de lateribus, locus sterilis ualde praeter aquas et palmas; in qua ciuitate est episcopus. Et occurrentes mulieres cum infantibus, palmas in manibus portantes et ampullas cum rafanino oleo, prostratae pedibus nostris unguebant plantas nostras et capita nostra, lingua Aegyptiaca psallentes antifonam: 'Benedicti uos a Domino et benedictus aduentus uester, osanna in excelsis.' Ipsa est terra Madian et ipsi inhabitantes in ea ciuitate dicitur, quia ex familia Iethro, soceri Moysi, descendunt. Octingentas condomas militantes in publico cum uxoribus suis, annonas et uestes de publico accipientes de Aegypto, nullum laborem habentes, quia nec habent ubi, eo quod totum harena sit, et praeter singulis diebus habentes singulas equas Saracenas, qui capitum paleas et hordeum, de publico accipient, discurrentes cum ipsis per heremum pro custodia monasteriorum et heremitarum propter insidias Saracenorum, ante quorum timorem non exagitantur Saraceni. Nam exeuntes de ipsa ciuitate a foris illi serant et claues tollent secum. Et illi, qui sunt ab intus, similiter faciunt propter insidias Saracenorum, quia nec habent, ubi exeant foris, praeter caelum et harenam.

1 Amalec] alaci *G* alici *R*, *in margine 2. m.* aliis oraturius *G* oratorium *R* altaris *G* supra *R* 2 petra[s] *corr. 2. m. R* supposuerunt *G* orant *G* orante *RBr* 3 munitas *G* e lateribus *G* sterelis *G* 4 palmas—5 infantibus *om. G* 6 rafanoleo *G* rafano oleo *RBr* rafanino oleo *scripsi* prostratis *GR* unguebant pedes nostros unguebant plantas nostras *R* 7 et lingua *G* 8 antefona *G* 9 madiant *R* 10 in ipsam ciuitatem *G* in ea ciuitatem *Br* quae dicitur *R* iothor *GR* 11 discendunt *G* octoginta *G* in puplico *G* in opilium *R* 12 de puplico *G* 13 nullum laborem *usque ad finem cap. om. Br* qui *R* 14 ubi *om. R* harenas et *G* singulos dies *R* 15 quiqui *R* capitu *GR* 16 puplico *G* accipientes *G* accipiunt *R* accipient *scripsi* ipsum *G* 17 insidia *G* 18 saracini *semper G* antiquorum *GR* at quorum *Gildemeister* ante quorum *scripsi* timore *G* 19 foris *omisso* a *R* illi serrant *G* illis erant *R* 22 harena *R*

41

Exinde uenimus in Sochot et exinde descendimus in Magdalum, etiam et ad locum ad LXXII palmas et XII fontes, ubi applicuimus duos dies delectati post tanto labore et uastitate heremi. In quo loco est castellum modicum, qui uocatur Surandala; nihil habet intus praeter ecclesiam cum presbytero suo et duo xenodochia propter transeuntes. In quo loco arborem piperis uidi et ex ipso collegi. Exinde uenimus ad locum, ubi filii Israhel transeuntes mare castra metati sunt. Et illic similiter castellum modicum, infra se xenodochium. Et inde uenimus ad locum ad ripam, ubi transierunt filii Israhel. Ubi exierunt de mare, est oratorium Heliae, et transcendentes in locum, ubi intrauerunt in mare, ibi est oratorium Moysi. Ibi est et ciuitas modica, quae appellatur Clisma, ubi etiam et de India naues ueniunt. Quo maris loco, ubi transierunt, culfus exit de pelago maiore et extendit intus in multis milibus, qui accessa recessa habet. Recedente mare omnis praefiguratio, arma Pharaonis uel uestigia rotarum curruum parent; sed et omnia arma in marmore conuersa. Illic accepimus nuces plenas uirides, quae de India ueniunt, quas de paradiso credunt homines esse. Cuius gratia talis est: quanticumque gustauerint, satiantur.

1 in sochot—descendimus *om. G* sochod *R* in agmacdalo *G* in amagdalum *R* 2 etiam in *R* *Hic ordo turbatus esse uidetur; scribendum esse existimo:* Exinde uenimus ad locum ad LXXII palmas etc. *et initio cap. 43 inserendum:* Exinde uenimus ⟨in Magdolo et exinde descendimus in Sochot et exinde uenimus⟩ per heremum ad speluncam *etc.* 3 applicabimus *G* applicuimus *RBr* diletati pos *G* tantos labores *G* tantum laborem *Br* uast^{ta}ite *corr. 1. m. R* 4 castellus modicus quae *G* 5 habet *G* habent *R* habens *Gildemeister* 6 duos exsenodocia *G* 7 peperis *G* 8 isrł *G* transierunt *G* 9 se *om. R* exenodocius *G* 10 ad ripam in locum *R* 11 et exierunt *G* heliae—12 oratorium *om. G* 13 et *om. G* 14 qui maris *GR* 15 exiit *R* extenditur *RBr* 16 quia cessare cessa *G* habit *G* 17 praefiguracio *G* arme *G* armae *uel potius* in arena (uestigia currus Pharaonis in arena parent) *Woelfflin, Archiv f. lat. Lex. V 592 coll. Petr. Diac. p. 115, 28* faraonis *R* 18 in *om. R* 19 accipimus *R* uicides, *sed corr. 1. m. R* 20 esse homines *R* gracia *G*

42 Intus autem in pelago ipso ad milia XI est insula modica, petra uiua, in qua pendent digiti molles ut carnei in modum dactalorum, qui fundent unguentum, quod oleum petrinum appellant, qui pro grande benedictione tollitur. Vas, quo portatur, si impletus fuerit et uolueris reiterare ad tollendum, iam non eum recipit nec tenet. In quo loco quanticumque aegroti, maxime daemoniaci, pertingere potuerunt, omnes saluantur. Quem tollentes pro benedictione non eum permittunt integrum exire per Clisma, sed commiscitur cum oleo. Nam si non adulteraretur, credo, quia ipsam uirtutem semper operaretur, nam liquor ipsius unguenti tenet continuo per milia duo. Odor quidem sulphureus. Qualisuis enim tempestas sit maris, tamquam in stagnum infra liquore illo sic stat. Infra ciuitatem ipsam Clisma intus in basilica uidimus locellos ligneos sanctorum patrum heremitarum ultra decem et octo.
43 Exinde uenimus per heremum ad speluncam Pauli, hoc est syriace cuba, qui fons usque hactenus rigat. Exinde iterum per heremum uenimus ad catarractas Nili. Ubi ascendit aqua ad signum, munitio manu facta hominis, hoc est gradus XII. In proximo catarractarum ex utraque parte Nili sunt duae

1 miliaria XII *R om. Br* insola *G* 2 quinque digiti *R om. Br* moles *R* mollis qualia sicut carne *G* modum] loco *R* 3 ung[e]untum *corr. 1. m. R* petrineum *R* 4 grandi *R* tollitur *om. G* qui *G* quod *R* in quo *Br* 5 et impletus *G* et impetus *R* si impletus *Br* reitarare *G* retentare *R* 6 recepit *G* tenit *G* in quem locum *R* quantique *G* 7 potuerint *R* 8 benediccione *G* eam *G* permittit *GR* 9 iterum exire *R om. G* integrum *scripsi* de clisma *G* 10 et si *R* ipse *R* operabatur *G* 11 ligor *G* tenit *G* 12 dua *G* sulphoreus *G* 13 maris sit *R* litore *corr. 1. m. in* ligore *G* liquorem illum *R* 14 ipsa *G* intos *corr. 1. m. G* lucellos *G* 15 XIII *R* XIIII *Br* 16 *huc transponendum existimo, quod supra, p. 187, 1, de Magdalo et Sochot commemoratur* 17 syracumba *codd.*, syriace cuba *scripsi coll. Hieron. uita Pauli et comm. in Hierem. c. 6* quae fons *G* actenus *GR* deinde *G* 18 catractius *corr. 1. m.* in cataractius *G* cataractas *R* 19 signo *G* monicio manum *G* grados *G* 20 proximum *G* cataractarum *R*

ciuitates, quas dicunt filias Loth fabricassent, ex quibus una dicitur Babylonia. Venientes per campos Taneos uenimus in Memphi ciuitate et Antinou, in qua resedebat Farao, ex qua et filii Israhel exierunt. In ipsis locis sunt duodecim horrea Ioseph plena.

In Memphi fuit templum, quod est modo ecclesia, cuius 44
una regia se clausit ante Dominum nostrum, quando cum beata Maria illic fuit, et usque hactenus non potest aperiri. Ibi enim uidimus pallium lineum, in quo est effigies Saluatoris, quem dicunt tempore illo tersisset faciem suam in eo et remansisset imago ipsius ibi, quae singulis temporibus adoratur. Quem adorauimus et nos, sed propter splendorem non potueramus intendere, quia, quantum intendebas, inmutabatur in oculis tuis.

Descendentes per Aegyptum uenimus in ciuitatem Athlefi et 45
perambulauimus usque ad sanctum Mennatem, qui multas uirtutes ibi operatur. Inde ascendentes in nauicula per stagnum uenimus Alexandriam. In ipso stagno uidimus multitudinem corcodrillorum. Alexandria ciuitas splendida, populus leuissimus, sed amatores peregrinorum; haereses multae. Ibi enim requiescit sanctus Athanasius, sanctus Faustus, sanctus Epimachius, sanctus Antoninus, sanctus Marcus uel alia multa corpora sanctorum.

1 filiarum loht *R* fabricassent—3 memphi *om. R* unum *G* 2 babillona *G* campus *G* taneos *littera* h *2. m. superscripta G* 3 nemphis ciuitate *G* antinuo *G* antino *R* ex quibus *G* 4 israhel *om. R* XV *G* orrea *R* 6 nemphi *G* nimphi *R* nymphi *Br* que *G* basilica *R* 7 unam regiam reclusit *G* 8 actenus *GR* aperire *G* 9 palleum *G* officius *G* 10 tersisse *R* 11 remansisse imiginem (*sic*) *R* quem *G* qui *R* si^{n}gulis *corr. 1. m. R* 12 quem *om. G* et nos *om. R* sed nos adorauimus *Br* putueramus *GR* 15 descendentibus *R* ciuitate *G* athlefi uenimus ad sanctum mennatem *R* 16 mennate *G* 18 alexandria *G* in ipsum stagnum *G* multi^{tu}dinem *corr. 1. m. G* 19 corquhodrillorum *G* ciuitas est *G* populum leuissimum *GR* 20 heresis *G* 21 epimidius *G* epimaclius *R* 22 mareus *R*

46 Iterum uenientes in Hierusolima, ubi etiam aegrotus remansi per multum tempus. Euidenter oculata fide uidi beatam Euphemiam per uisionem et beatum Antonium; quomodo uenerunt, sanauerunt me. Egressus de Hierusolima descendi in Ioppe. Ibi iacet sancta Tabitha quae et Dorcas dicitur. Deinde ueni Caesarea Philippi, quae turris Stratonis, quae et Caesarea Palaestinis uocatur. In qua requiescit sanctus Pamphilus, sanctus Procopius, sanctus Cornelius, ex cuius lectu benedictionem tulimus. Inde per Galilaeam ascendimus et uenimus Damascum. Ibi est monasterium ad miliario secundo, ubi sanctus Paulus est conuersus, uicus qui uocatur rectus, in quo multae fiunt uirtutes. Deinde uenimus Heliopoli, et exinde uenimus Emiza, ubi est caput sancti Iohannis baptistae, qui est missus in doleo uitreo, quem etiam infra doleum oculis nostris uidimus et adorauimus. Exinde transeuntes per ciuitates, hoc est Larissa Aristosa et Epifania, uenimus in ciuitatem splendidissimam Apamiam, in qua est omnis nobilitas Syrorum.

47 Exeuntes de Apamia uenimus Antiochia maiore, in qua requiescit sanctus Babyllas et tres paruuli, sancta Iustina et sanctus Iulianus et fratres Machabei, hoc est nouem sepulchra, et super uniuscuiusque sepulchrum pendent tormenta ipsorum.

1 hierosolimam *omisso* in *R* hierusolima *Br* permansi *G* 2 tempore *G* culatu fidei *G* oculata fide *R* beata eufemia *G* 3 per uisione *G* beato antonino *corr. in* antonio *G* uenerant *R* 4 et sanauerunt *R* hierosolima *R* ioppen *R* 5 ubi *G* thabita *GR* quae dorcas *omisso* dicitur *R* torcas *G* 6 caesaream *R* cesarea philipi *G* torris *G* 7 palestinae *R* 8 lectum *G* 9 extulimus *R* et per galilea *G* item per galileam *R* inde *Br* 10 dasmasco *G* monasterius *G* et monasterium *R* miliarium secundum *R* 11 uicusque *R* in quo loco *G* 12 elyopoli *G* aeliopoli *R* 13 emaza *R* capud *G* sancti *om. G* 14 quem—doleum *om. G* 15 hoc est *om. G* arissa *R* 16 epythamie *G* epifama *R* uenimus—apamiam *om. G* ciuitatem splendidissimam apamiam *R* 17 omnis *om G* 18 Deinde uenimus in antiochia *G* anthiam maiorem *R* 19 babillas *GR* byllas *Br* paruoli *G* et *ante* sanctus *om. G* 20 et fratres et machabei *R* est *om. G* 21 menta *G* eorum *R* illorum *Br*

Exinde descendimus in Mesopotamiam in ciuitatem Chalcida. Deinde uenimus in Carran, ubi natus est Abraham, et descendentes nos inde uenimus in ciuitate Barbarisso, ubi requiescit sanctus Bacchus, frater sancti Sergii. Deinde uenimus in ciuitate Suras, per qua ciuitate media descendit fluuius Eufrata, qui in ipso loco per ponte transitur. In ipsa passi sunt sanctus Sergius et sanctus Bacchus, et ad duodecim milia intus in heremo inter Saracenos requiescit sanctus Sergius in ciuitate Tetrapyrgio.

1 discendimus *G* mesopomia *G* calcedona *G* chalcedā *R* 2 exinde *R* inde *Br* carram *G* habraham *G* discendentes *G* 3 nos inde *om. R* ciuitatem *R* ibi *R* 4 baccus *R* exinde *R* inde *Br* 5 Suras] foras *R* quam ciuitatem mediam *R* discendit *G* eufraten *R* 6 pontem *R* sunt passi *R* 7 baccus *R* et decem et octo *R* 8 in heremum *G* in heremo *post* saracenos *collocauit R* saracinos *G* 9 titra pergirum *GR* Explicit *G* Explicit deo adiuuante amen *R*

ANTONINI PLACENTINI

ITINERARIVM.

RECENSIO ALTERA.

Br = cod. Bruxellensis 2922 s. IX.
M = cod. Monacensis 19149 s. X.
B = cod. Bernensis n. 582 s. X.

DE LOCIS SANCTIS, QVOS PERAMBVLAVIT BEATVS ANTONINVS MARTYR.

Procedente beato Antonino martyre una cum collega suo, 1 a
ex eo quod ciuitatem Placentiam egressus est, in quibus
locis per regnum conatus est ire, uestigia Christi sequentes
et miracula sanctorum prophetarum prouidere coeperunt. Ita
exeuntibus nobis de Constantinopolim uenimus in insula Ciprum
in ciuitate Constantia, in qua requiescit sanctus Epiphanius.
Ciuitas pulchra, dilitiosa, ornata palmis dactalorum. Dein
uenimus partibus Syriae in insula Santaritus ad Tirum.

Tunc uenimus Tholomaida, ciuitate onesta, monasteria bona. 2 b
Tholomaida permanet contra ciuitatem milia sex in castra 3
Samaritanorum, miliario a Sugamina. Sub monte Carmelo super
ipsa castra miliario semis monasterium Helysaei prophetae,
ubi ei occurrit mulier, cuius filium suscitauit in monte Car-
melo. Ibique est petra modica, rotunda; quando exagitatur,
sonat, quia solida est. Talis autem est uirtus petrae illius,
ut, si suspensa fuerit mulieri uel cuicumque animali, iactum
numquam faciet, et a ciuitate sex aut septem milia personat.

De Tholomaide maritima uenimus in finibus Galileae in ciui- 4
tatem, quae uocatur Neocesarea. In qua adorauimus amola et
canestellum sanctae Mariae. In quo loco erat cathedra, ubi

Titulus deest B 6 sanctorum *om. B* 7 constantinopoli *litt.* m *erasa Br* insulam cyprum *B* 8 ciuitatem constantinam *B* epyphanius *Br* 9 pulcra deliciosa *B* dactilarum *B* Deinde *B* 10 in partes siriae *B* in insulam *B* tyrum *B* 11 ptholomaidam *B* ciuitatem honestam et *B* 12 ptholomaida manet *B* miliaria *B* castris *B* 13 carme///lo *B* 14 ipsum castrum *B* elysei *B* 15 occurrit ei *B* 16 est *om. B* 17 uirtus est *B* 18 supensus *B* aut *B* 19 milaria *B* 20 ptholomaida *B* fines *B* 21 neocessarea *B* amula *B* 22 canistellum *B*

sedebat, quando ad eam angelus uenit. Deinde milia III uenimus in Chana, ubi Dominus fuit ad nuptias, et accubuimus in ipso accubitu. Ubi ego indignus parentum meorum nomina scripsi. Ex quibus hydriae duae ibi sunt, impleui aqua unam et protuli ex ea uinum et in humero plena leuaui et obtuli ad altare, et in ipso fonte pro benedictione leuauimus.

1 b Et inde uenimus in partibus Syriae, ubi requiescit sanctus Leontius, quae ciuitas tempore Iustiniani imperatoris subuersa est a terrae motu cum aliis ciuitatibus. Venimus exinde Bibolo, quae et ipsa ciuitas cum hominibus subuersa est. Exin in ciuitate Triari, quae et ipsa subuersa est. Deinde uenimus in ciuitate splendidissima Beritho, in qua nuper fuit studium litterarum, quae ciuitas subuersa fuit. Dicente nobis episcopo ciuitatis, quia cognitae fuerant personae excepto peregrinis, qui ibi perierant. Ipsa ciuitas iacet sub montana Libani.

2 a A Berito uenimus Sidonem, quae ex parte ruit et ipsa adheret Libano, homines in ea pessimi; illic currit fluuius Asclepius, et fons, unde surgit, stat. De Sydone uenimus Sareptha, quae ciuitas modica et ualde christiana est; in qua est caenaculum illud, quod factum fuerat Haeliae, et lectum, ubi recubuit, et alueus marmoreus, ubi illa uidua fermentauit, in quo loco multa offeruntur et uirtutes multae fiunt. Exeuntibus nobis de Sareptha uenimus in ciuitate Tyro; a Tyro usque Sareptha continue milia septem. Tyrus ciuitas, homines potentes, uita pessima, tanta luxuria, quae dici non potest. Ginetia publica, olosericum et diuersa genera telarum.

5 At uero de Tyro uenimus in ciuitatem Nazareth, in qua

1 miliario III *B* 2 acubuimus *B* 3 acubitu *B* 4 Ex quibus *om. B* idriae *B* ibi *om. B* 5 humerum plenam *B* optuli *B* 6 lauimus *B* 7 Exinde *B* partes *B* 9 a *om. B* bibilo *B* 10 Exin—est *om. B* 11 ciuitatem splendidissimus ab eritho *B* 13 fuit] est *B* 14 cui cognitae *B* quae *B* 16 beritho *B* sydonem *B* 18 inde *B* stat *om. B* sareptam *B* 19 in qua cen. *B* 20 helyae *B* 21 loco uirtutes multae fiunt et illuc multa offeruntur *B* 22 sarepta *B* 23 ciuitatem *B* sareptam *B* continua miliaria *B* 24 habet homines *B* 25 tantae luxuriae quantae *B* genetia puplica *B* 27 *post* Tyro *magna lacuna in cod. B*

sunt multe uirtutes. Ibi etiam pendit thomus, in quo Dominus a b c habuit impositum. In qua etiam synagoga posita est trauis, ubi cum aliis sedebat infantibus. Quae trauis a christianis agitatur et subleuatur, Iudaei uero nullo modo possunt eam agitare, sed nec permittit se foras tolli. Domus sanctae basilica est et multa ibi sunt beneficia de uestimentis eius. In ciuitate uero illa tanta est gratia mulierum Hebreorum, <ut> in terra illa inter Hebreas pulchriores <non> inueniantur, et hoc a sancta Maria sibi concessum dicunt; nam et parentem suam dicunt eam. Et dum nulla sit caritas Hebreis erga christianos, ille omnem sunt caritate plenae. Prouintia paradiso similis in tritico, in fruges similis Aegypto. Modica quidem, sed praecellit in uino et oleo et poma melliumque, sed et milium extra natura altum nimis super statum hominis talea grossa.

6 De Nazareth uenimus in monte Tabor, qui mons exiit in medio campestri, terra uiua, tenens circuitum milia VI, ascensum milia IIIa, sursum ad unum miliarium planum, in quo sunt tres ecclesiae, ubi dictum a discipulo est: 'Faciamus hic tria tabernacula'. In circuitu diuersae ciuitates, quae in Regum leguntur. De Tabor uenimus ad mare Tyberiadis in ciuitatem, quae alio tempore appellata est Samaria, modo uero dicitur Neapolis, in qua puteus est, ubi Dominus a muliere Samaritana aquam petiit, et ibi facta est basilica sancti Iohannis, et ipse puteus est ante cancellos altaris et situla, de qua dicitur, quod Dominus biberit, et multi aegri ibi ueniunt et sanantur.

7 Deinde uenimus in ciuitate Tyberiade, in qua sunt termae salsae. Nam aqua maris ipsius dulcis est, quae mare circat milia VIII. Deinde uenimus in Capharnaum in domo beati Petri, quae est modo basilica. Inde transeuntes per castra uel uicos aut ciuitates uenimus ad duos fontes, scilicet Ior et Dan, quae in unum confluunt et uocitatur Iordanis. Paruus ingreditur

18 Matth. 17, 4   Marc. 9, 5   Luc. 9, 33

8 ut *om. Br*   non *om. Br*   18 miliarium. Planum *Br*

mare et pertransit totum maris pelagum usque alio litore maris. Reuertentes post nos uenimus ad locum, ubi Iordanis de mare egreditur, transiuimus Iordanem in ipso loco et uenimus in ciuitatem, quae uocatur Gaddera, quae et Gabaon dicitur. In ista parte ciuitatis miliario tertio sunt aquae calide, quae appellantur termas Heliae, ubi leprosi mundantur; ibi et synodochium delicias de publico habens, et ora uespertina mundantur termae. Ante ipsum uero clybanum grande est solium, qui dum impletum fuerit, omnia ostia clauduntur et per ostium mittuntur intus cum luminaria et incensum et sedent in illo solio tota nocte. Et dum soporati fuerint, uidet ille, qui mundatus est, aliquam uisionem, et dum eam recitauerit, non mundantur ipsae termae per VII dies. Ibi uero defunctus est collega noster Iohannes de Placentia. Nam ipse fluuius calidus, qui uocatur Gaddera, descendit torrens et intrat in Iordanem et ex ipso ampliatur Iordanis et maior fit.

8 Et tunc descendimus per Galileam iuxta Iordanen transeuntes multas ciuitates, quae leguntur, uenimus in ciuitate metropoli Galileae, quae uocatur Scitopolis, in monte posita, ubi sanctus multas operatur uirtutes. Exinde descendimus per alia loca Samariae et Iudeae in ciuitate Sabastea, in qua requiescit Heliseus propheta. Descendentes per campestria, ciuitates uel uicos Samaritanorum et plateas, unde transiuimus, uenientes post nos Iudaei, cum paleas uestigia nostra incendentes. Tanta illis est exsecratio utrisque; christianis quidem responsum faciunt. Attamen, ut, quod ab illis emere uis, non tangas, priusquam pretium des; quod si tetigeris et non comparaueris, mox scandalizabuntur. Nam foris uico habent condoma una posita, qui ipsius faciunt responsum; nummos autem non accipiet de manu tua, sed tu in aqua proicies eos et denuntiant tibi, quando ingrediaris. Tunc uero noli expuere; si

3 transiuiuimus, *sed ead. m. corr. Br* 26 Attamen. *Hic denuo incipit B* ut *om. B* non tangas *post* des *coll. B* 27 conparaberis *B* 28 foris uico habent *om. B* comdoma *B* 30 accipiunt *B* aquam *B* 31 Tu uero *B*

autem expueris, scandalizabuntur. Sero autem purificant se in aquam et sic ingrediuntur in uico aut in ciuitatem.

Deinde uenimus in loco, ubi Dominus de quinque panibus 9
et duobus piscibus quinque milia hominum satiauit extra paruulis et mulieribus, extensa campania, oliueta et palmeta. Exinde uenimus ad locum, ubi baptizatus est Dominus. In ipso loco filii Israhel transierunt Iordanem et filii prophetarum perdiderunt securem. Et ex ipso loco Helias assumptus est in caelum ibique mons Hermon modicus, qui legitur in psalmo. Ad pedes montis ipsius ascendit de fluuio nubes; ora prima, oriente sole Hierusolimam uenit super basilicam, quae est in Syon, et super basilicam sanctae Mariae ad sancta Soffia, quae fuit praetorium, ubi auditus est Dominus. Super his locis descendit ros sicut pluuia et colligunt eam medici et in ipso quocuntur omnes confectiones per synodochia. Nam multi languores sanantur ibi, ubi cadit ipse ros; ipse est enim ros, de quo propheta canit Dauid: *Sicut ros Hermon, qui descendit in Syon*. In illa ripa Iordanis est fons, ubi baptizabat sanctus Iohannes; inde usque Iordane milia duo. In ipsa ualle inuentus est Helyas, quando ei coruus deferebat panem et carnes. In circuitu autem uallis ipsius multitudo heremitarum.

Et ibi prope est ciuitas, quae uocatur Salamiada, ubi reman- 10
serunt duo semis tribus Israel, priusquam transirent Iordanem, in quo loco sunt termae ex se leuantes, quae uocantur termae Moysi. Ubi etiam et leprosi mundantur, et ibi est dulcissimus aquae fons, quae bibitur pro catarcium et multos sanat languores. Non longe a mare salinarum, in qua Iordanis ingreditur

9 Psalm. 41, 7 17 Psalm. 132, 3

2 ingredientur, *corr. ead. m.* *B* uicum *B* 3 locum *B* 4 exceptis *B* 5 ibi sunt oliueta *B* 6 Et in *B* 7 loco *om.* *B* 8 helyas *B* 9 mons est *B* modicus *om.* *B* 11 et ierosolimam ueniet *B* 12 sanctam sophiam *B* 13 haec loca *B* 14 ea *B* ex ipso coquuntur *B* 16 ipse est enim ros *om.* *B* 19 iordanem miliaria *B* 24 thermae *B* ex se leuantes *om.* *B* thermae *B* 25 et *om.* *B* et *om.* *B* 26 qui *B* pro catartico *B* 27 autem mare *B* in quod *B*

subtus Sodoma et Gomorra, ad cuius litus bitumen et sulphur colligitur. In quo mare mense Iulio et Augusto et usque medio Septembrio tota die iacent leprosi, ad uesperum autem leuantur in ipsas termas, et aliquotiens Dominus, quem uult, mundat. Nam et generalitate est aliqua permitia. In quo mare nihil uiuificatur, nec lignea nec paleae ibi natant neque homo ibi natare potest. Sed quicquid ibi proiectum fuerit, in profundum demergitur. De Iordane usque ad locum, in quo Moyses de corpore exiit, sunt milia octo. Exinde non multum longe a Segor, in quibus locis multi heremitae. Vidimus et ibi monumentum Absalon, filii Dauid.

11 Tenuimus theophania iuxta Iordane, et ibi fiunt mirabilia, ubi baptizatus est Dominus, in ipsa nocte. Est ibi tumulus cancellis circumdatus, et in loco, ubi redundat aqua in alueum suum, posita est crux lignea intus in aquam ex utraque parte marmoris. In uigiliis theophaniae grandes fiunt uigiliae, populus infinitus, et quarta aut quinta uice gallo canente fiunt uigiliae. Completis matutinis primo diluculo surgentes procedunt ministeria sub diuo, et diaconi tenentes sacerdotem descendit sacerdos in fluuium, et ora qua coeperit benedicere aquam, mox Iordanis cum magno rugitu post se reuertitur, et stat aqua superior in se, usquedum baptismus perficitur; inferior uero fugit in mare dicente psalmista: Mare uidit et fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. Tunc omnes Alexandrini habent ibi suas naues cum hominibus habentes colaphos plenos aromatibus et balsamo. Et hora, qua benedixerint fontem, antequam incipiant baptizare, fundunt illos colaphos in fluuium

23 Psalm. 113, 3

1 subtus—Gomorra *om.* *B* 2 mare *om.* *B* 3 medium septembrem *B* 4 lauantur in ipsis thermis *B* 5 parmitia *B* 6 lingua *B* natare possunt *B* neque—potest *om.* *B* 7 in illud proicitur *B* 9 miliaria *B* a *om.* *B* 10 heremite multi *B* 12 theophaniam *B* iordanem *B* mirabilia multa *B* 15 aqua *B* 16 grades *Br* 19 diuum *B* 20 hora *B* 21 rugitu] strepitu *B* 23 uidit *om.* *B* 25 naues suos (*sic*) *B* 26 Et *om.* *B* benedixerunt *B*

et tollunt aquam benedictam et exinde faciunt aquam sparsionis in suis nauibus, antequam exeant ad nauigandum. Baptismo completo descendunt omnes in fluuium pro benedictione induti sindones et alias multas speties, quas sibi ad sepulturam seruant. Haec perfecta omnia statim aqua in proprio reuertitur alueo. Nam unde surgit Iordanis a mare Tyberiadis, usque ad mare salinarum, ubi deficit, sunt milia CXXX.

In illa uero ripa Iordanis est spelunca, in qua sunt cellulae 12
VII cum septem puellis, que ibi infantulae mittuntur. Et cum aliqua ex eis mortua fuerit, in ipsa cellula sepelitur. Et alia cellula inciditur et mittitur ibi alia puella, ut numerus stet, et habent foris, qui eis cibaria preparet; in quo loco magno cum timore ingressi sumus ad orationem, nullius ibi faciem uidimus. In ipso loco dicitur esse sudarium, quod fuit super caput Iesu. Non multum longe a Iordane, ubi baptizatus est Dominus, est monasterium sancti Iohannis ualde magnum, in quo sunt sinodochia duo. In ista uero uel in illa ripa Iordanis per loca submontana inueniuntur serpentes, de quibus conficitur tyriaca; inde uenimus ad Iordanem.

De Iordane usque Hiericho milia VI; Hiericho autem in 13
oculis hominum ita uidetur ut paradisus. A terre motu muri diruti; domus Raab stat et est sinodochium, sed et cubiculum, de quo exploratores deposuit, oratorium est sanctae Mariae. Lapides uero illi, quos leuauerunt filii Israel de Iordane, non longe a ciuitate Hiericho positi sunt in basilica post altare. Et ante basilica campus ager Domini, in quo Dominus manu propria seminauit ferens satum quasi modia tria. Qui etiam

1 tollent inde *B* 3 omnes *om.* *B* 4 sindonibus et aliis multis speciebus *B* 5 Haec omnia dum perficiuntur *B* in proprium reuertitur alueum *B* 6 iordanis surgit id est *B* 9 VII cellulae *B* quae illuc *B* 11 ibi] in eam *B* 12 et *om.* *B* preparant *B* In quem locum *B* cum magno timore *B* 14 uidimus in ipso loco. Dicitur ibi esse *B* 15 Non longe multum, ubi baptizatus est dominus in iordane *B* 18 inuenientur *B* 19 tiryaca *B* 20 miliaria *B* autem *om.* *B* 21 esse ut paradysus *B* 24 israhel *B* 25 Hiericho *om.* *B* 26 basilicam *B* campus *om.* *B* 27 satis *B*

colligitur et numquam seritur, sed ex se profert semen. Colligitur autem mense Februario et inde communicantur in pascha. Cum collectum fuerit, aratur et iterum cum reliquas messes colligitur.

14 At uero fons aquae, quem indulcauit Heliseus propheta, inrigat omnem Hiericho, ubi nascitur uinum potiscon, qui febricitantibus datur; ibi nascitur dactalum de libra, ex quibus mecum in prouintia adduxi et dedi inde unum domno Paterio patritio. Ibi nascitur caedrus de libras quadraginta et uirga fassioli duo pedes longa; ibi est et uitis, unde in ascensione Domini plenas cistras racemis in monte Oliueti uenales sunt et inde pentecosten mixtum exinde plena colata proponuntur.

15 Exeuntibus nobis de Hiericho uenimus contra Hierusolimam; non longe a Hiericho est illa arbor, in qua Zacheus ascendit, ut uideret Dominum. Quae arbor infra oratorium inclusa est et per tectum desuper sicca uidetur. Igitur exeuntes de Hiericho uenimus contra occidente in sinistra manu et intrauimus uillis Sodomae et Gomorre. Super qua prouintia descendit semper obscura nubes cum odore sulphureo. Nam quod dicunt homines de uxore Loth, eo quod lingendo ab animalibus minuatur, mendacium est, sed stat in statu, quo fuit.

16 Ascendentes de montana Hierusolimorum uenimus Baoridem. Inde reuertentes ad sinistram ad oppida montis Oliueti uenimus in Bethania ad monumentum Lazari. Nam respicientes ualles illas et perambulantes monasteria multa mirabiliorum loca uidimus clausam multitudinem in monte Oliueti uirorum ac

2 mense *om. B* 3 reliquiis (*sic*) messibus *B* 6 potissimum quod *B* 7 de libra *om. B* 8 in prouincia duxi *B* inde *om. B* 9 patricio *B* de libras quadraginta *om. B* 10 fassiola duorum pedum longa *B* 11 plenae canistrae racemis *B* 12 et in pentecosten *B* plana *B* propon$^{\text{un}}$itur, *sed corr. ead. m. B* 13 hierosolimam *B* 14 a hierico *Br* ab hiericho *B* 15 dominum] iesum *B* est inclusa *B* 17 occidentem in sinistram manum *B* ualles *B* 18 quam prouinciam *B* 20 eo *om. B* muniatur *Br* 22 montanis *B* hierosolimorum *B* *post* Baoridem *erasum est* ponte *B* 23 ad sinistram *om. B* opida *B* 24 in bethaniam *B* 25 et mirabiliorum *B* et *expunxit Br* 26 oliuarum *B*

mulierum. Et rursum in monte, unde Dominus ascendit ad patrem, ubi et iudicare ueniet, uidimus copiosa et cellula, ubi inclusa fuit uel iacet in corpore sancta Pelagia. Et in ipso monte iacet Iacobus Zebedaei et Cleophas et multa sanctorum corpora.

Descendentes de monte Olìueti uenimus in uillam Gethse- 17
mani in loco, ubi traditus est Dominus. In quo sunt tria accubita, in quae ille accubuit et nos pro benedictione accubuimus, et in ipsa ualle est domus sanctae Mariae, de qua eam dicunt ad caelos fuisse sublatam. Et ipsa uallis Gethsemani ibidem uocatur Iosaphat. In dexteram partem porte est oliuetum et ficulnea, in qua se Iudas laqueo se suspendit, hoc est ad portam Hierusalem. Cuius taleas stat munita petris; porta ciuitatis, quae coherit portae speciosae, quae fuit templi, cuius liminare et tribulatio stat.

Clinantes proni in terram ingressi sumus in sanctam ciui- 18
tatem, in qua adorantes Domini monumentum; quoniam ipsud monumentum, in quo corpus Domini positum fuit, in naturale excisus est petra. Lucerna hydria, quae illo tempore ad caput eius posita fuerat, ibidem ardet die noctuque. Ex qua benedictionem tulimus et recomposuimus ea. In quo monumento deforis mittitur terra, et ingredientes benedictionem tollunt. Lapis uero, unde clausum fuit monumentum, ipsud est ante illius monumento. Color uero petrae, quae excisa est de Golgotha. Nam ipsa petra ornata est ex auro et gemmis et in postmodum de ipsa petra factum est altare in loco, ubi crucifixus est Dominus. Petra uero monumenti uelut molaris et est infinitae ornata; uirgis ferreis pendentes brachialia, dex-

2 copiosam multitudinem et cellulam *B* 4 corpora sanctorum *B* 6 gessemani *B* 7 in locum ubi dominus traditus est *B* 8 acubita *B* acubuit *B* in quibus *B* 9 uillae *B* 10 gessemani *B* 11 uocatus est *B* in dextra parte *B* 13 tale adstat munitae *B* 14 coheret *B* 16 Inclinantes nos *B* 17 quō ipsum *B* 18 in naturali excisum est petra *B* 19 ydriae *B* 21 eam *B* 22 ingredientes deforis benedictionem portant *B* 23 ipsum est ante monumentum illud *B* 24 de petra Golgotha *B* 26 in *ante* postmodum *om.* *B* 28 in fine ornata ex auro et gemmis *B*

troceria, murenas, monilia, anuli, capitulares, cingella, irata, baltei, coronas. Imperium ex auro uel gemmis et ornamenta plurima. Et ipsud monumentum in modum aedae coopertum ex argento et ante monumentum altare positum.

19 A monumento usque Golgotha sunt gressi LXXXta. Ab una parte ascenditur per gradus, unde Dominus ascendit ad crucifigendum. Nam et in loco, ubi fuit crucifixus, apparet cruor sanguinis, et in ipso latere petrae est altare patriarchae Abraham. In quo ibat offerre Isaac, quando temptauit eum deus. Ibi et Melchisedec hobtulit sacrificium Abrahae, quando reuertebatur cum uictoria a caede Amalech. Tunc ibidem dedit ei Abraa omnem decimationem in hostias. Iuxta ipsum altare est cripta, ubi ponis aurem et audis flumina aquarum, et iactas pomum aut quod natare potest, et uadis ad Solua fonte et ibi eum suscipiens. Inter Syna et Golgotha credo est miliarium. Nam Hierusolima aquam uiuam non habet praeter in Solua fonte.

20 De Golgotha usque ubi inuenta est crux sunt gressi L; in basilica Constantini coherentem circa monumentum uel Golgotha in atrio ipsius basilicae est cubiculum, ubi lignum crucis reconditum est, quem adorauimus et osculauimus. Nam et titulus, qui super caput Domini positus fuerat, in quo scriptum est: 'Iesus Nazarenus, rex Iudaeorum' tenui in manum et osculaui. Quod lignum crucis de nuce est. Procedente uero sancta cruce ad adorandum de cubiculo suo et ueniente in atrio, ubi adoratur, eadem ora apparet in caelo stella et uenit

1 murena *B* 2 belthei *B* 3 Ipsum *omisso* et *B* aedae] medie *B* 5 A monumento uero *B* 6 per ascenditur gradus *B* hubi *B* 7 ubi *om. B* 8 petri *B* 9 in quod *B* 10 obtulit *B* 11 amalec *B* 12 Abraa *om. B* *post decimationem rasura complur. litt. B* illud *B* 13 a ponis, *sed exp. l.* a *B* 14 aut aliud quod *B* uades *B* siloam fontem *B* 15 suscipies *B* syna] siloam *B* 16 esse *B* 17 praeter siloam fontem *B* 18 usque ad locum *B* gressus *B* 19 basilicae *B* 20 otrio *Br* 21 osculabimus *B* 22 capud *B* positus] pot *Br* 23 in manu *B* 24 de nucis *B* 26 atrium *B* hora *B* stella in caelo *B* ueniet *B*

super locum, ubi crux residet. Et dum adoratur crux, stat super eam stella. Et affertur oleum ad benedicendum ampullas medias. Hora uero, qua tetigerit lignum crucis has ampullas, mox ebulliet oleum foras. Et nisi citius claudantur, totum ebulliet foras. Reuertente uero cruce in loco suo et stella pariter reuertitur, et post reclausam crucem ultra non apparet stella. Nam ibi est canna et spongia, de quibus legitur in euangelio. Cum qua spongia aquam bibimus. Et calix onichinus, quem benedixit in caena, et aliae multae uirtutes. Species beatae Mariae in superiori loco, et zona ipsius et ligamentum, quo utebatur in capite. Et ibi sunt septem cathedrae marmoreae seniorum.

Inde ascendimus in turre Dauid, ubi decantauit psalterium, 21
magna ualde in caenaculis singulis. Quae turris quadrangulis et opus scalptum non habens tectum. In qua et christiani pro deuotione ad mansionem ascendunt, et circa medio noctis spatio surgentes audiunt uoces murmurantium deorsum in ualle Iosaphat contra Iordanem ad loca, quae respiciunt contra Sodoma et Gomorra.

Deinde uenimus in basilica santa Syon, ubi sunt mira- 22
bilia multa. Inter quibus, quod legitur de lapide angulare, qui reprobatus est ab aedificantibus. Domino ingrediente in ipsa ecclesia, quae fuit domus sancti Iacobi, inuenit lapidem deformem in medio iacentem, tenuit eum et posuit in angulo. Quem tenes et leuas in manibus et ponis aurem in ipso angulo, et sonat in auribus tuis quasi multorum hominum murmuratio. In ipsa ecclesia est colomna, ubi Domi-

1 crux *post* adoratur *om.* *B* 4 foras oleum *B* Et nisi—foras *haec uerba supra omissa in margine inferiore ead. m. ascripsit B* 5 in locum suum *B* 6 reclusam *B* 7 est *om.* *B* 13 uenimus *B* turrem *B* 14 singulis *om.* *B* quadrangula *B* 15 sculptum *B* in quam *B* et *om.* *B* 16 medium noctis spatium *B* 18 iosaphath *B* contra sodomam et gomorram *B* 20 basilicam sancti sion *B* 21 inter quos legitur *B* de illo *B* lapite *Br* 23 in ipsam ecclesiam *B* domus sancti iacobi fuit *B* iacobi. Inuenit *Br* 25 angulum *B* tene^{n}s *corr. 2. m. Br* leues *B* manus *B* pones *B* 26 in ipsum angulum *B* 27 columna *B* ubi—columna *p. 206, 1 om. Br*

nus flagellatus est, in qua columna tale est signum, ut dum eam amplexus fuisset, in ipsa pectus eius adhaesit, et apparent in ea palmae et digiti, ita ut per singulis languoribus tollatur et circa collum habent et sanantur. In ipsa columna est et cornu illud, de quo reges unguebantur. Unde et Dauid unctus est in regno, et ibi est et corona de spinis, de qua Dominus fuit coronatus. Ibi et lancea, de qua in latere percussus. Ibi et lapides multi, cum quibus fuit lapidatus Stephanus. Ibi columna, in qua crux posita fuit beati Petri, ubi crucifixus est Romae. Ibi et calix, in quo post resurrectionem Domini missas celebrarunt apostoli. Et multa alia mirabilia, quae non recolo. Ibi est monasterium puellarum, et ibi uidi testam hominis inclusam in loculo aureo ornata gemmis, quae dicunt esse capud martyris Theodote. In qua multi aquam pro benedictione bibebant et ego bibi.

23 De Sion uero usque in basilica sancte Marie, ubi est congregatio magna monachorum et mulierum, mensas innumerabiles, lecta languentium, sunt tria miliaria et orauimus in pretorio, ubi auditus est Dominus, et modo est basilica sancte Sophie. Ante ruinas templi Salomonis sub platea aqua decurrit a fonte Syloa secus porticum Salomonis. In ipsa ecclesia est sedes, in qua sedit Pilatus, quando audiuit Dominum. In qua petra quadrangula, in quam reus leuabatur, ut ab omnibus audiretur et uideretur, in eam leuatus est Dominus, quando auditus est a Pilato. Ibique remansit illius imago, pedem pulcrum, modicum, subtilem, statura communis, pulcra facies, capillo subanelato, manum formosam, digiti longi, quantum imago designat, quae illo uiuente et pedibus ambulante depicta est et posita in ipso

1 signum est *B* 2 ea *Br* 3 ea] ipsa *B* per *om.* *B* mensura tollatur *B* 4 habeant et sanatur *B* et *om.* *B* 5 ungebantur *B* 6 regnum *B* et *post* est *om.* *B* 7 fuit dominus coronatus *B* 8 de quibus lapidatus est *B* 9 posita est *B* ubi] in qua *B* 10 percussus est *B* 11 celebrarum *Br* celebrabant *B* 12 reloco *Br* et monasterium *B* 13 ornatam *B* 14 capud *om.* *B* 16 basilicam *B* hic *magnam lacunam exhibet Br a uocabulo* Marie *usque ad* in ipso pretorio *p. 207, 1* 17 menses in^{nu}merabiles *B* 19 et modo auditus *B* 20 sup *B*

pretorio. Nam de ipsa petra multae fiunt uirtutes; tollentes mensuram de ipsa uestigia et ligant per singulos languores et sanantur, et ipsa petra ornata est ex auro et argento.

Inde uenimus ad arcum, ubi fuit antiquitus porta ciuitatis. 24
In ipso loco sunt aquae putridae, in quas missus est Hieremias propheta. Ab arcu illo descendentibus nobis ad fontes Siloa per gradus multos. Est ibi basilica uolubilis, desub qua surgit Syloa, quae habet solia duo ex marmore manu hominis facta. Et inter solios clausura cancellorum. In quibus pro benedictione in unūm lauantur uiri, in alium uero mulieres; in quibus aquis multa ostenduntur, immo et leprosi mundantur. Et ante atrium est piscina grandis manu hominis munita, in qua lauatur populus assiduae. Nam illis solis certis horis fons ipse irrigat aquas multas, quae descendunt per uallem Iosaphat, quae et Gethsemani uocatur, et ingrediuntur in Iordane fluuio. Ubi Iordanis deficit in mare salinarum subtus Sodoma et Gomorra.

Nam modo et ipse fons Siloa infra ciuitatem inclusa est, 25
quia Eudoxia augusta, uxor Iustiniani imperatoris, addidit muros in ciuitate Hierusalem, et ipsa muniuit sepulchrum et basilicam sancti Stephani et ipsa suum habet sepulchrum iuxta sepulchrum sancti Stephani. Et infra sepulchra sunt gressus XXVI, et beatus Stephanus requiescit foris portam sagittae iactum. Unoque modo porta ex nomine ipsius martyris uocatur. Et est ad uia, quae respicit ad occidentem, quae descendit ad Iopen et Cesarea Palestine uel Diaspoli ciuitatem, quae antiquitus dicebatur Azotus, in qua requiescit sanctus Georgius martyr. In ipsa uia non longe a ciuitate stat columna mar-

1 *Hic denuo incipit Br p. 61, sed alia scriptura et peiore pergamena* 2 ipso uestigio *B* 4 arcam *Br* 6 fontem syloa *B* 7 per gradus—surgit Syloa *l. 8 om. B* 9 Et inter—mulieres *l. 10 om. B* 13 illis *om. B* oris *B* 14 inrigat *B* 15 iosaphad *B* iessemani *B* in *om. B* iordanem fluuium *B* 16 id est ad mare salinarum. Subtus est *B* 18 syloa *B* inclusus *B* 19 eodixia *Br* eodoxia *B* 21 et ipsa suum habet—stephani *in marg. inf. B* 22 sepulcrum, *sed corr. ead. m. B* 24 unoque *corr. ex* unoquo *Br* unaqueque porta modo *B* 25 in uia *B* 26 iopem et cessaream *B* diospoli *B*

morea, in qua Dominus prius ducebatur ad flagellandum. Quae fugiens leuata est ad nubes et deposita in ipso loco. Et ita in tantum cognoscitur uerum esse, quia non habet basidem, ubi debet esse fundata. Sed sic stat semper super terram et agitatur. In cuius summitate crux ferrea posita est et sursum per scala ascenditur et fiunt ibi luminaria et incensum et daemoniaci ibi mundantur. Nam et in ipsa prouincia beatus Georgius martyr.

26 Itaque exeuntes a Syloa fonte uenimus in agrum, qui comparatus est de precio sanguinis Domini, qui uocatur Acheldemach, hoc est ager sanguinis, in quo sepeliuntur omnes peregrini, et inter ipsa sepulchra cellulae seruorum dei, ubi fiunt multae uirtutes. Et per loca infra ipsa sepulchra sunt uineae et poma.

27 Reuertentibus nobis in ciuitatem uenimus ad piscinam natatoria, quae quinque porticus habet; et in uno earum est basilica sanctae Mariae, ubi multae fiunt uirtutes. Ipsa uero piscina modo iactata est in stercore. Et ibi lauantur omnia, quae necessaria sunt. Vidimus et in uno angulo tenebroso catena ferrea, cum qua se laqueauit infelix Iudas. Item exeuntibus nobis a porta iorem uenimus ad locum, ubi requiescit sanctus Ysicius. Ibi etiam erogantur pauperibus panes, quos deputauit beata Helena.

28 Via, quae ducit Bethleem, miliario tertio ab Hierusalem iacet Rachel uxor Iacob, mater scilicet Ioseph. Et Beniamin iacet in finibus Rama. In ipso loco in media uia uidi aquam surgere, quasi sextarios septem. Unde complent omnes satietatem bibendi, et nec minuitur nec augetur. Et est suauis ad potandum. Et dicunt, quod fugiens beata Maria in Aegyptum

1 ad quam *B* decebatur *Br* 2 ita *om. B* 3 basitem *Br* basim *B* ubi—fundata *om. B* 5 ferea *B* rursum *Br* scalam *B* 6 et fiunt] effiunt *B* 9 a] de *B* 10 de *om. B* sanguinis *om. B* acheldemac *B* 13 sunt *om. B* 15 nobis *om. B* natatoriam *B* 17 multi *B* ipse *Br* 19 catenam ferream *B* 20 laqueauerat iudas infelix *B* 21 ioram *B* 22 ysitius *B* 24 bethlehem *B* 26 iacet] requiescit *B* 27 ad satietatem *B*

et sederit ibi cum puero et sitiens orauit et continuo ipsa aqua emanauit. Et in ipso loco modo ecclesia constructa est.

Inde usque Bethleem milia tria. Bethleem locus splendidis- 29
simus, serui dei multi. Ibi est spelunca, ubi natus est Dominus, et presepium ex auro et argento ornatum, et iugiter ibi fiunt luminaria. Os uero ipsius speluncae angustus. Hieronimus presbiter in loquendo peritus, interpretatione clarus, inter omnes relator conspicuus, in ipso ore speluncae petra sculpiuit et ob deuotionem Saluatoris ibidem sibi monumentum fecit. Miliario semis de Bethleem in suburbi Dauid iacet Dauid et Salomon filius eius, et appellatur locus ille basilica sancti Dauid. Sed et infantes, quos occidit Herodes, ipso in loco habent sepulchra, et in uno omnes requiescunt domo, et aperiuntur eorum monumenta et uidentur illorum sancta ossa. Ante Bethleem est monasterium muro cinctus, in quo multitudo est monachorum.

De Bethleem usque ad ilicem Mambres milia XXIIII. In quo 30
loco requiescunt Abraham, Isaac, Iacob et Sarra, simul et Ioseph ossa. Est basilica in quadriporticus, atrium in medio discoopertum et per medio cancellum; ex uno latere intrant Christiani, ex alio uero Iudaei, incensa facientes multa. Nam depositio Iacob et Dauid in terra illa die primo post natale Domini deuotissime ab omnibus celebratur, ita ut ex omni terra Iudeorum conueniat innumerabilis multitudo, incensa ferentes uel luminaria et dantes munera ac seruientes ibidem.

Item reuertentes in Hierusalem descendimus in uia, quae 31
uadit ad Gazam et Ascalon milia XX. De Hierusolima uenimus in monte Gelboe, ubi occidit Dauid Goliam gygantem. Et

1 sederet *B* et *ante* sitiens *om. B* 3 miliaria *B* spendidissimus *Br* 4 Est ibi *B* 5 iugitur *Br* 7 p̄spiter *B* praeclarus *B* 8 petram sculpsit *B* 10 suburbano *B* iacent *B* 13 una *B* 14 monumenta] sepulcra *B* illorum] eorum *B* 15 ci[c]ntus *corr. ead. m. B* 16 monachorum est *B* 17 hylicem *Br* mambreae *B* sunt miliaria *B* 18 sara *B* 19 basilica edificata in medio atrio quadriporticus discooperta *B* 20 per medium cancellendum *B* 21 alia *B* multas *Br* 26 uiam *B* 27 ducit *B* 28 montem gelboae *B* gigantem *B*

ibi mortui sunt Saul et filius eius Ionathas. Iacet ibi Goliat in media uia, ligneum ad caput aceruum. Et super eum congeries magna petrarum. Ita ut a XX milia non possis inuenire lapidem, quem mouere possis. Quia usus est talis: Quotienscumque quis ibi transit, ternas secum defert lapides et ibi eas proicit; sed et nos similiter fecimus. Nam in ipsos montes nec ros nec pluuia descendit, postquam Dauid eos maledixit. Et nocturnis horis secreto ibi uidentur uolui inmundi spiritus tamquam uellora lanae uel undae maris.

32 Deinde deuiantes ad latus uenimus in ciuitatem, quae dicitur Heliuteropolis, in loco, ubi Samson ille fortissimus cum maxilla asini mille occidit uiros. Ex qua maxilla ipso orante aqua profluxit. Qui fons loca ipsa usque in hodiernum diem irrigat. Nam in loco, ubi surgit, fuimus. Dein uenimus inter templum et altare, ubi occisus est Zacharias, et ubi requiescit, est ibi ecclesia ornata; sunt in ea serui dei multi. Inde uenimus ad locum, ubi Isaias propheta de serra lignea secatus est, et ibidem iacet sub quercu Rogel iuxta aquarum decursu. Et ipsa serra pro testimonio posita est ad sanctum Zachariam. Exinde uenimus in loco, ubi Abacuc propheta prandium ferebat messoribus, quando eum angelus per uerticem tenens duxit super lacum, in quo Danihel inter leones orabat. Et ibi surgit fons, in quo Philippus baptizauit eunuchum. In ipsis locis sunt putei, quos foderunt Abraham scilicet et Iacob, quos appellarunt calumnia.

33 Inde ingressi sumus Ascalon; ibi est puteus pacis in modum theatri factus, in quo usque ad aquam descenditur per gradus, ubi requiescunt tres fratres martyres; propria quidem habent

1 ionathan filius eius *B* golias *B* 2 habens ligneum *B* 3 congeries petrarum multa *B* infra XX miliaria *B* 4 moueri *BrB* possit, *sed corr. ead. m. Br* 5 quotiescumque *B* ibi] illuc *B* ternos *B* 6 eos *B* 7 eis dauid *B* 8 ubi *Br* 9 uellera *B* 11 hely uteropolis *B* locum *B* 11 samson ubi *B* 12 uiros occidit *B* ipse *B* 14 Deinde *B* 15 ibi requiescit *B* 16 ibi *om. B* 17 esaias *B* sectus *B* 18 decursum *B* 20 Deinde *B* locum *B* deferebat *B* 24 et *om. B* 25 quas appellauerunt calumniam *B* 26 ingresi *Br* egressi uenimus *B* 27 teatri *B* grad̄ *Br*

nomina, sed uulgariter Aegyptii uocantur. Miliario a ciuitate Sarafia est ciuitas Mazom Ascalonites. Inde uenimus in ciuitatem Mazomates, in qua requiescit sanctus Victor martyr. De Mazoma usque Gaza est miliarium. Gaza autem ciuitas splendida, delitiosa, homines honestissimi omni libertate decori, amatores peregrinorum. Inde miliario secundo requiescit sanctus pater Hilarion.

Et inde uenimus in ciuitate Eluahal in capite heremi, qui 34
uadit ad Syna monte, in qua etiam ex reuelatione episcopi ipsius ciuitatis unum audiuimus, quod silere non oportet, miraculum. Puella quedam nobilissima nomine Maria cum nupta fuisset, ipsa nocte nuptus sui mortuus est sponsus eius; ipsa quoque hanc rem patienter portauit. Et infra septimanam omnia sua pauperibus distribuit. Celebrato die septimo nocte ipsa uestem sponsi sublata inuenta non est. De qua dictum est nobis, quia esset in heremo trans Iordanen inter calameta uel palmeta ante nos in finibus Segor circa mare salinarum. In quibus locis inuenimus monasteria ultra quindecim uel XVIII puellarum, quae christiani populabant. Quae habentes unum asellum, qui eis cibaria deportabat, et nutriebant leonem terribilem ad uidendum. Cumque appropinquassemus cellulae, omnia animalia, quae erant nobiscum, a rugitu illius minxerunt et in terram corruerunt. Et dicebant nobis, quod ipsum asellum leo ipse gubernaret in pascuis. Quem et offerebant nobis pro centum solidis. Sed pater Antoninus suscipere noluit. Sed misit in Hierusalem cito et adduxit eis ternas tonicas et oleum ad luminaria et legumina multa. Et

1 uulgaliter aegiptii *B* 2 mazona *B* ascola[i]ntes *corr. ead. m. B* 3 mazoma//tes *B* 4 maona, *l.* z *ead. m. ascripta B* autem est *B* 5 splendidissima *B* diliciosa *B* docori *Br* 7 pater *om. B* 8 Deinde *B* ciuitatem eluaha *B* que *B* 9 montem syna *B* 10 audiuimus miraculum *B* 11 miraculum *om. B* 15 ueste *B* 16 tra[n]s *corr. ead. m. Br* trans Iordanen *om. B* 17 uel] et *B* antē, *sed lineola expuncta Br*, antem *B* 19 que *Br* qui *B* 20 deportabant *Br* 21 adpropinquassemus *B* 23 ipsius *B* 25 et *om. B* solidis *ex* solidos, *corr. ead. m. Br* 27 tunicas *B*

ipsae nobis dixerunt de uirtutibus Mariae, cuius superius mentionem fecimus, quae ambulauerat in heremo sola portans legumina et sportellas plenas uel tonicas, quas ei cupiebant auferre; sed nullus eam inuenire potuit. Attamen de ea, quae secum duxerat, nihil reportauit reuertens de heremo. Cuius afflictionem uel ploratum nulla ratione consolare potuimus. Sed tantum sepius dicebat flens: Ve mihi miserae, cuius causa me christiana dico?

35 Proficiscentes de ciuitate Heulatia intrauimus heremum miliario XX°. In quo est castrum, ubi est synodochium sancti Georgii. In quo habent transeuntes uel heremitae refugium uel stipendia. Inde intrantes in interiorem heremum uenimus ad loca, de qua dicitur in psalmo: Terra fructifera in salsugine, hoc est in amaritudine, a malitia inhabitantium in ea, et ibi uidimus homines rasos fugientes cum camelos. Nam et in Hierusolima uidimus homines ex Aethiopia habentes fissas nares et aures, calliculas calciatos et per digitos in pedes anulos missos. Interrogauimus, quare sic. Qui dixerunt: Quia Troianus imperator signum hoc nobis reliquid.

36 Ambulantes per heremum dies VI camelis nobis aquam portantibus sestarium mane et sestarium uespere cotidie dabatur per hominem. Amarescente aqua in utres in modum fellis mittebamus in ea harenam et indulcabatur. Familia autem Sarracenorum uel uxores eorum uenientes de heremo cum lamentatione in uia sedentes sarcina deposita petebant panem a transeuntibus. Et ueniebant uiri ipsarum de interiore parte

13 Psalm. 106, 34

1 ipsi *B* 3 de leguminibus sportellas *B* et spontellas *Br* tunicas *B* cupiebant ei *B* 4 auferre *B* de eis *B* 6 affliccionem *B* proratu *Br* 7 dicebant, *sed l.* n *expuncta B* misera *Br* misere *B* 8 christianam *B* 9 *A uerbis* de ciuitate *incipit M* eulatia *B* 10 qua *ex* quo *corr. 2. m. B* 12 siue stipendium *B* transeuntes *B* 13 loca *M* locum *BrB* de quo *B* terram fructiferam *B* salsuginem *B* 14 amaritudinem *B* 15 rascis *Br* camelis *B* 16 ęthyopia *M* 17 spissas *B* 20 septem *B* 21 sextarius *B* cottidie *B* 22 utribus *B* 23 eam *B* haerena *Br* arenam *B* 24 saracenorum *B* hęremo *B* 25 lamentatio *BrM* sedentes in uia *B* panes *B* 26 ipsarum uiri *B*

heremi adducebantque utres cum aqua frigida et accipiebant sibi panes. Et adducebant restes cum radices, quarum odor suauissimus super aromata et dies suos festos celebrabant. Populus autem, qui per ipsum maiorem heremum ingrediebatur, ad explorandum numero XII milia sexcenti.

Qui perambulantes heremum octaua die uenimus ad montem 37 dei Choreb. Et inde mouentes, ut ascenderemus monte Syna, ecce multitudo monachorum heremitarum cum cruces psallentes obuiauerunt nobis, prostrati in terram adorauerunt nos. Simili modo et nos facientes lacrimauimus. Tunc introduxerunt nos in uallem inter Choreb et Syna. Ad cuius pede montis est fons ille, ubi Moyses adaquabat oues, quando uidit ardentem rubum. Qui fons inclusus est infra monasterium. In quo monasterio sunt tres abbates scientes linguas, hoc est latinam, grecam, syram et aegyptiacam et bessam. Inde uenimus ad speluncam, ubi absconditus fuit Helias propheta, quando fugit Iezabel mulierem perfidam; ante ipsa spelunca surgit fons, qui irrigat ipsum montem. Inde ascendimus in summo cacumine montis, in quo est oratorium modicum habens in longitudine pedes sex, similiter et in latitudine, in quo nullus manere praesumit. Sed orto iam die ascendunt monachi de supra dicto monasterio et celebrant ipsi officium. In quo loco multi pro deuotione tondent capillos suos et barbas. Nam et ego ibi tetigi barbam meam.

Mons uero Syna petrosus est, raro habet terram, et in 38 circuitu eius cellulae multae seruorum dei, similiter et in Choreb. Et in parte ipsius montis habent Sarraceni idolum

2 redices *Br* radicibus *B* 3 festos suos *B* 4 maiorem haeremum *Br* heremum maiorem *B* 5 explorandam *B* XII sexcenti *B* 6 he-remum *Br* octaba *B* 7 oreb *B* montem syna *B* 8 heremitarum *Br* et heremitarum *B* uenientes cum crucibus *B* 11 pedem *B* 13 infra ipsum *B* 14 latina greca syra et aegyptiaca et bessa *M* 15 persam *B* 16 helyas *BM* fugit ante *BM* 17 gezabel *B* ipsam speluncam *B* 18 inrigat *B* summum cacumen *B* 22 ipsi] ibi *MB* 23 nam *om.* *B* 24 tetigi uel totondi *B* 25 sina *B* 27 oreb *B* Et *om.* *B*

suum positum marmoreum, candidum tamquam nix. Ibi etiam permanet sacerdos ipsorum indutus dalmaticam et pallium lineum. Et quando uenit tempus festiuitatis illorum praecurrente luna, antequam egrediatur, a die festo ipsorum incipit marmor ille mutare colorem, et quando coeperint adorare idolum, fit marmor ille niger uelut pix. Completo tempore festiuitatis reuertitur iterum in pristino colore. Unde ualde ammiratus sum.

39 Inter Syna et Choreb est uallis, in qua certis temporibus descendit ros de caelo, quem manna appellant, et coagulatur et fit tamquam grano masticis et habent inde plenos doleos. Et dant aliis pro benedictione. Et nobis dederunt sestarios quinque. Ex quo etiam et prodito bibent et nobis dederunt bibere. Nam in ipsis montibus leo et pardus, capreae et burdones simul pascunt, et nullus eorum a leone laedetur propter heremi uastitatem. Et quia iam se complebant dies festi Hysmahelitarum, praeco exiit, ut nullus subsisteret per heremum, per quo ingressi sumus. Alii per Aegyptum, alii per Arabiam reuerterentur in sanctam ciuitatem.

40 De monte Syna usque in Arabiam ciuitatem, quae uocatur Abela, sunt mansiones VII. In Abela autem descendentes naues de India cum diuersis aromatibus. Visum est nobis per Aegyptum reuerti. Et uenimus in ciuitatem, in qua pugnauit Moyses cum Amalech. Ubi est oratorium, cuius altare positus est super lapides illos, quos posuerunt Moysi orante. In ipso loco est ciuitas munita de lateribus, locus sterilis ualde propter aquas. Ibi occurrerunt nobis mulieres cum infantibus palmas in manibus portantes et ampullas cum rafano oleo; prostratae

1 tanquam *M* sicut *B* 2 dalmatica et palleo lineo *B* 4 ipsorum. Incipit *Br* 6 sicut *B* 7 pristinum colorem *B* ualle *Br* 9 quam *B* 10 coagolatur *B* 11 tanquam *B* maticis *Br* granum martyris *B 1,* marcycis *B 2* et inde habent *B* 12 sextarios—dederunt *l. 13 om. B* 14 Nam *om. M* nam et in *B* capraeae *Br* 15 purdones *B* leditur *B* 16 heremi *et sic saepe Br* 17 hysmahelytarum *M* ismahelitarum *B* 18 per quem *B* aegiptum *B* 21 nouem *B* 24 aratorium *Br* positum *B* 25 subposuerunt *B* 26 ualde sterilis *B* 28 tenentes *B* raphano *B* prostrati *B*

pedibus nostris ungebant plantas nostras et capita lingua aegyptiaca psallentes antiphonam: 'Benedicti uos a Domino et benedictus aduentus uester. Osanna in excelsis'. Ipsa est terra Madian et ipsi habitantes in ea ciuitatem. Dicitur autem, quia ex familia Iethro soceri Moysi descendunt, octingentas condomas militantes in publico cum uxoribus suis, annonam et uestes accipientes ex Aegypto.

De quibus locis uenimus Magdalo et Soccoth et a<d> septua- 41
ginta duas palmas et duodecim fontes et applicuimus ibi dies duos, fatigati post tantum laborem et heremi uastitatem. In quo loco est castellum modicum, qui uocatur Surandala. Est etiam infra ipsum castellum ecclesia cum synodochium propter transeuntes. Inde uenimus ad locum, ubi filii Israhel transeuntes mare rubro castra metati sunt, et ibi similiter castellum cum synodochio. Et in loco, quo exierunt de mare, est oratorium Heliae. Et transcendentes uenimus in loco, ubi intrarunt in mare, ubi est oratorium Moysi. Ibi est et ciuitas parua, quae appellatur Clysma, ubi de India naues ueniunt. In loco uero, ubi transierunt, fulgus exit de pelago maiore et extenditur intus in multis milibus, qui accessa recessaque habet. Recedente mare apparet omnis subuersio Pharaonis et omnia arma in marmore mutata uidentur. Ibi accepimus nuces uirides, quae de India uenerunt, quas de paradiso credunt homines esse, et qui ex eis gustauerit, satiatur.

Intus autem in ipso pelago modica est insula, in qua est petra uiua, ubi pendent molles ut carnei in modum dactalorum, 42
qui fundent unguentum, quod oleum petrinum appellant, qui

2 antyphonam *B* 4 et inhabitantes *B* ciuitate *B* autem] enim *B* 5 socero *BrM* octingentos *B* 6 puplico *B* 7 de ęgipto *B* 8 ma^{c}dolo et sochot et ad LXXII dalmas *B* 9 fuimus ibi duos dies *B* 10 tantam *B* 11 quod *B* surandal/// *Br* 12 sinodochio *B* 13 transierunt *B* 14 rubrum et castra *B* 15 sinodochio *B* 16 haeliae *Br* transeuntes *M* ad locum *B* 17 et *om.* *M* 18 disina quo *B* 19 fluuius *B* 20 intul *Br* milibus *om.* *B* quia *B* 22 marmorem *B* 23 uirides nuces *B* de *om.* *Br* indya *BrM* 24 paradyso *M* ex eas *M* 26 dactilorum *B*

pro maxima benedictione tollitur. Vas, in quo portatur, si impletus fuerit et uolueris reiterare ad tollendum, iam non eum capit. In quo loco quanticumque egroti maximeque egroti pertingere possunt, sanantur. Quem tollentes pro benedictione non eum permittunt iterum introire per Clysma, antequam commisceatur cum oleo. Nam si non adulteraretur, credo quia ipsam uirtutem semper faceret. Nam liquor ipsius tenet continuo per duo milia. Infra ciuitate ipsa, quae dicitur Clysma, intus in basilica uidimus loculos ligneos sanctorum heremitarum patrum XIIII.

43 Et inde uenimus per heremum ad speluncam beati Pauli heremitae, quae uocatur syracumba. Qui fons locum ipsum irrigat. Exinde pergentes uenimus ad ca<ta>ractas Nili, ubi ascendit aqua ad signum manu hominis facta, et habet gradus XII. Ex utraque parte ipsarum ca<ta>ractarum sunt duae ciuitates, quas aedificasse dicunt filias Loth, et una earum dicitur Babilonia. Tunc uenimus per campos Thaneos, et in Nymphy ciuitate et Antino, in qua residebat Pharao, ex qua filii Israhel exierunt. In ipsis locis sunt orrea XII Ioseph plena.

44 In Nymphy fuit templum, quae est modo ecclesia, cuius una porta se clausit ante Dominum nostrum, quando beata Maria cum ipso fuit in Aegyptum, et adhuc non potest aperiri. Ibi uidimus pallium lineum, in quo dicunt illum tempore illo tersisse et idcirco ibi eius remansisse uestigia. Quae imago singulis temporibus adoratur. Sed et nos adorauimus, sed propter splendorem non potuimus in eum intendere. Quia quantum in ipsam effigiem intendis, immutatur in oculis tuis.

1 pro maxima] proxima *Br* in qua *B* impletur *B* 3 maximeque egroti *om. B* 5 clisma *B* 6 misceatur *B* adulteretur *Br* quia semper ipsam faceret uirtutem *B* 8 ciuitatem ipsam *B* clisma *B* 10 XIII *BM* 11 Exinde *B* *cum uoce* ‚speluncam' *desinit M* 12 haeremitae *Br* totum locum *B* inrigat *B* 16 et *om. B* 17 babilonia dicitur *B* campesthaneos *B* nimphi *B* 19 horrea *B* 20 nimfi *B* quod *B* 21 eclesiae porta *B* 22 fugit *B* aegiptum *semper B* 23 palleum *B* cum quo *B* illo tempore *B* 24 eius uestigia ibi remansisse *B* 25 et *om. Br* 26 in eam *B* 27 inmutatur *B*

Descendentes per Aegyptum uenimus in ciuitatem Athlepi ad sanctum Mennatum, qui multas uirtutes ibi operatur. Inde per stagnum nauigantes Alexandriam uenimus. In ipso stagno uidimus multitudinem corcodrillorum. Alexandria, ciuitas pulchra, populus leuis, sed amatores peregrinorum, haereses multae; ibi enim requiescit Athanasius ipsius ciuitatis episcopus, qui contra Arrium presbyterum ipsius ciuitatis haereticum pro fide Christi certando multa pericula mortis sustinuit temporibus Constans imperatoris Constantini Helenae filio. Ibidem requiescit sanctus Faustus et sanctus Epymachius et sanctus Antonius uel sanctus Maurus et alia multa sanctorum corpora. 45

Iterum uenientes Hierusolima, ubi ego egrotus per multum tempus iacui, usquedum uidi per uisionem sanctum Antonium et beatam Eufemiam, qui me pariter sanauerunt. Egressi de Hierusolima ueni Ioppen, ubi iacet sancta Thabita, quae dicitur Dorchas. Deinde uenimus Caesarea Philippi, quae turris Stratonis, quae et Caesarea Palestinae uocatur, in qua requiescit sanctus Pampilus et sanctus Procopius et sanctus Cornelius, ex cuius lecto benedictionem tulimus. Inde per Galileam ascendimus et uenimus Damascum, ubi est monasterium, ubi sanctus Paulus conuersus est in uicum, qui uocatur rectus, in quo multae fiunt uirtutes. Deinde Heliopoli, et inde uenimus Emiza, ubi est caput sancti Iohannis baptistae in doleo uitreo, et nos ibi eum intus uidimus et adorauimus. Et inde transeuntes per ciuitates, hoc est per Arissa, Aristosa et Epiphania, uenimus in ciuitate splendidissima Ampamia, in qua est omnis nobilitas Syrorum. 46

2 mennanum *B* ibi *om.* *B* 3 stannum *B* stanno *B* 7 praesbeterium *Br* presbiterum *B* 9 [con]stantii imperatoris ¦¦ stantini helenae filio (*cum uocabulo* ‚stantini' *noua pagina incipit*) *B* 10 epimachus et s. maurus *B* 12 hierosolimam *B* 13 antoninum *B* 15 uenimus *B* 16 dorcas *B* cesaream *B* statonis *Br* 17 cessarea *B* requiescunt *B* 18 pamplius *Br* 20 ibi est *B* 21 uico *B* uocatus est *B* 22 ibi multae uirtutes fiunt *B* uenimus eliopoli *B* 24 et uidimus ibi *B* 25 arissam et aristosam et epiphaniam *B* *hic desinit* *B*

47 Inde exeuntes uenimus Antiochia maiore, in qua requiescit sanctus B<ab>yllas episcopus et tres paruuli et sancta Iustina et sanctus Iulianus et fratres Machabei, hoc est septem sepulchra, et super uniuscuiusque sepulchrum scripta sunt passiones illorum. Exinde descendimus Mesopotamiam in ciuitate Chalcida. Inde uenimus Carran, ubi natus fuit Abraham, et inde uenimus in ciuitate Barbarisso; ibi requiescit sanctus Bachos, frater sancti Giorgii. Inde uenimus in ciuitate Suran, per qua media ciuitate descendit fluuius Eufrates, qui ibidem per ponte transitur. In ipsa ciuitate passi sunt sanctus Bacchus et sanctus Georgius. Sed sanctus Georgius in ciuitate Tyro requiescit.

48 Tunc per tanta et talia uidimus loca in miraculis posita. Reuersi post nos per multa castella, per plateas, uicos, uillas uel ciuitates, fatigati ex tam longo itinere, coepimus iter carpere; transeuntes mare uenimus Italiam propriam regionem, adiuuante domino nostro Iesu Christo, pro cuius amore ab hac loca egressi prouidere iuimus tam sua mirabilia, quae ipse inter homines habitans fecit, et beatorum apostolorum, uel quae ante tempus incarnationis suae ex uirgine assumpta olim per patriarchas et prophetas suos fecerat Iesus Christus dominus noster. Viuentes ouantes uenimus Placentiam propria ciuitate nostra, posita super fluuio, qui dicitur Padus, infra iam dicta Italia.

EXPLICIT FELICITER. AMEN.

11 tyra *Br* 15 iter] ita *Br* 16 regionem. Adiuuante *Br* 23 pardus *Br*

ADAMNANI

DE LOCIS SANCTIS LIBRI TRES.

P = codex Parisinus 13048 s. IX
V = codex Vindobonensis 458 s. X
Z = codex Turicinus 73 s. X
Br = codex Bruxellensis 2921 22 s. IX

PRAEFATIO.

Arculfus sanctus episcopus gente Gallus diuersorum longe remotorum peritus locorum uerax index et satis idoneus in Hierosolymitana ciuitate per menses nouem hospitatus et loca sancta cotidianis uisitationibus peragrans mihi Adamnano haec uniuersa, quae infra craxanda sunt, experimenta diligentius percunctanti et primo in tabulis describenti fideli et indubitabili narratione dictauit, quae nunc in membranis breui textu scribuntur.

CAPITVLATIONES LIBRI PRIMI.

I. De situ Hierusalem.

II. De ecclesia rotundae formulae super sepulchrum Domini aedificata et de ipsius sepulchri figura et eius tegurioli.

III. De illo lapide, qui ad hostium monumenti eius aduolutus est, quem angelus Domini de caelo descendens post resurrectionem eius reuoluit.

Primum folium codicis P abscissum est ORDITVR PREFATIO LIBRI ARCVLFI EPISCOPI MAXIME DE LOCIS SANCTIS HIERVSALEM *Y* PRIMVS DE LOCIS SANCTIS LIBER EXORDITVR PRAEFATIO *Z* IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI CARAXARE LIBRVM DE LOCIS INCIPIO SANCTIS *Br* 3 iudex *Br* 4 hierusolimitana *Br* 5 adomnano *Y* 6 caraxanda *Z* 8 menbranis *Br* 9 scribuntur capitulationes *Br* EXPLICIT *Br* 10 INCIPIVNT CAPITVLATIONES *Y* CAPITVLA L$\overline{IB}$ SEQVENTIS *Z* INCIPIVNT CAPITVLA *Br* 12 s≡pulc^{h}rum *Br, corr. 2. m.* domini *om. Br* 13 aedificatae *Z* et *om. Br, deinde:* III De ipsius sepulchri figura et eius teg$\overset{v}{o}$rioli *Br* 14 tegorioli *Y* 15 IIII *Br* ostium *Y* ostium *erasa littera* h *Br* eius *om. Z* 16 discendens *Z*

IIII. De ecclesia sanctae Mariae, quae rotundae cohaeret ecclesiae.

V. De illa ecclesia, quae in Caluariae loco constructa est.

VI. De basilica, quam Constantinus uicinam supra dictae ecclesiae in eo fabriuauit loco, ubi crux Domini ruinis superata post multa tempora refossa inuenta est terra.

VII. De alia exedra inter ecclesiam Caluariae et Constantini basilicam sita, in qua calix Domini et spongia in eo recondita habetur, de qua in ligno pendens acetum suxerat et uinum.

VIII. De lancea militis, qua latus Domini ipse pupugit.

VIIII. De sudario illo, quo Domini caput sepulti contectum est.

X. De linteo, quod, ut fertur, sancta contexuit Maria uirgo.

XI. De alia summa columna in illo sita loco, ubi cruce Domini superposita mortuus reuixit iuuenis.

XII. De ecclesia sanctae Mariae in ualle Iosaphat fabricata, in qua monumentum eius habetur.

XIII. De turre Iosaphat in eadem constructa ualle.

XIIII. De monumentis Symeon et Ioseph.

XV. De spelunca in rupe montis Olineti habita contra uallem Iosaphat, in qua IIII mensae et putei sunt duo.

1 V *Br* aecclesia *Z passim* mariae semper uirginis *Br* 2 eclesiae *sic saepe Z* 3 VI *Br* 4 VII De basilica constantini uicina supra dictae (*hucusque tantum*) *Br ante* constantini *rasura trium litterarum, primo scriptum erat* constantinus, *sed terminatio erasa est, super* uicinā *lineola erasa est* 5 eodem *Y* 6 refo[s]sa, *corr. Z* 7 VIII *Br* ecclesiae *Z* et constantini—uinum *om. Br* 8 spungia *Z* 10 & *in Z suprascriptum est* et uinum *om. Y in fine paginae* 11 VIIII *Br* *Hic incipit P; numeri capitulorum erasi sunt, sed uestigia adhuc parent* pupungit *PY* conpunxit *Br* 12 X *Br* tegebatur *Y* contextum *Z* conte[c]xtum *corr. 2. m. Br* 14 XI *Br* quod *ex* quae *corr. 2. m. Br* MARIA UIRGO contexit *Y* contexit *YZBr* conte[v]xit *corr. 2. m. P* uirgo *om. Br* 15 XII *Br* illa, *sed corr.*, *Br* ubi cruce domini *om. Br* 16 ubi mortuus *Br* 17 XIII *Br* mariae semper uirginis *Br* iosaphad *Y* iosafath *Br* 19 XIIII *Br* 20 XV *Br* simeon *YZ* 21 XVI *Br* habe[i]ta *corr. Z* 22 in qua sunt putei duo et mensae IIII[or] *Y om. Br*

XVI. De porta Dauid.
XVII. De illo loco, ubi Iudas Scariothis laqueo se suspendit.
XVIII. De forma grandis basilicae in monte Sion fabricatae et de ipsius montis situ.
XVIIII. De agellulo illo, qui hebraice Acheldemag uocitatur.
XX. De asperis et petrosis locis ab Hierusalem usque ad ciuitatem Samuhelis late patentibus et usque ad Caesaream Palaestinae occasum uersus succedentibus.
XXI. De monte Oliuarum.
XXII. De altitudine et qualitate terrae illius.
XXIII. De loco dominicae ascensionis.
XXIIII. De ecclesia in eo aedificata.
XXV. De sepulchro Lazari et ecclesia super illud aedificata.
XXVI. De monasterio eidem adhaerente.
XXVII. De ecclesia ad dexteram Bethaniae partem constructa.
XXVIII. De uineis et segetibus montis Olineti.
XXVIIII. De superioribus locis eius.

1 XVII *Br* 2 XVIII *Br* scariothes *Y* 3 XVIIII *Br* fabricatae *om. Y* 4 et *om. Br*, *deinde* XX De ipsius montis situ *Br* 5 XXI *Br* agello *PZ* qui *ex* quod *corr. 2. m. Br* ebraice *Y* [h]ẹbraice *corr. 2. m. Z* acheldema *Z* ac[h]eldemach, *corr. 2. m. Br* dicitur *Br* 6 XXII *Br* 7 XXIII De late patentibus et usque ad cesaream palestinae occasum uersus succedentibus *Br* XXIIII De latitudine et qualitate terrae illius *Br* XXV De monte oliuarum *Br* 8 cessariam *P* accedentibus *Z* 9 *minoribus litteris in Z ascriptum est*: et de uineis et segetibus eius 11 XXVI *Br* 12 XXVII *Br* eccle[i]sa *corr. 2. m. Z* fabricata *Z* constructa *Br* 13 XXVIII *Br* illum *Z* 14 XXVIIII *Br* *hic titulus cum antecedente coniunctus est in Z* 15 XXVI *Z* XXX *Br* De alia eclesia *Z* 17 *et* 18 *desunt in Z* 17 XXXI *Br* 18 XXXII *Br* libri primi titulus hucusque. DE LOCIS SANCTIS OCCIPIT LIBELLVS *P* finiunt capitula INCIPIT LIBELLVS ARCULFI *Y* libri primi tituli hucusque INCIPIT PRIMUS LIBER *Z* primi tituli libri hucusque primus de locis sanctis occupit libellus. INCIPIUNT CAP LIBRI SECUNDI *Br deinde sequuntur in Br tituli libri secundi et tertii, quorum in fine scriptum est:* EXPLICIUNT INCIPIT PROLOGUS: Obsecro itaque eos *etc*, *quae uerba in ceteris codicibus totum opus claudunt, deinceps:* finit prologus. IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPS SCI INCIPIT IPSE LIBER

LIBER PRIMVS.

I. DE SITV HIERVSALEM.

De situ Hierusalem nunc quaedam scribenda sunt pauca ex his, quae mihi sanctus dictauit Arculfus, ea uero, quae in aliorum libris de eiusdem ciuitatis positione repperiuntur, a nobis praetermittenda sunt. In cuius magno murorum ambitu idem Arculfus octoginta quattuor numerauit turres et portas bis ternas, quarum per circuitum ciuitatis ordo sic ponitur: Porta Dauid ad occidentalem partem montis Sion prima numeratur, secunda porta uillae Fullonis, tertia porta sancti Stephani, quarta porta Beniamin, quinta portula, hoc est paruula porta; ab hac per gradus ad uallem Iosaphat descenditur; sexta porta Tecuitis. Hic itaque ordo per earundem portarum et turrium intercapidines a porta Dauid supra memorata per circuitum septemtrionem uersus, exinde ad orientem dirigitur. Sed quamlibet sex portae in muris numerentur, celebriores tamen ex eis ⟨tres⟩ portarum introitus frequentantur, unus ab occidentali, alter a septemtrionali, tertius ab orientali parte. Ea uero pars murorum cum interpositis turribus, quae a supra descripta Dauid porta per aquilonale montis Sion supercilium, quod a meridie supereminet ciuitati, usque ad eam eiusdem montis frontem dirigitur, quae praerupta rupe orientalem respicit plagam, nullas habere portas conprobatur.

2 *Omnes tituli singulorum capitulorum desunt in Z, plerique in P et Y* 4 mihi id est adamnano *Br* sanctus dictauit arculfus *om. Br* 7 arculfus *ex* ab arculfo *corr. 2. m. Br om. Z* 8 quarum—ponitur *in marg. inf. add. Y* ponitur id est *Br* 9 montis sion partem *YBr* prima//numera//tur *Br* 11 quinta porta *YBr* *ante* est *rasura unius litterae Br* 12 grados *P* iosafad *Y* iosap[h]at *littera* h *2. m. superscripta Br* discenditur *PZ* 13 decuitis *Z* t[h]ecuitis *corr. 2. m. Br* per eadem *Br* 14 inter capidines *Z* intercapidines *corr. 2. m. in* intercapedines *Br* 15 septentrionem *YBr* quaelibet *YBr* 16 caelebriores *P* 17 tres *addidi cum editoribus ceteris coll. Baeda de locis sanctis* frequenta[n]tur *corr. 2. m. Br* ad occidentalem *etc.* partem *Z* ab *ex* ad *corr. 2. m. Br* 19 scripta *Z* dicta *Br* 20 aquilonalem *ZBr* aquilo[na]lem *Z* quae *Br* 21 eam *om. Br* eiu[s]dem *corr. 1. m. Z* 22 qui a *Br*

Sed et hoc etiam non esse praetereundum uidetur, quod nobis sanctus Arculfus de huius ciuitatis in Christo honorificentia praefatus narrauit inquiens: Diuersarum gentium undique prope innumera multitudo quindecima die mensis Septembris anniuersario more in Hierosolymis conuenire solet ad commercia mutuis uenditionibus et emptionibus peragenda. Unde fieri necesse est, ut per aliquot dies in eadem hospita ciuitate diuersorum hospitentur turbae populorum, quorum plurima camelorum et equorum asinorumque numerositas, mulorum nec non et boum masculorum, diuersarum uectorum rerum, per illas politanas plateas stercorum abominationes propriorum passim sternit, quorum nidor non mediocriter ciuibus inuehit molestiam, quae et ambulandi inpeditionem praebent. Mirum dictu, post diem supra memoratarum recessionis cum diuersis turmarum iumentis nocte subsequente inmensa pluuiarum copia de nubibus effusa super eandem descendit ciuitatem, quae totas abstergens abominabiles de plateis sordes ablutam ab inmunditiis fieri facit eam. Nam Hierosolymitanus ipse situs a supercilio aquilonali montis Sion incipiens ita est molli a conditore deo dispositus decliuio

1 hoc opus *Br* 2 nobis] noster *Br* honorificạ[e]ntia *corr. 2. m. Br* 3 praefatus *om. Y* profatus *Br* 4 prope *om. Z* innumera prope *Br* duodecimo die mensis septimi *Y haud scio an* 'duodecimo' *praeferendum sit, cum encaeniarum festus XIII° die mensis Septembris celebraretur* 5 septembrio *P* anno uersario *P* more *om. P* *nomen urbis in omnibus codicibus semper non littera* y *sed* i *scribitur* in hierusolimis *PYZ* 6 motuis *P* 7 aliquod *corr. 2. m. ex* aliquot *Br* 10 mulorum *om. YZBr* boum *corr. ex* bouum *Z* boum mulorum masculorum *Z pro* masculorum *habet Y* iumentorumque uectores *Y* 11 abhominationes *P*, *in Z* h *expuncto* 12 nitor *in rasura Y* nidor herentum *Br* 13 ciuibus] quibus *Br* 14 memoratorum *P* 17 discendit *PZ* quae totas abominationes et sordes de plateis abstergens *Y* abhominabiles *PBr* abstergat ab·h·ominabiles *littera* h *expuncta Z* 18 ablutas *Br* ab inmundis *P* 19 hierusolimitanus *PZ* a *om. Br* aquilonari *Br* aquilonalis *Z* 20 ita est .ı. slemon molli *P* molli id est sclemon *Z*, *de quo uocabulo celtico cf. Gildemeister, Antonini Plac. Itin. p. IV* *ante* conditore *rasura unius litterae in Br* cliuo *YBr*

usque ad humiliora aquilonalium orientaliumque murorum loca, ut illa pluuialis exuberantia nullo modo in plateis stagnantium aquarum in similitudinem supersedere possit, sed instar fluuiorum de superioribus ad inferiora decurrat. Quae scilicet caelestium aquarum inundatio per orientales interfluens portas et omnia secum stercoralia auferens abominamenta uallem Iosaphat intrans torrentem Cedron auget et post talem Hierosolymitanam baptizationem continuatim eadem fluminalis exuberatio cessat. Hinc ergo non neglegenter annotandum est, quanti uel qualis honoris haec electa et praedicabilis ciuitas in conspectu aeterni genitoris habeatur, qui eam sordidatam diutius remanere non patitur, sed ob eius unigeniti honorificentiam citius eam emundat, qui intra murorum eius ambitum sanctae crucis et resurrectionis ipsius loca habet honorifica.

Ceterum in illo famoso loco, ubi quondam templum magnifice constructum fuerat, in uicinia muri ab oriente locatum nunc Saraceni quadrangulam orationis domum, quam subrectis tabulis et magnis trabibus super quasdam ruinarum reliquias construentes uili fabricati sunt opere, ipsi frequentant, quae

1 humiora *P* aquilonarium *Br* que *om. Z* 4 ad in inferiora *corr. Z* decurrit *PZ* 5 influens *Br* 6 stercuralia *PY* abhominamenta *PZBr* 7 iosafhat[h] *corr. 2. m. Br* credro naget *Z* ob talem *Br* hierusolimitanam *ZBr* 8 continuatum *Z* pluuialis *Br* *uerba* eadem—quanti *l. 10 supra omissa minoribus litteris in inferiore margine scripta sunt in Br* 9 cesset *Br* 11 iudicis et genitoris *Br* sorditatam *Z* sordidam *Br* 12 rema[ne]re *corr. 2. m. Br* honorificentiam *corr. ex* honorificantiam *Br solus* 13 quae *Br* 14 ipsi *Z* 15 honorificata *Br post honorifica in Z rasura trium uel quattuor litterarum; in margine scriptura saeculi XIII:* De templo salomonis 16 ceterum *corr. 2. m. ex* ceterorum *Br* formoso *Br* quondam *om. Y* templum] tempore *Br* 17 uicina *PY corr. in* uicinia *Z* muri] nuper *Z* 18 saracini *P* sarraceni *ZBr* quadrangulum *YP* quadrangulu[a]m *corr. 2. m. Br* subnexis *Y* 19 trauibus *P* quosdam *Br solus* 20 construens[te] *corr. 2. m. Br* frequentantur *Z*

utique domus tria hominum milia simul, ut fertur, capere potest.

Arculfus itaque de ipsius ciuitatis habitaculis a nobis interrogatus respondens ait: Memini me et uidisse et frequentasse multa ciuitatis eiusdem aedificia plurimasque domus grandes lapideas per totam magnam ciuitatem intra moenia circumdata mira fabricatas arte saepius considerasse, quae omnia nunc a nobis sunt praetermittenda, ut aestimo, exceptis eorum aedificiorum structuris, quae in locis sanctis, crucis uidelicet et resurrectionis, mirifice fabricata sunt, de quibus diligentius sanctum interrogauimus Arculfum, praecipue de sepulchro Domini et ecclesia super illud constructa, cuius mihi formam in tabula cerata ipse Arculfus depinxit.

II. DE ECCLESIA ROTVNDAE FORMVLAE SVPER SEPVLCHRVM DOMINI AEDIFICATA ET DE IPSIVS SEPVLCHRI FIGVRA ET EIVS TEGVRIOLI.

Quae utique ualde grandis ecclesia tota lapidea mira rotunditate ex omni parte conlocata a fundamentis in tribus consurgens parietibus inter unumquemque parietem et alterum latum habens spatium uiae, tria quoque altaria in tribus locis parietis medii artifice fabricatis: hanc rotundam et summam ecclesiam supra memorata habentem altaria, unum ad meridiem respiciens, alterum ad aquilonem, tertium ad occasum uersus, duodecim mirae magnitudinis lapideae sustentant columnae. Haec bis

1 ut fertur III̅ hominum simul *Y* 3 *Initium II. cap. Z noua linea in Y* II De ecclesia rotundae formulae super sepulchrum domini aedificata *Br* de ipsius ciuitatis habitaculis *om. Z* abitaculis *P* 5 ae^{di}ficia *corr. 1. m. Br* domos *Br* 9 sanctis *om. Br* 10 mirificạe *corr. Br* fabricatae *P* 11 diligenter *Br* interrogauimus sanctum *Br* 12 sepulcro *PYBr*, *sed plerumque alias* sepulchrum *scribitur* 13 formulam *Br* arculfus *om. P* depi^{n}xit *Z* *Initium noui capituli in margine numero II adscripto significatur l. 10 ante uerba:* De quibus *etc. P* 14 II *nouum capitulum hic incipit solummodo Z, titulus deest* 21 medio *Z* fabricata *Y* 23 tertium occasum uersus *Y*

quaternales portas habet, hoc est quattuor introitus, per tres e regione interiectis uiarum spatiis stabilitos parietes, ex quibus quattuor exitus ad uulturnum spectant, qui et caecias dicitur uentus, alii uero quattuor ad eurum respiciunt.

In medio spatio huius interioris rotundae domus rotundum inest in una eademque petra excisum tegurium, in quo possunt ter terni homines stantes orare, et a uertice alicuius non breuis staturae stantis hominis usque ad illius domunculae camaram pes et semipes mensura in altum extenditur. Huius teguriolі introitus ad orientem respicit, quod totum extrinsecus electo tegitur marmore, cuius exterius summum culmen auro ornatum auream non paruam sustentat crucem. In huius tegurii aquilonea parte sepulchrum Domini in eadem petra interius excisum habetur, sed eiusdem tegurii pauimentum humilius est loco sepulchri. Nam a pauimento eius usque ad sepulchri marginem lateris quasi trium mensura altitudinis palmorum haberi dignoscitur. Sic mihi Arculfus, qui saepe sepulchrum Domini frequentabat, indubitanter emensus pronuntiauit.

Hoc in loco proprietas siue discrepantia nominum notanda

1 tris *P* 2 e regione ∴ litos parietes, *uerba omissa* interiectis uiarum spatiis stabi *pallidiore atramento superscripta sunt Z* interdictis *Br* 3 spectant ad ulternum *Y* adulterum *P* alternum *Br* specta[n]t, *corr. 1. m. Br* calcias *PYZ* caltias *Br* caecias *Gretser* 4 ali qua[t]tuor *corr. 2. m. Br* eurum] eorum *Y* 5 initium capituli III De ipsius sepulchri figura et eius teguriolі *in Br, deinde titulus in textum inrepsit, cum ipsum capitulum ordiatur:* De eius sepulchri petra et teguriolі rotundẹ[v]m *corr. 1. m. Br* 6 tegorium *sic semper PY* 7 ter *om. ZBr* 9 cameram *Y* 10 tegorioli *PY sic semper* 11 exterioris *Br* 12 o[r]natum *corr. 2. m. Br* aureã non parua sustentata crux *Br* sustentant *P* ç[h]uius *corr. 2. m. Br* 13 aquilonali a *Br* parte sepulcri *P* 15 usque *om. Z* ad sepulchrum *Y* 16 *post* mensura *Br haec habet:* a pọ[p]lite (*corr. 2. m.*) usque ad auriculam altitudinis palmorum habere dinoscitur 17 denoscitur *PZ* dinoscitur *YBr*. *Post hoc uerbum est in Br initium cap. IIII, cuius titulus supra omissus litt. unc. rubris in inferiore margine scriptus est:* De illo lapide, qui ad ostium monumenti eius aduolutus est. saepe *om. Br* 19 Hoc in—sepulchrum *om. Y* per prophetas *Z* sine *PZ* uel *Br*

inter monumentum et sepulchrum. Nam illud saepe supra memoratum rotundum tegurium alio nomine euangelistae monumentum uocant, ad cuius hostium aduolutum et ab eius hostio reuolutum lapidem resurgente Domino pronuntiant; sepulchrum uero proprie dicitur ille locus in tegurio, hoc est in aquilonali parte monumenti, in quo dominicum corpus linteaminibus inuolutum conditum quieuit, cuius longitudinem Arculfus in septem pedum mensura propria mensus est manu, quod uidelicet sepulchrum non, ut quidam falso opinantur, duplex et quandam de ipsa maceriolam petra habens excisam duo crura et femora duo intercidentem et separantem, sed totum simplex a uertice usque ad plantas lectum unius hominis capacem super dorsum iacentis praebens in modum speluncae, introitum a latere habens ad australem monumenti partem e regione respicientem culmenque humile desuper eminens fabrefactum, in quo utique sepulchro duodenae lampades iuxta numerum XII sanctorum apostolorum semper die ac nocte ardentes lucent, ex quibus quattuor in imo illius lectuli sepulchralis loco inferius positae, aliae uero bis quaternales super marginem eius superius conlocatae ad latus dexterum oleo nutriente praefulgent.

Sed et hoc etiam notandum esse uidetur, quod mausoleum Saluatoris, hoc est saepe supra memoratum tegurium, speleum siue spelunca recte uocitari possit, de quo uidelicet Domino

1 inter mon& semper *Br* supra saepe *YZ* 2 notatum *P* alio ∴ monumentum, *uerbis* nomine euangelistae *pallidiore atramento, sed eadem manu superscriptis Z* 3 hostium *et* hostio *erasa littera* h *YBr* 5 propriae *corr. 1. m. ex* proprium *Z* 8 quatuor *Y* 10 maceriola petram *Z* petra maceriolam *Y* 11 intercedentem *PZ* interc^{i}ẹdentem *corr. 2. m. Br* seperantem *P* 13 spel^{v}ọncae *corr. 2. m. Br* 14 partem monumenti *sed lineolis suprascriptis ordo restitutus est P* 15 fabricatum *Br* 16 dudenae *Y* 17 et nocte *Br* 19 super eius marginem *Br* 20 dextr$^{\bar{v}}$o *corr. 2. m. Br* 21 praefulgentes *Y* 22 sed et hoc etiam—uidebitis *p. 230, 4 om. Y* etiam *om. P* magis oleum *P* maius oleum, *sed corr. Z* qui ama^{u}soleum *corr. 2. m. Br* 24 siue spelunca—domino *om. Z; solum habet:* speleum si ihū xpō spel^{v}onca *corr. Br*

Iesu Christo in ea sepulto propheta uaticinatur dicens: Hic habitabit in excelsa spelunca petrae fortissimae, et paulo post de ipsius Domini resurrectione ad apostolos laetificandos subinfertur: Regem cum gloria uidebitis.

Supradictae igitur rotundae ecclesiae formulam cum rotundo teguriolo in medio eius collocato, in cuius aquilonali parte dominicum habetur sepulchrum, subiecta declarat pictura nec non et trium aliarum figuras ecclesiarum, de quibus inferius intimabitur.

Has itaque quaternalium figuras ecclesiarum iuxta exemplar, quod mihi, ut superius dictum est, sanctus Arculfus in paginula figurauit cerata, depinximus, non quod possit earum similitudo formari in pictura, sed ut dominicum monumentum, licet tali uili figuratione, in medietate rotundae ecclesiae constitutum monstretur aut quae huic propior ecclesia uel quae eminus posita declaretur.

III. DE ILLO LAPIDE, QVI AD HOSTIVM MONVMENTI EIVS ADVOLVTVS EST, QVEM ANGELVS DOMINI DE CAELO DESCENDENS POST RESVRRECTIONEM EIVS REVOLVIT.

Sed inter haec de illo supra memorato lapide, qui ad hostium monumenti dominici post ipsius Domini sepultionem

1 Isai. 33, 16 4 Isai. 33, 17

1 propha&a 2 habitauit *PZ* habitabit *corr. ex* habitauit *Br* 4 subinfert *Br* 5 *initium capitis V. in Br cum hoc titulo*: De ecclesia sanctae Mariae semper uirginis, quae rotundae coheret ecclesiae rotundae *om. P* 6 in eius medio *Br* 6 aquilonari *Br* 7 preclarat *Br* 8 quibus *om. Br* 9 *post uocem* intimabitur *PYZ collocant, quae infra sequuntur p. 233, 12—17*: In eadem ecclesia—mysteria. *Hic totus locus deest in Br, ad locum idoneum transposuit Delpit probante Toblero* 10 *initium cap. III in Y, cuius titulus est:* De reuoluto lapide 11 est dictum *Br* paginola *P* 12 figura cerata *Br* depinxit *corr. ex* depinximus *Br* non quia *Y* 15 monstaretur *Z* aut quae propius ecclesia *Y* aut quae huic proprior *P* utique huic propriora *Z* aut quę huic proprior ecclesiae constitutum mon. *Br* 17 III *PZ in cod. Y non est nouum capitulum; titulus deest in Br, in Z superscribitur* CAPITVLA 20 inter hoc *P* 21 hostium *Z, erasa littera* h *Z* ipsius post *Z* domini crucifixi sepultionem *YZBr*

crucifixi multis trudentibus uiris aduolutus est, breuiter intimandum esse uidetur, quem Arculfus intercisum et in duas diuisum partes refert, cuius pars minor ferramentis dolata quadratum altare in rotunda supra scripta ecclesia ante hostium saepe illius memorati tegurii, hoc est dominici monumenti, stans constitutum cernitur; maior uero illius lapidis pars aeque circumdolata in orientali eiusdem ecclesiae loco quandrangulum aliud altare sub linteaminibus stabilitum exstat.

De illius ergo petrae coloribus, in qua illud saepe dictum tegurium dolatorum ferramentis interius cauatum dominicumque sepulchrum in aquilonali loco ipsius habens de una eademque petra excisum, qua et monumentum, hoc est ipsum tegurium, Arculfus a me interrogatus dixit: Illud dominici monumenti tegurium nullo intrinsecus ornatu tectum usque hodie per totam eius cauaturam ferramentorum ostendit uestigia, quibus dolatores siue excisores in eodem usi sunt opere; color uero illius eiusdem petrae monumenti et sepulchri non unus, sed duo permixti uidentur, ruber utique et albus, unde et bicolor eadem ostenditur petra. Sed de his ista sufficiant.

IIII. DE ECCLESIA SANCTAE MARIAE, QVAE ROTVNDAE COHAERET ECCLESIAE.

Ceterum de sanctorum structuris locorum pauca addenda sunt aliqua. Illi rotundae ecclesiae supra saepius memoratae,

1 trahentibus, *sed* h *in rasura pro* d *posita Br* 4 descripta *Br* 5 haec est *P* monumenti dominici *Z* mon. *ex* munumenti *corr. Br, in margine 2. m. adscriptum est* nominati 7 circumdolota *P* eius eius ecclesia, *alterum* eius *uncis inclusum*, ecclesia *2. m. in* ecclesiae *correctum est Br* 8 exconstat *P* 9 illud *om. Z* 10 cauatum habetur *Br* 12 quae et *PZ* 14 usq: [h]odie *corr. 2. m. Br* 15 camaraturam *Br* 16 sine *Z* excissores *P* excisores *ex* excisorum *corr. pallidiore atramento Z* uisi *P* usi *corr. ex* uisi *Br* 18 duo et *Z* praemixti *Br* rubeus *Y* rubor *Br* inde *P* 19 de[h]is *corr. 2. m. Br* ita *Br* sufficiunt *P* 20 *nullum initium noui capituli Br* 22 caeterum *corr. ex* caeterorum *Br* locorum structuris sanctorum *Y*

quae et Anastasis, hoc est resurrectio, uocitatur, quae in loco dominicae resurrectionis fabricata est, a dextera cohaeret parte sanctae Mariae matris Domini quadrangulata ecclesia.

V. DE ILLA ECCLESIA, QVAE IN CALVARIAE LOCO CONSTRVCTA EST.

Alia uero pergrandis ecclesia orientem uersus in illo fabricata est loco, qui hebraice Golgotha uocitatur, cuius in superioribus grandis quaedam aerea cum lampadibus rota in funibus pendet, infra quam magna argentea crux infixa statuta est eodem in loco, ubi quondam lignea crux, in qua passus est humani generis Saluator, infixa stetit.

In eadem uero ecclesia quaedam in petra habetur excisa spelunca infra locum dominicae crucis, ubi super altare pro quorundam honoratorum animabus sacrificium offertur, quorum corpora interim in platea iacentia ponuntur ante ianuam eiusdem Golgothanae ecclesiae, usquequo finiantur illa pro ipsis defunctis sacrosancta mysteria.

VI. DE BASILICA, QVAM CONSTANTINVS VICINAM SVPRA DICTAE ECCLESIAE IN EODEM FABRICAVIT LOCO, VBI CRVX DOMINI RVINIS SVPERATA POST MVLTA TEMPORA REFOSSA INVENTA EST TERRA.

Huic ecclesiae in loco Caluariae quadrangulata fabricatae structura lapidea illa uicina orientali in parte cohaeret basilica

1 anathasis *P* anasta//sis *una l.* s *erasa* *Y* anasthasis *Z* quod *Z* 3 domini *om. Br* quadrangula *Z* 4 VI De illa ecclesia quae in Caluariae loco constructa est. VII Et de basilica Constantini *Br*. *Solus numerus* V *exstat PZ* 7 est *om. Br* que *Br* ebraice *Z* [h]ebraice *corr. 2. m. Br* superibus [ori] *corr. 2. m. Br* 8 lapidibus *Z* 9 pendit *PY corr. ex* pendet *Br* quem *Br* crux infixa—lignea *om. Z* 10 in eodem loco *Y* est passus *Br* 12—17 *de transpositione huius loci cf. ad p. 230, 9; deest in Br* 12 uero *om. Z* 16 golgothaneae *P* 18 *in Y et Br nullo spatio interposito pergitur; numerus sine titulo exstat in PZ* 22 ecclesia *Br* ęcclae *P* fabricata *Y* 23 lapidea structura *Y* orientale *Z* orientali *ex* orientale *corr. Br*

magno cultu a rege Constantino constructa, quae et Martyrium appellatur, in eo, ut fertur fabricatum loco, ubi crux Domini cum aliis latronum binis crucibus sub terra abscondita post ducentorum XXXIII cyclos annorum ipso Domino donante reperta est.

Inter has itaque duales ecclesias ille famosus occurrit locus, in quo Abraham patriarcha altare conposuit super illud inponens lignorum struem, et ut Isaac suum immolaret filium, euaginatum arripuit gladium, ubi nunc mensa habetur lignea non parua, super quam pauperum eleemosynae a populo offeruntur. Sed et hoc mihi diligentius interroganti sanctus addidit Arculfus inquiens: Inter Anastasim, hoc est illam saepe supra memoratam rotundam ecclesiam, et basilicam Constantini quaedam patet plateola usque ad ecclesiam Golgothanam, in qua uidelicet plateola die et nocte semper lampades ardent.

VII. DE ALIA EXEDRA INTER ECCLESIAM CALVARIAE ET CONSTANTINI BASILICAM SITA, IN QVA CALIX DOMINI ET SPONGIA IN EO RECONDITA HABETVR, DE QVA IN LIGNO PENDENS ACETVM SVXERAT ET VINVM.

Inter illam quoque Golgothanam basilicam et Martyrium quaedam inest exedra, in qua est calix Domini, quem a se benedictum propria manu in cena pridie quam pateretur ipse conuiua apostolis tradidit conuiuantibus, qui argenteus calix

1 magna *PZ* martirium *ZBr* monasterium *P* 2 fabricata *Y* domini *om. Br* 3 ducentorum et XXXIIIu̅ *Br* 4 ciclos *PZBr* circulos *Y* annorum ciclos *P* est *om. PZ* 5 Inter has itaque *initium noui capituli YZ* (VII *Z*) itaque *1. m. superscr. P* 6 ·h·abraham *sed expuncta l.* h *Z* patriarca *Br* [com]posuit *corr. 2. m. Z* 7 isaac immolaret filium suum *P* isaac imm. suum *Z* 8 gladium *om., sed eadem m. superscripsit P* 9 quam *ex* quem *corr. 2. m. Br* elimosinae *YP corr. in* elem. *Br* eleemosinae *Z* 10 haec *P* Sed et hoc *initium cap. VI Y* 11 anathasim *P* anasthasim *supra scripta l.* h *Z* ansta//sim *l.* s *erasa Y* sta *in rasura Br* haec est *P* 12 ecclesiam rotundam *Y* 13 *et* 14 platiola *Br* [hec] ad ecclesiam *corr. 2. m. Br* 14 die ac nocte *P* 16 VIII *Br*, *qui codex solus titulum exhibet* inter—sita *om. Br* 18 de *om. Br* 19 acoetum *Br* et uinum *om. Br* 20 *nullum initium noui capituli in Z* golgotham *Br* et testimonium *Br* 21 est *om. YBr* 22 pridiae *Z* 23 argenteus *corr. 1. m. ex* argentibus *Br*

sextarii Gallici mensuram habens duasque ansulas in se ex utraque parte continens conpositas, in quo utique calice illa inest spongia, quam aceto plenam hysopo circumponentes Dominum crucifigentes obtulerunt ori eius: de hoc eodem calice, ut fertur, Dominus post resurrectionem cum apostolis conuiuans bibit, quem sanctus Arculfus uidit et per illius scrinioli, ubi reconditus habetur, operculi foramen pertusi manu tetigit propria osculatus; quem uidelicet calicem uniuersus ciuitatis populus cum ingenti ueneratione frequentat.

VIII. DE LANCEA MILITIS, QVA LATVS DOMINI IPSE PVPVGIT.

Idem Arculfus nihilominus et illam conspexit lanceam militis, qua latus Domini in cruce pendentis ipse percusserat. Haec eadem lancea in porticu illius Constantini basilicae inserta habetur in cruce lignea, cuius hastile in duas intercisum est partes, quam similiter tota Hierosolymitana frequentans osculatur et ueneratur ciuitas.

VIIII. DE SVDARIO ILLO, QVO DOMINI CAPVT SEPVLTI CONTECTVM EST.

De illo quoque sacrosancto Domini sudario, quod in sepulchro super caput ipsius fuerat positum, sancti Arculfi relatione cognouimus, qui illud propriis conspexit obtutibus, hanc, quam nunc craxamus, narrationem, quam totus Hierosolymitanus ueram esse protestatur populus; plurimorum namque testimonio fidelium Hierosolymitanorum ciuium hanc pronuntia-

2 contenens *P* 3 spungia *Z* hisopo *Y* 4 eodem *1. m. superscripsit P* 6 per *om. Z* 7 scrinuli *Br* pertusi] perforatu *Br* 8 calicem *om. Br* 9 frequentabat *Br* 10 VIIII *Br titulus tantum in Br* conpunxit *Br* 11 Item *P* 13 constantinianae *Y* 14 hassale *P* astile *YZBr* s^{s}cisum partes *corr. 2. m. Br* 15 que *Br* hierusolimitana *PYBr* 17 X *Br titulus tantum in Br* 19 sudario domini *Y* 20 capud *PBr* 21 cognoscimus *Z* hancque *Br omisso* quam 22 caraxamus *Z* quia totus *Br* quam *om. Y* 23 populus *om. Br* populus protestatur *Z* propter plurimorum *Br* esse testimonium *Z* testimonium *PBr om. Y* testimonio *scripsi cum Mabillonio* 24 hierusolimorum *Z*

tionem sanctus Arculfus didicit, qui sic ipso intentius audiente saepius pronuntiarunt dicentes:

Ante annos ferme ternos sacrosanctum linteolum, quod quidam satis idoneus credulus Iudaeus de sepulchro Domini statim post eius resurrectionem furatus multis diebus apud se occultauit, ipso donante Domino post multorum circulos annorum repertum in notitiam totius populi uenit. Ille igitur felix et fidelis furax illud dominicum sudarium, quod inprimis furanter abstulit, in extremis constitutus duobus filiis manifestans accersitis detulit dicens: ‘O filioli mei, nunc optio uobis datur. Dicat ergo quisquis e duobus, quid potius optare desideret unus, ut et ego indubitanter scire possim, quis ex uobis erit, cui iuxta propriam optionem aut omnem substantiam meam, quam habeo, commendare debeo, aut hoc solummodo sacrum Domini sudarium.’ Quibus auditis ex ore patris uerbis unus, qui optauit genitoris diuitias accipere uniuersas, suscepit eas a fratre iuxta promissionem a patre sub testamento commendatas. Mirum dictu, ex illa die omnes eius diuitiae et patrimonia omnia, propter quae sudarium Domini uendidit, decrescere coeperunt et uniuersa, quae habuit, diuersis casibus perdita ad nihilum redacta sunt, alter uero supradicti beati furacis filius beatus, qui sudarium Domini omnibus praetulit patrimoniis, ex qua die illud de manu morientis accepit genitoris, magis ac magis crescens donante deo terrenis etiam opibus est ditatus nec fraudatus caelestibus. Et ita hoc dominicum

1 de[ci]dit *corr. 1. m. P* dẹ[i]dicit *corr. 2. m. Z* sanctus didicit arculfus *Br* 2 pronunciauerunt *Br* 3 sacrum sanctum *Br* 4 *post uocem* domini *lacuna extat in P uno folio absciso* 8 illum *Br* quae inprimis *Br* 9 arcersitis *Z* 10 filii *Br* optio *ex* obtio *corr. 2. m. Br* obtio *corr. Y* 11 quisque *Br* obtare *YBr* 13 obtionem *Y, corr. 2. m. Br* 16 obtauit *Y, om. Br* sạ[v]scepit *corr. 1. m. Z* 17 permissionem *Br* 18 eius *om. Z* et ad patrimonia *Y* patrimonia *rasura l.* e *ex* patrimoniae *corr. Br* 19 propter quas *YZ* 21 beati *om. Br* 23 morientis manu *Br* accepit *corr. ex* accipit *Br* 24 crescens *om. Br* donante donante *corr. in* deo donante *Z* 25 ditatus est *Y*

sudarium patres filiis de eiusdem ter beati hominis semine nati quasi hereditario iure fideles fidelibus secundum eorum prosapiae seriem fideliter usque ad quintam commendabant generationem. Sed post quintae generationis tempora annorum multis processibus transactis eiusdem cognationis deficientibus hereditariis fidelibus sacrum linteum in manus aliquorum infidelium Iudaeorum deuenit, qui et ipsi, quamlibet indigni tali munere, tamen illud honorifice amplexi diuina donante largitione nimis diuersis locupletati opibus diuites facti sunt. Iudaei uero credentes orta in populo de sudario Domini certa narratione coeperunt cum infidelibus Iudaeis de sacro illo linteamine fortiter contendere, totis uiribus illud appetentes in manus accipere. Quae subnixa contentio Hierosolymitanam plebem in duas diremit partes, hoc est fideles credulos contra infideles incredulos. Unde et Saracenorum rex nomine Mauias ab utrisque interpellatus partibus ad eos incredulos Iudaeos, qui sudarium Domini pertinaciter retinebant, coram praesentibus Iudaeis Christianis inter utrosque diiudicans dixit: 'Sacrum quod habetis linteolum date in meam manum'. Qui regis uerbo obtemperantes illud de scrinio proferentes regnatoris in sinum deponunt. Quod cum magna reuerentia suscipiens rex in platea coram omni populo rogum fieri iussit, quo nimia inflammatione ardente surgens ipse et ad ipsum accedens rogum eleuata uoce ad utrasque discordes dixit partes: 'Nunc Christus mundi saluator passus pro humano genere, qui hoc,

1 seminati *Br* 2 fidelis *Y* fidelibus suis *Y* secundum *om.* *Y* 4 tempora generationis *Br* 6 linteolum *Z* manibus *Z* *corr.* *in* manus *Y* aliquorum manus *Y* 7 deuenit iudaeorum *Br* quamuislibet *Y* 9 diuersi *Y* locupleti *Y* dites (t *supra*) *Br* 13 hierusolimitanam *YBr* 14 duos *Z* dirimit *YBr* disrupit *Z* partes *om.* *Z* contra infideles incredulos *om.* *Br* 15 saracinorum *Y* sarracenorum *Br* nauias *Br* 17 pertinatiter (c *supra*) *corr.* *eadem m.* *Z* 18 deiudicans *YZ* 19 mạeam meam (anu *supra*) *corr.* *eadem m.* *Z* mea manu *Br* 20 in regnatoris sinum *Y* regnatoris in sinu *Br* 24 *a uerbis* dixit partes *denuo incipit* *P* partes dixit *Z* 25 christi *P*

quod nunc in sinu contineo, sudarium in sepulchro suum super caput habuit positum, inter uos de hoc eodem linteo contendentes per flammam iudicet ignis, ut sciamus, cui parti horum duum exercituum contentiosorum hoc tale donum condonare dignetur'. Et haec dicens sacrum Domini sudarium proiecit in flammas. Quod nullo modo ignis tangere potuit, sed integrum et incolume de rogo surgens quasi auis expansis alis coepit in sublime uolare et utrasque dissidentes contra se populi partes et quasi in procinctu belli consertas sedentes acies de summis prospiciens duas in uacuo aere per aliquorum interuallum momentorum circumuolans, proinde paulatim descendens, deo gubernante ad partem Christianorum interim Christum iudicem exorantium declinans in eorum sinu consedit. Qui deo gratias leuatis ad caelum manibus agentes cum ingenti laetatione ingeniculantes sudarium Domini magna cum honorificentia suscipiunt ad se de caelo uenerabile emissum donum hymnificasque laudes Christo eius donatori referunt et in scrinio ecclesiae in alio inuolutum linteamine recondunt. Quod noster frater Arculfus alia die de scrinio eleuatum uidit et inter populi multitudinem illud osculantis et ipse osculatus est in ecclesiae conuentu, mensuram longitudinis quasi octenos habens pedes. De quo haec dicta sufficiant.

1 in sinum teneo *Br* conteneo *P* conte[i]neo *corr. Z* super caput suum *Y* 2 capud *PBr* 4 duorum *Y* contendentium *Y* tale] tollere *Y* 5 sacri domini *Z* 6 flammam *Y* 7 incolome *PYBr* exspansis *P* 8 utrosque *Br* desidentes *PY* 9 populi] positas *Br* procinct[v]a *corr. 2. m. Br* 10 prospicientes *Y* 11 discendens *PZ*, *corr. in* descendens *Br* 12 ad partem] et patre *Y* 13 christo iudice *Y* consedit sinu *Br* sin[v]e *corr. eadem m. Z* 15 laetificatione *Y* leticia *Z* geniculantes *Y* 16 emisum *P* 17 ymnificansque *P* ymnificasque *Z* himnific[n]asque *corr. 2. m. Br* datori *Y* refferunt *P* 19 alio *P* 22 octenus *P* octonos *YBr* cubitos habens *Z* haec ita *Y* sufficiunt *P*

X. DE ALIO SACRO LINTEO QVOD SICVT FERTVR SANCTA MARIA VIRGO MATER DOMINI CONTEXVERAT.

Aliud quoque linteamen maius Arculfus in eadem Hierosolymitana ciuitate uidit, quod, ut fertur, sancta Maria contexuit et ob id magna reuerentia in ecclesia habitum totus ueneratur populus. In quo uidelicet linteo duodecim apostolorum formulae habentur intextae et ipsius Domini imago figurata. Cuius linteaminis una pars rubei coloris et altera e regione in altero latere uiridis habetur.

XI. DE ALIA SVMMA COLVMNA IN ILLO SITA LOCO, VBI CRUCE DOMINI SVPERPOSITA MORTVVS REVIXIT IVVENIS.

De aliqua ualde summa columna, quae a locis sanctis ad septemtrionem in medio ciuitatis stans pergentibus obuia habetur, breuiter dicendum est. Haec eadem columna, in eo statuta loco, ubi mortuus iuuenis cruce Domini superposita reuixit, mirum in modum in aestiuo solstitio meridiano tempore ad centrum caeli sole perueniente umbram non facit, solstitio autem transmisso, quod est VIII kal. Iul., ternis diebus interiectis paulatim decrescente die umbram primum facit breuem, deinde processu dierum longiorem. Haec itaque columna, quam solis claritas in aestiuo solstitio meridianis horis stantis in centro caeli e regione desuper circumfulgens ex omni parte circumfusa per-

10 Sulp. Seu. Chron. II, 34

1 XI *Br titulus exstat in PY.* De linteo quod ut fertur sancta contexit (v superscr.) Maria uirgo *Br titulo rubro colore scripto l.* v *atramento superscripta est* 2 contexerat *PY* 3 solimitana—sancta maria con *hanc lineam librarius omiserat, sed litteris minoribus superscripsit Z* hierusolimitana *PZBr* 4 contex (v superscr.) maria *corr. 2. m. Br* contexit *PYZ* 5 hab&um *P* 6 linte XII *P* 7 ymago *P* 8 robei (v superscr.) *corr. Br* 9 habetur in modum uiridium herbarum *Br* 10 XII *Br titulus tantum extat in Br* ubi cruce domini *om. Br* 11 ubi mortuus *Br* 12 alia *Z* ualde summa columna (transposition marks) que *P* a sanctis locis *Y* 13 septemtrionalem partem *YBr* obuiam *Br* 16 celi centrum *Br* centrum .·. solstitio *uerbis omissis:* caeli sole—non facit *eadem manu suprascriptis Z* 19 primam *P* 20 ita *Br* 21 caeli] poli *Br* 22 circumfulgentis *Y* circumfusa] circumfulsa *Y*

lustrat, Hierosolymam orbis in medio terrae sitam esse protestatur. Unde et psalmographus propter sancta passionis et resurrectionis loca, quae intra ipsam Heliam continentur, uaticinans canit: Deus autem rex noster ante saeculum operatus est salutem in medio terrae, hoc est Hierusalem, quae mediterranea et umbilicus terrae dicitur.

XII. DE ECCLESIA SANCTAE MARIAE IN VALLE IOSAPHAT FABRICATA, IN QVA MONVMENTVM EIVS HABETVR.

Sanctorum locorum sedulus frequentator, sanctus Arculfus, sanctae Mariae ecclesiam in ualle Iosaphat frequentabat, cuius dupliciter fabricatae inferior pars sub lapideo tabulato mirabili rotunda structura est fabricata, in cuius orientali parte altarium habetur, ad dexteram uero eius partem sanctae Mariae saxeum inest uacuum sepulchrum, in quo aliquando sepulta pausauit. Sed de eodem sepulchro quomodo uel quo tempore aut a quibus personis sanctum corpusculum eius sit sublatum, uel quo loco resurrectionem exspectat, nullus, ut fertur, pro certo scire potest. Hanc inferiorem rotundam sanctae Mariae ecclesiam intrantes illam uident petram ad dexteram parieti insertam, supra quam Dominus in agro Gethsamani illa nocte, qua tradebatur a Iuda in manus hominum peccatorum, flexis orauit genibus ante horam traditionis eius, in qua uidelicet petra duorum uestigia genuum eius quasi in cera mollissima pro-

4 Psalm. 73, 12 5 Hieron. in Ezech. 5, 5 17 Hieron. ep. ad Paulam et Eustochium de resurrectione beatae Mariae

1 hierusolimam *Br* 2 psalmigraphus *ZBr* psalmografus *Y* resurrectionis ∴ contine[n]tur, *uerba omissa* loca—heliam *eadem manus suprascripsit Z* 5 id est *Br* 6 mediaterranea, *sed corr. Br* mediteranea *P* 7 XIII *Br titulus deest in Z, in PY tantum*: De ecclesia sanctae mariae mariae semper uirginis *Br* 9 Et sanctorum *Z* 10 sanctae *om. Z* 11 fabricata *Y* 12 structura rotunda *Y* 13 partem eius *Y* eiusdem partem *Br* sanctae *om. PZBr* 14 inest saxeum *P* cauum sepulchrum *PZ* sepulta requieuit et sanctis pertinet *Br* 16 in quo loco *YBr* 17 ut refert *Br* 19 parietis *Br* 20 super *Z* g&[h]samani *P* getsamani *Y* gezamani *Br* 21 flexis genibus orauit sanctis *Br* 22 petre[a] *corr. Z* 23 uestigia duorum *Br* caera *P*

fundius inpressa cernuntur. Ita nobis noster frater Arculfus pronuntiauit, sanctorum uisitator locorum, qui haec, quae nos describimus, propriis conspexit oculis. In superiore igitur aeque rotunda ecclesia sanctae Mariae IIII altaria inesse monstrantur.

XIII. DE TVRRE IOSAPHAT IN EADEM CONSTRVCTA VALLE.

In eadem supra memorata ualle non longe ab ecclesia sanctae Mariae turris Iosaphat monstratur, in qua ipsius sepulchrum cernitur.

XIIII. DE MONVMENTIS SYMEON ET IOSEPH.

Cui uidelicet turriculae quaedam lapidea domus a dextera cohaeret parte de rupe excisa et separata montis Oliueti, in qua intrinsecus ferramentis cauata duo monstrantur sepulchra sine aliquo ornatu, quorum unum illius Symeonis iusti uiri est, qui infantulum dominum Iesum in templo ambis amplexus manibus de ipso prophetauit, alterum uero aeque iusti Ioseph, sanctae Mariae sponsi et domini Iesu nutritoris.

XV. DE SPELVNCA IN RVPE MONTIS OLIVETI HABITA CONTRA VALLEM IOSAPHAT, IN QVA IIII MENSAE ET PVTEI SVNT DVO.

In latere montis Oliueti quaedam inest spelunca haut procul ab ecclesia sanctae Mariae in eminentiore loco posita contra ual-

1 inpre^{s}sa *corr. 1. m. Z* noster sanctus frater arculfus *Y* noster sanctus arculfus frater *Br* alculfus *Z* 2 hoc quod *Y* 3 discribimus *Y* sup^{ior}ere *corr. pallidiore atramento Z* 4 aecclesiae *P* tria *Y* 6 XIV *Br titulus deest YZ* De turre Iosaphath *in marg. sup. P* iosafath *semper Br*; *continuo sequitur:* XV. Et de monumentis symeon et ioseph 8 iosaphath *P* iosaphad *Y* iosafath *Br* 9 sepulchri cernitur locus *Z* cernitur sine ornatu aliquo *Y* 10 *titulus ubique deest* 11 ad dextera *P* 14 iusti *om. Z* 15 ambabus *YZ* amplex^{v}is *P* conplexans *Y* complexus *Br* 16 profetauit *Y* prophe^{r}taū *corr. 2. m. Br* alter *Br* iusti *om. Br* 18 XVII *Br* de spelunca duorum puteorum *P titulus deest in YZ* 20 quandam inesse speluncam *Y* haud *Z* ^{h}aut *corr. 2. m. Br* procul abest *Y* 21 posita] est *Br*

lem Iosaphat, in qua duo profundissimi habentur putei, quorum unus sub monte in altum infinita profunditate productus extenditur, alter uero in speluncae pauimento, cuius uastissima, ut fertur, cauitas in profundum dimersa discendens recto tractu dirigitur, qui duo putei semper supercluduntur. In eadem ergo spelunca quatuor insunt lapideae mensae, quarum una est iuxta introitum speluncae ab intus sita domini Iesu, cui procul dubio mensulae sedes ipsius adhaeret, ubi cum duodenis apostolis simul ad alias mensas ibidem habitas sedentibus et ipse conuiua aliquando recumbere saepe solitus erat. Illius putei os conclusum, quem in pauimento speluncae inesse supra descripsimus, apostolorum mensis propius haberi monstratur. Huius speluncae portula ligneo, ut refert sanctus Arculfus, concluditur hostio, qui eandem Domini speluncam saepius frequentauit.

XVI. DE PORTA DAVID.

Porta Dauid montis Sion molli cliuo ab occidentali adhaeret parte. Per eandem de ciuitate egredientibus portam et montem Sion proximum ad sinistram habentibus pons lapideus occurrit eminus per uallem in austrum recto tramite directus arcibus suffultus.

XVII. DE ILLO LOCO, VBI IVDAS SCARIOTHIS LAQVEO SE SVSPENDIT.

Ad cuius medietatem ab occasu ille uicinus habetur locus, ubi Iudas Scariothis disperatione coactus laqueo se suspendens

2 perductus *Z om. Y* 3 uastis *P* 4 ciuitas *P* descendens *Y* 5 diregitur *P* cluduntur *Y* 6 spelunca *om. Br* sunt *Y* 8 me[n]-sulae *corr. eadem m. Z* mense *Br* dudenis *Y* 9 memsas *Z* hab&as *P* 10 solitus sepe *Br* ilius *P* clausum *Br* 11 descripsimus supra *Y* describsimus *P* scripsimus *Z* 12 proprius *PBr, corr. Z* 13 sanctus *om. PZ* hostio, *sed l.* h *erasa Y* 14 frequentauit sepius, *sed signis transpositionis additis P* 15 *titulus deest Z* XVII De porta Dauid. XVIII Et de loco, in quo Iudas Scarioth se suspendit *Br* 16 cliuio *P* octidentali *P* 18 fons *ZBr* 19 directus tramite *Br* arcubus *Z* 21 *titulus deest in codd.; nullum capituli initium in Z* 23 locus *om. Br* 24 scariothes *P* scari[i]othes *YZ*

disperierat. Ibidem et grandis hodieque monstratur ficus, de cuius, ut fertur, uertice inlaqueatus pependit, ut de ipso Iuda Iuuencus presbyter uersificus cecinit:

Informem rapuit ficus de uertice mortem.

XVIII. DE FORMA GRANDIS BASILICAE IN MONTE SION FABRICATAE ET DE IPSIVS MONTIS SITV.

Et quia paulo superius montis Sion mentio intercessit, de quadam pergrandi basilica in eo constructa quaedam breuiter succincteque intimanda sunt, cuius sic describitur formula: Hic petra monstratur, super quam Stephanus lapidatus extra ciuitatem obdormiuit. Extra hanc supra descriptam grandem basilicam, quae intrinsecus talia sancta conplectitur loca, alia memorabilis exstat ad occidentalem partem eius petra, super quam, ut fertur, flagellatus est Dominus. Haec itaque apostolica ecclesia, ut supra dictum est, in montis Sion superiore campestri planitie lapidea est fabricata structura.

XVIIII. DE ILLO AGELLVLO, QVI HEBRAICE ACHELDEMACH VOCITATVR.

Hunc paruum agellulum ad australem montis Sion partem situm noster Arculfus saepe frequentans uisitabat, lapidum maceriam habentem, in quo diligentius plurimi humantur pere-

4 Iuuenc. IV 631

1 Ibidem *hic demum initium cap. XVII in Z* 2 uertice ut fertur *Y* iudas ut ipse iuuencus presbiter *Br omissis uerbis:* de ipso Iuda 3 uersidicus *Br* sapiens uersificus *Y* 4 montem *Y* mo^{r}ntē *corr. 2. m. Br* 5 De basilica montis sion *P* De forma grandis basilice in monte Sion *Y* XX De forma—fabricatae. XXI De ipsius montis situ *Br* 9 succinteque *Z* sunt *om. YBr* discribitur *P* scribitur *Br* 10 super quem *P* 11 ex hanc *Br* discriptam *Y* disscriptam *Z* 13 eius *om. PZ* superquem *corr. 2. m. Z* supra *Br* 14 dominus flagellatus est *YBr* 16 planitiae *YBr* 17 *titulus exstat in PYBr, deest in Z* agello *Y* agellulo illo *Br* que *P* ebraice *P* acheldemag *Y* 18 uocatur *P* dicitur *Br* 19 montis Sion plagam *Y* sion plagam montis *Br* 20 alculfus *sed corr. eadem m. Z* uisitauit *Y* 21 macheriam *Z* habentem *om. Z*



grini, alii uero ex ipsis aut pannis aut pelliculis tecti neglegentius relinquuntur inhumati super terrae faciem putrefacti iacentes.

XX. DE ASPERIS ET PETROSIS LOCIS AB HIERVSALEM VSQVE AD CIVITATEM SAMVHELIS LATE PATENTIBVS ET VSQVE AD CAESAREAM PALAESTINAE OCCASVM VERSVS SVCCEDENTIBVS.

Ab Helia septemtrionem uersus usque ad Samuhelis ciuitatem, quae Armathem nominatur, terra petrosa et aspera per quaedam monstratur interualla, ualles quoque spinosae usque ad Tamniticam regionem patentes. Aliter uero a supradicta Helia et monte Sion qualitas regionum monstratur usque ad Caesaream Palaestinae occasum uersus; nam quamuis aliqua repperiantur angusta et breuia aspera loca interposita, praecipue tamen latiores plani monstrantur campi interpositis oliuetis laetiores.

XXI. DE MONTE OLIVARVM.

Aliarum arborum genera exceptis uitibus et oliuis in monte Oliueti, ut refert sanctus Arculfus, raro repperiri possunt, segetes uero frumenti et ordei in eo ualde laete consurgunt; non enim brucosa, sed herbosa et florida illius terrae qualitas demonstratur.

2 inhumati *post* iacentes *Y* inhumiti *P* faciei *corr. 1. m. Br* 4 *titulus deest in YZ* De asperis et petrosis locis *hucusque in P* XXII De asperis—Samuhelis. XXIII De late—succedentibus XXIIII De latitudine et qualitate terrae illius *Br* 5 et usque] eiusque *Br* 7 VII trionem *Z* ad *om. Y* 8 armathea *corr. 2. m. in* ramathea *Br* *post* nominatur *haec addit Br*: terra ab hierusalem usque ad ciuitatem samuhelis lata (*corr. in* late *2. m.*) patentibus et usque ad cesaream palestine occasum uersus succedentibus 9 per quem monstratur *corr. eadem m. in* per quae monstrantur *Z* pinosae *PBr* 10 tamnicam *Y* alter *corr. ex* aliter *Z* 12 cesariam *P* 13 respiciantur *Y* reperiantur *Z* asperaque *Y* 14 letiores oliuetis *Br* 15 latiores *Y* 16 *titulus exstat in PY; deest in Z* olíueti *P* XXV De monte Oliuarum. XXVI De loco dominicae ascensionis. XXVII Et de ecclesia in eo aedificata *Br* 17 in olíueti monte *Br* 18 sanctus ille *Br* seg$\overset{i}{\&}$tes *corr. eadem m. P* 19 in ea ualle *ZBr* laetae *YZ* lateque *Br* 20 bruchosa *Br*

XXII. DE ALTITVDINE ET QVALITATE TERRAE ILLIVS.

Altitudo autem eius aequalis esse altitudini Sionei montis uidetur, quamuis mons Sion ad montis Oliueti conparationem in geometricae demensionibus, latitudine uidelicet et longitudine, paruus et angustus esse uideatur. Inter hos duos montes uallis Iosaphat, de qua superius dictum est, media interiacet a septemtrionali plaga in australem porrecta partem.

XXIII. XXIIII. DE LOCO DOMINICAE ASCENSIONIS ET ECCLESIA IN EO AEDIFICATA.

In toto monte Oliueti nullus alius locus altior esse uidetur illo, de quo Dominus ad caelos ascendisse traditur, ubi grandis ecclesia stat rotunda ternas per circuitum cameratas habens porticus desuper tectas. Cuius uidelicet rotundae ecclesiae interior domus sine tecto et sine camera ad caelum sub aere nudo aperta patet, in cuius orientali parte altare sub angusto protectum tecto constructum extat. Ideo itaque interior illa domus cameram supra collocatam non habet, ut de illo loco, in quo postremum diuina institerant uestigia, cum in caelum Dominus in nube subleuatus est, uia semper aperta et ad aethera caelorum directa oculis in eodem loco exorantium pateat.

Nam cum haec, de qua nunc pauca commemorantur, basilica fabricaretur, idem locus uestigiorum Domini, ut alibi scriptum

23 Sulp. Seuer. Chron. II c. 33, 5 *cf.* Paulin. Nol. ep. XXXI ad Seuerum

2 Altitudo *initium cap. XXII in YZ; non solum titulum, sed etiam numerum om. P* altitudinis ionei montis *Z* montis sion altitudini *Br* 3 quamuis uidetur *Br* 4 geometriae *PZ* dimensionibus *Z* 5 esse *om. Z* uidetur *P* esse aequalis uideatur *Br* 7 recta *Z* 8 XXIII *PYZ; titulus exstat in PY, numerus in Z, titulus et numerus deest in P* aecclesiae *P* 9 in eo aedif.] eius *PY* 11 Ubi *in PZ initium capituli* XXIIII, *cuius numerus inm argine scriptus est* 12 stat ecclesia *Br* 13 porticos *P* 14 et camara *omisso* sine *Br* 17 camaram *Br* 18 postremo *Z* institerunt *Y* 19 sublatus *Br* seper *P* arta *Br* 20 exorantium in eodem loco *Y* 22 commemoraui *partim in rasura ex* commemoranda *corr. Br* 23 id est *P*

repertum est, continuari pauimento cum reliqua stratorum parte non potuit, siquidem quaecumque adplicabantur, insolens humana suscipere terra respueret in ora adponentium excussis marmoribus. Quin etiam calcati deo pulueris adeo perenne documentum est, ut uestigia cernantur inpressa, et cum cotidie confluentium fides a Domino calcata diripiat, damnum tamen arena non sentit et eandem adhuc sui speciem ueluti inpressis signata uestigiis terra custodit.

In eodem igitur loco, ut sanctus refert Arculfus, sedulus eiusdem frequentator, aerea grandis per circuitum rota desuper explanata collocata est, cuius altitudo usque ad ceruicem haberi monstratur mensurata. In cuius medietate non parua patet pertusura, per quam desuper apertam uestigia pedum Domini plane et lucide inpressa in puluere demonstrantur. Illa quoque in rota ab occidentali parte quasi quaedam semper patet porta, ut per eam intrantes facile adire locum sacrati pulueris possint et per apertam desuper eiusdem rotae foramen de sacro puluere porrectis manibus particulas sumant.

Igitur nostri Arculfi de loco uestigiorum Domini narratio cum aliorum scriptis recte concordat, quod nec culmine domus nec aliquo speciali inferiore et uiciniore tegmine ullo quoque modo protegi potuerit, ut semper manifeste ab uniuersis eius frequentatoribus conspiciatur et dominicorum uestigia pedum in eiusdem loci puluere depicta clare demonstrentur. Haec enim eadem dominica uestigia ingentis claritudine lampadis

1 est *om. Br* contenuam *P* st(r)ạtorum *corr. 1. m. Z* 2 in solemniis *Z* 3 adponentium reiecit *Br* excussis marm. *om. Br* 4 quin etiam] quō *Z* calcati *littera* a *2. m. superscripta Br* calcati a deo *YZ*, *sed conf. Sulp. Seu. l. c.* 5 est documentum *Br* cernantur *ex* cernentur *corr. 2. m. Br* 6 domino *omisso* a *Sulp. Seu.* 7 area *PYZ* harena *Br cf. Sulp. Seu.* speciem sui *Br* inpraesis, *sed corr. Z* hinc pressis *Br* 9 sanctus ut refert *Br* 10 per circuitum grandis *Br* pota, *sed corr. Z* 11 explananata *Y* uerticem *Z* 13 pertussura *YBr* per que *Br* 15 in rota] rotunda *Br* qua (*in rasura*) quedam *Y* 17 posint *P* 20 scribtis *P* quia *Y* que *Br* 21 speciale *Y* interiore *Br* quoque *om. Z* 22 poterit *Z* eius *om. Z* 24 eiusdem loci—uestigia *om. Y* 25 lampades *Br*

supra eandem rotam in trocleis pendentis die et nocte flammantis inluminantur.

Illius itaque supra memoratae ecclesiae rotundae in occidentali parte bis quaternales superne fabrefactae habentur fenestrae ualuas habentes uitreas, quibus utique fenestris eiusdem numeri uicinae lampades intrinsecus e regione positae in funibus pendentes ardent, quae uidelicet lampades sic collocatae, ut unaquaeque lampas nec superius nec inferius pendeat, sed quasi adhaerens eidem fenestrae uideatur, cui interius e regione propinqua specialiter cernitur. Quarum utique lampadum in tantum claritas refulget, ut earum lumine quasi de superiore montis Oliueti loco coruscantium per uitrum habundanter effuso non tantum ea eiusdem montis pars, quae ad occasum uersus eidem adhaeret rotundae et lapideae basilicae, sed etiam ciuitatis Hierosolymae de ualle Iosaphat ascensus per quosdam gradus in altum sublimatus clare quamlibet in tenebrosis noctibus mirabiliter inlustretur et maior eiusdem pars urbis anterior e regione positae similiter eadem inluminetur claritudine. Haec fulgida et praedicabilis octenalium magnarum coruscatio lucernarum de monte sancto et de loco dominicae ascensionis noctu refulgentium maiorem, ut Arculfus refert, diuini amoris alacritatem credulorum respicientium cordibus infundit quendamque pauorem mentis cum ingenti interna conpunctione incutit.

Sed et hoc nobis non esse tacendum uidetur, quod saepe memoratus Arculfus de hac eadem rotunda ecclesia mihi

1 flammantes *Br* 3 rotundae ecclesiae *YBr* ocidentali *Z* 4 supernae *Z* fabricate *Br* 5 uitrias *P* finistris *P* 9 eiusdem *Br* finistrae *P* e regione posite *Br* 12 olíueti montis *YBr* uitreum *Y* uitri *Z* habundanter *codd.* effuso *ex* effusio *corr. 2. m. Br* 13 non tamen *YZ* pars *in rasura pro* pars is *Br* ad *om. YZBr* 15 iosaphath *P* 16 grados *P* 18 anterius *Y* claritate *P* 19 choruscatio *Br* 20 de *ante* loco *om. Br* 21 ut sanctus refert Arculfus *Br* 22 alacritatem uel claritatem *Br* 22 respicitientium *corr. 2. m. Z* 25 haec *P* nobis *om. Br* 26 rotunda sancta *Br*

diligentius interroganti retulit dicens: In anniuersaria diei dominicae ascensionis sollemnitate per omnes annos ualidissimi flaminis procella meridianis horis post peracta in eadem basilica sacrosancta missarum sollemnia forti impetu inruere in tantum solet, ut nullus hominum stare uel etiam sedere in illa ecclesia et uicinis ei locis quoquo possit modo, sed omnes tamdiu in terra prostratis uultibus superstrati iacent, donec illa terribilis procella pertranseat. Huius terrifici flatus causa facit, ut illa pars domus habere cameram non possit, quae supra locum inpressorum Domini uestigiorum, qui intra supradictae rotae medium foramen apertae monstratur, ad caelum semper patefacta appareat; nam quascunque materias desuper ad cameram conponendam, si quando humanae manus ars aedificare conabatur, supra memorati diuinitus emissa uenti ualiditas distruebat. De hac itaque formidabili procella sanctus Arculfus taliter nobis enarrauit, qui eadem hora, qua in die dominicae ascensionis ille ualidissimus inruit flatus, et ipse praesens in eadem ecclesia Olíueti interfuit montis. Cuius uidelicet rotundae ecclesiae figura uili quamuis pictura sic depicta declaratur, aereae nec non in eius medietate collocatae rotae formula hac discriptiuncula monstratur subiecta.

Sed et hoc etiam sancti Arculfi relatione didicimus, quod in eadem rotunda ecclesia ad consuetum octo supra memoratarum noctu intrinsecus refulgentium lucernarum prope innumerabiles in nocte festiua dominicae ascensionis aliae adici soleant lampades, quarum terribili et ammirabili coruscatione

1 diligenter *Y* interrogantis, *sed corr. Z* retullit, *sed corr. Z* anniuersarii *P* anniuersario *Y* 2 solemnitate *Y* per omnē (*corr. 2. m.*) annum *Br* uallidissimi *Z* 3 fluminis *Y* eandem *Z* 5 *post* stare *rasura unius litterae in Br* 6 quoque (e *in rasura*) *Br* 9 camaram *Br* 10 intra] in terra *Br* 11 per medium aperte foramen *Br* 12 camaram *Br* 13 componendam, *sed corr. P* 14 emisa *P* destruebat *Br* 16 qui—ascensionis *om. Br* 20 aere nec non in equis *Br* formule rote *Br* 22 relatione arculfi *P* 23 VIII lampadarum supra memoratarum *Y* 25 festiua] uestigia *Z* 26 solent *Y* admirabili *PZ* choruscatione *Br*



per uitreas fenestrarum ualuas habundanter effusa mons Oliueti non solum inluminari, sed etiam ardere totus uidetur totaque ciuitas inlustrari in humiliore et uicino sita loco.

XXV. DE SEPVLCHRO LAZARI ET ECCLESIA SVPER ILLVD AEDIFICATA.

Arculfus sanctorum supra memoratorum frequentator locorum quendam Bethaniae campulum magna oliuarum silua circumdatum uisitauit.

XXVI. DE MONASTERIO EIDEM ADHAERENTE.

Ubi grande inest monasterium et grandis basilica supra illam aedificata speluncam, de qua Dominus quadriduanum mortuum suscitauit Lazarum.

XXVII. DE ECCLESIA AD DEXTERAM BETHANIAE PARTEM CONSTRVCTA.

De alia celebriore ecclesia ad australem Bethaniae partem in eo montis Olιueti loco fundata, in quo Dominus ad discipulos habuisse sermonem dicitur, breuiter scribendum arbitramur. Hinc non neglegenter inquirendum est, qualem sermonem et quo tempore uel ad quas speciales personas discipulorum Dominus sit locutus. Quae tria, si trium euangelia scriptorum aperire uoluerimus, Matthaei, Marci, Lucae, nobis manifeste clarebunt, qui de sermonis qualitate concinentes loquuntur; de loco ipsius conuentionis nemo dubitare poterit

1 fenestrarum *om. Br* finistrarum *P* ualbas *P* uallas *Z* habundanter *expuncta 2. m. l.* h *Z* 3 uicina *Br* loca *corr. 2. m. ex* loco *Br* 4 XXIV *Y* XXVIII *et* XXVIIII *Br titulus deest Z* de sepulchro Lazari *hucusque titulus in PY* XXVIII De sepulchro Lazari et ecclesia super illud constructa. XXVIIII De monasterio eidem adherente *Br* 9 *titulus deest in codicibus, sed PBr initium capitis numero in margine ascripto signauerunt* 11 quatriduanum *YBr* 13 XXV *Y* XXVI *Z* XXX *Br titulus tantum in Br* 17 discipulos suos *Br* 20 euangeliorum scriptores *Y* 21 mathei (*sic semper*) *codd.* matheum marcum lucam *YBr* 22 clarebit *Br* concinnentes *PY* continentes *Br* 23 locuntur *Br*

et de sermonis forma, qui Matthaei euangelium legit, ubi de Domino ipse commemorat euangelista dicens: Sedente autem eo super montem Olivueti accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes: Dic nobis, quando haec erunt? Et quod signum aduentus tui et consummationis saeculi? De personis interrogantium hic Matthaeus tacuit, sed Marcus non tacet, qui ita scribit dicens: Interrogabant eum separatim Petrus et Iacobus et Iohannes et Andreas. Quibus interrogantibus respondens qualitatem habiti sermonis iuxta tres superius commemoratos euangelistas ostendit ita dicendo: Videte, ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes, quia ego sum Christus, et cetera sequentia de nouissimis temporibus et saeculi consummatione, quae Matthaeus prolixo sermone prosequitur usque ad eum locum, quo et de tempore huius manifeste idem euangelista ex uerbis Domini protracti sermonis ostendit ita dicens: Et factum est, cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis, quia post biduum pascha fiet et filius hominis tradetur, ut crucifigatur et cetera. Aperte ergo ostenditur Dominum in die quartae feriae biduo restante usque ad primam azymorum diem, quae dicitur pascha, supra commemoratum sermonem prolixum ad interrogantes fuisse locutum quatuor supradictos discipulos. In loco itaque habiti illius sermonis superius memorata

2 Matth. 24, 3 7 Marc. 13, 3 11 Marc. 13, 5. 6 17 Matth. 26, 1. 2

1 de *ante* sermonis *om. Br* forma] styma *P* 6 inter[ro]gantium *corr. 2. m. Z* 7 tacuit *Z* scribens dicit *P* 8 iacob iohannes *Y* 9 qui interrogantibus *Br* hab&i *P* 10 supra *YZBr* memoratos *ZBr* 12 Christus *om. YBr* 14 quod matheus *Y* 15 et tempus *Br* huius protracti sermonis *sic posuit YBr* 16 ita *om. Br* 17 scribens *YBr* 18 discipulis—cetera *om. Br* 19 et *ante* filius *om. Z* trađ *Y* crucificatur *P* 20 quarta feria *Br* 21 feriae biduo *om. P* primum *Br* azimorum *codd.* diem *om. ZBr* 22 quē *P* dicitur pascha *om. P* memoratum *Z* prolixum sermonem *YBr* 23 ad *om. P* rogantes *P* ad quattuor *uoce* ad *2. m. superscripta Br* apostolos *P* 24 itaque ab illius; *post* ab *lacuna nonnullarum litteraru m P* memoratae *Y*

ob recordationem fundata ecclesia in magna habetur honorificentia.

Hucusque de locis sanctis Hierosolymitanae ciuitatis et montis Sion montisque Oliueti et uallis Iosaphat interiacentis iuxta sancti Arculfi eorundem frequentatoris locorum certam narrationem sufficiat descripsisse.

CAPITVLATIONES LIBRI SECVNDI.

I. De Bethlem ciuitatis situ.

II. De loco natiuitatis Domini.

III. De illa petra extra murum sita, super quam aqua primae lauationis eius post natiuitatem effusa est.

IIII. De illa ecclesia, in qua illud Dauiticum conspicitur monumentum.

V. De alia ecclesia, in cuius interiore parte sancti Hieronymi sepulchrum habetur.

VI. De monumentis illorum trium pastorum, quos nascente Domino caelestis circumfulsit claritudo.

1 est fundata *Y* 3 sanctis *om. Br* hierusolimitanae *codd.* ciuitate (is) *corr. 2. m. Z* 4 montis quoque *YBr* 5 iuxta] ita *Br* sancti *om. Br* 6 discripsisse *Y* HIC PRIMI LIBRI VEL LIBELLI TERMINVS FIAT *P* HINC PRIMI LIBELLI TERMINVS FIAT *Y* EXPLICIT LIBER PRIMVS *Z* FINIT LIBER PRIMVS *Br* (*in margine 2. m. add.*). *In cod. Br hic interpositus est breue excerptum mutilatum ex Hieronymi de situ et nominibus locorum hebraicorum libro nullo spatio intermisso, sed rubris lineis marginalibus circumscriptum, cuius in fine est:* EXPLIC̄ LIB̄ I. INCIPIT LIBER SECVNDVS.

7 ABHINC SECVNDI CAPITVLATIONES LIBRI SEQVVNTVR *P* ABHINC SECVNDI SEQVVNTVR KAPITVLATIONES *Y* CAPITVLA LIBRI SECVNDI *Z* primi tituli libri hucusque primus de locis sanctis occupit libellus. INCIPIVNT CAPITVLA SECVNDI LIBRI *Br* (*sed in cod. Br haec capitulatio primi libri capitulationem sequitur*). 8 bethleem *Br* 10 muros *P* quam *ex* aquam *corr. 2. m. Br* 11 post natiuitatem effusa est *om. Br* 12 illud *om. Y* 13 sepulchrum *Z* 14 hieronimi *codd.* 15 sepulcri (v) *corr. 2. m. Br* habetur sepulchrum *Y* 16 trium *om. Br*

VII. De sepulchro Rachel.
VIII. De Chebron.
VIIII. De ualle Mambre.
X. De sepulchris IIII patriarcharum.
XI. De monte et quercu Mambre.
XII. De illo pineto, ex quo ligna in camelis ad ignis ministeria in Hierosolymis perficienda uehuntur.
XIII. De Hiericho.
XIIII. De Galgalis.
XV. De XII lapidibus, quos filii Israhel transuadato Iordanis fluuio siccato detulerunt profundo.
XVI. De illo loco, in quo Dominus a Iohanne baptizatus est.
XVII. De Iordanis colore.
XVIII. De mari mortuo.
XVIIII. De fontibus Iordanis.
XX. De mare Galileae.
XXI. De puteo Samariae.
XXII. De quodam solitudinis fonticulo.
XXIII. De locustis et melle siluestri.
XXIIII. De illo loco, in quo Dominus quinque panes et duos benedixit pisces.
XXV. De Capharnaum.
XXVI. De Nazareth et ecclesia eius.
XXVII. De monte Tabor.

2 VIII de cebron et de ualle mambre *Z* de hebron *in rasura Y* 3 *deest in Z* mambrę *P* 4 VIIII *Z* IIII *om. Y* patriarcarum *P* 5 X *Z* 6 XI *Z* illo *om. Br* pinneto *P* pi//neto *una littera erasa Z* camellis *P* 7 hierusolimis *PY* uechuntur *Y* *ceteri tituli desunt in Y, ubi additur:* HINC AD ALIA IN SECVNDO TRANSIBIMVS. 8 XII *Z* 9 XIII *Z sequens titulus cum hoc coniungitur:* De Galgalis de duodecim etc. 11 profundo *om. Br* 12 XIIII *Z* ubi *Br* ab *Br* baptizatur *P* 13 XV *Z* 14 XVI *Z* mare *Br* 15 XVII *Z* 16 XVIII *Z* mare *codd.* 17 XVIIII *Z* 18 XX *Z* 19 XXI *Z* mel siluestre *Br* 20 XXII *Z* ubi *ZBr* 21 pisces benedixit *Br* 22 XXIII De cafarnaum *Z* 23 *numerus erasus est in cod. P* XXIIII *Z* eclesia *Z* 24 XXVI *numerus atro colore instauratus P* XXV *Z* thabor *Br*

LIBER SECVNDVS.

I. DE BETHLEM CIVITATIS SITV.

In huius nostri secundi libelli exordio de situ Bethlem ciuitatis, in qua noster Saluator ex uirgine sancta nasci dignatus est, pauca breuiter craxanda sunt aliqua. Quae ciuitas non tam situ grandis, sicuti nobis Arculfus retulit, qui eam frequentauit, quam fama praedicabilis per uniuersarum gentium ecclesias diffamata, in dorso sita <est> angusto undique ex omni parte uallibus circumdato, quod utique terrae dorsum ab occidentali plaga in orientalem partem quasi mille passibus porrigitur. In cuius campestri planitie superiore humilis sine turribus murus in circuitu per eiusdem monticuli extremitatis supercilium constructus uallicuculis hinc et inde circumiacentibus supereminet mediaque intercapidine intra muros per longiorem tramitem habitacula ciuium sternuntur.

6 Hieron. Onom. ed. Lagarde p. 101, 5

1 XXVII *P* XXVI *Z* 2 XXVIII *P* XXVII *Z* 3 XXVIIII *P* XXVIII *Z* nili *corr. 2. m. Br* curcodrillis *corr. 2. m. Br* 4 INCIPIT LIBER SECVNDVS *PZBr* HINC AD ALIA IN SECVNDO TRANSIBIMVS *Y* 5 I De situ Bethlem *P* De Bethleem situ *Br. Titulus deest in P* 6 exordio libelli *Y* *post* exordio *addit Br*: de situ Hierusalem parrochiae id est Bethlem ciuitatis bethleem *semper Z* 7 in *om. P* dignatus et nasci *Y* 8 caraxanda *Z* raxandas̄ *Br*, *priores quinque litterae in rasura* quae bethleem ciuitas *Br* 10 quem *corr. 2. m. Br* quae fama *Y* 11 defamata *PY* est *add.* Baeda hist. eccl. V 16 angulo *Br* 12 circumdata *Br* quae utique *YBr* 13 porregitur *P* porrigitur *ex* porrigetis *corr. Z* 14 planicię *P* planitię *Y* planitiae *Br* planitiạe *Z* 15 extremitates *Y* 17 inter capidine *Z* intercapidiae *Br* inter *Z* murum *ZBr* 18 habitacula *om. P*

II. DE LOCO NATIVITATIS DOMINI.

In eiusdem uero ciuitatis orientali et extremo angulo quasi quaedam naturalis dimidia inest spelunca, cuius interior ultima pars praesepe Domini nominatur, in quo natum puerum reclinauit mater, alius uero supradicto contiguus praesepio introeuntibus propior locus propriae natiuitatis dominicae traditur fuisse. Illa ergo Bethlemitica spelunca praesepis dominici tota intrinsecus ob ipsius Saluatoris honorificentiam marmore adornata est pretioso; cui utique semiantro super lapideum cenaculum sanctae Mariae ecclesia supra ipsum locum, ubi Dominus natus specialius traditur, grandi structura fabricata, fundata est.

III. DE ILLA PETRA EXTRA MVRVM SITA, SVPER QVAM AQVA PRIMAE LAVATIONIS EIVS POST NATIVITATEM EFFVSA EST.

De illa petra extra murum posita, super quam aqua primae post natiuitatem dominici ablutionis corpusculi de muri summitate inclinato, in quo fuit, effusa est uasculo, breuiter commemorandum aestimo. Quae sacri lauacri aqua de muro effusa in petra inferius iacente quasi quandam natura cauatam inuenit fossam; quae eadem undula in primo dominico repleta natalicio ex eadem die ad nostra usque tempora per multos saeculorum circuitus purissima plena monstratur limpha sine ulla defectione uel diminutione, nostro Saluatore hoc miraculum a die natiuitatis suae peragente, de quo propheta canit:

1 *titulus tantum extat in Br* 2 uero *om. Z* orientali et extremo *om. P* quaedam quasi *Z* 3 dimedia *PBr* 4 domini est *Z* in quo—mater *om. Z* 5 conticuus *Br* praesepio contiguus *Y* 6 proprior *Z, sed littera* r *postea erasa* loci *Z* propriae *Br* dominice natiuitatis *Br* traditus *P* 8 honorificantiam *Br* 9 precisioso *Br* semiandro *P* 10 s. mariae semper uirginis *Br* super ipsum *Y* 12 et fundata *Z* 13 *titulus deest in PYZ* supra quam *Br* 14 post natiuitatem—effusa est *om. Br* 15 exposita supra quam *Br* 16 dominicae *Br* 17 breuiter *om. Z* 19 quadam *Z* 21 natali^{c}tio *Z* natalico *Y* ex *om. Y* diae *Br* nostra] nam *P* tempr̃ *Br* 22 limfa *Z* 23 demunitione *Y* 24 prophetes *P* profeta *Y*

Qui eduxit aquam de petra et apostolus Paulus: Petra autem erat Christus, qui de durissima contra naturam petra in deserto sitienti populo consolatoriam produxit undam. Idem ipse est dei uirtus et dei sapientia, qui et de Bethlemitica illa petra aquam eduxit eiusque lacunam plenam semper limphis conseruat. Quam noster Arculfus propriis obtutibus inspexit et in ea faciem lauit.

IIII. DE ILLA ECCLESIA, IN QVA ILLVD DAVITICVM CONSPICITVR MONVMENTVM.

Arculfus de sepulchro Dauid regis a me interrogatus hoc nobis responsum dedit inquiens: Sepulchrum Dauid regis in terra humati ego ipse non neglegenter inquirens frequentabam, quod in parte media pauimenti ecclesiae sine aliquo habetur superposito ornamento, humilem lapideam habens pyramidem illud supra circumdantem lampademque semper superpositam clare lucentem. Haec ergo ecclesia extra ciuitatis muros in ualle contigua est fundata, quae Bethlemitico in parte aquilonali monticulo cohaeret.

V. DE ALIA ECCLESIA, IN CVIVS INTERIORE PARTE SANCTI HIERONYMI SEPVLCHRVM HABETVR.

De sepulchro quoque sancti Hieronymi simili sollicitudine nobis inquirentibus Arculfus si ait: Sepulchrum sancti Hieronymi, de quo inquiritis, ego conspexi, quod in alia habetur ecclesia, quae extra eandem ciuitatulam in ualle est fabricata, quae in

1 Psalm. 77, 16 I Cor. 10, 4

1 edux̄ [aq̄de] p&raṁ *P* 3 consulatoriam *P* p̄duxit *Z* prouexit aquam uel undam *Br* 4 Item *Z* est *om. Br* de *om. Br* 5 educ̄ *Y* que *om. Br* laconam *Br 1. m., corr. 2. m.* 6 limfis *Z* 7 conspexit *Z* ins[p]exit obtutibus *Br* lauauit *Br* 8 IIII De sepulchro dauid *PY* 10 de dauid sepulchro regis *Br* 11 dedit responsum *Br* regis *om. Z* 14 ornamento *om. P* lapidem *Y* lapideum *Z* 15 illud s. circumd. *om. P* 16 clare lucentem *om. P* murum *YZBr* 18 monticulo *om. P* 19 *titulus deest in PZ* De sepulchro hieronimi *Y* 21 nobis soll. *Y* 22 nos[bi] *2. m. corr. Br* 23 ipse conspexi arculfus *Br* illa *Z* 24 ciuitaculam *PY* ciuitatem *Br*

meridiano latere sita supra memorati dorso monticelli est contermina Bethlemitici. Quod uidelicet Hieronymi sepulchrum simili opere ut Dauiticum monumentum conpositum nullum ornatum habet.

VI. DE MONVMENTIS ILLORVM TRIVM PASTORVM, QVOS NASCENTE DOMINO CAELESTIS CIRCVMFVLSIT CLARITVDO.

De monumentis illorum pastorum, quos nocte dominicae natiuitatis caelestis circumfulsit claritudo, Arculfus nobis breuem contulit relatiunculam inquiens: Trium illorum in ecclesia pastorum tria frequentaui monumenta iuxta turrem Gader humatorum, quae mille circiter passibus contra orientalem plagam distant Bethlem. Quos in eodem loco nascente Domino, hoc est prope turrem gregis, angelicae lucis claritas circumdedit, in quo eadem ecclesia est fundata eorundem pastorum continens sepulchra.

VII. DE SEPVLCHRO RACHEL.

Rachel in Effrata, hoc est in regione Bethlem, et liber Geneseos sepultam narrat, sed et Locorum liber in eadem regione iuxta uiam humatam refert Rachel. De qua uia Arculfus mihi percunctanti respondens ait: Est quaedam uia regia, quae ab Helia contra meridianam plagam Chebron ducit, cui uiae Bethlem uicina VI milibus distans ab Hierusolyma ab orientali plaga adhaeret. Sepulchrum uero Rachel in eadem

11 Hieron. Onom. p. 101, 8 13 Luc. 2, 9 17 Hieron. Onom. p. 117, 16 20 Hieron. Onom. p. 101, 6

1 monti celli *Z* conterminata *Br* 2 betlemitici *littera* h *erasa P* bethlemitica *Z* 3 dauidicum *ZBr* 5 VI *titulus deest in PYZ* trium *om. Br* 8 breuiter *Br* 10 trea *Y* gazer *Y* sader *Br* 11 humatorum *om. Z* quod *Y* 12 distat *ZBr* a bethlem *YBr* 13 gygregis *P* uocis *Br* 15 contenens *P* 16 VII *titulus deest in YZ* 17 effratha *Y* in *ante* regione *om. Z* et *om. Z* 19 ita uiam *Br, corr. 2. m.* arculfus uia *Br* 20 quidem *Y* 21 elia (h *superscr.*) *corr. 2. m. Br* cebron *sic semper Z* chebron *ex* cebron *hic et p. 259, 2. 7 corr. 2. m. Br* 22 quinque *Br* ad orientali *P* 23 eiusdem *YBr*

uiae extremitate ab occidentali parte, hoc est in dextro latere, habetur pergentibus Chebron cohaerens, uili operatione collocatum et nullam habens adornationem, lapidea circumdatum pyramide. Ibidem et nominis eius titulus hodieque monstratur, quem Iacob maritus super illud erexit.

VIII. DE CHEBRON.

Chebron, quae et Mambre, olim Philistinorum metropolis et habitaculum gigantum fuerat, et in qua Dauid septem regnauit annis, nunc, sicut sanctus refert Arculfus, murorum non habet ambitum, quaedam solummodo dirutae olim ciuitatis in reliquiis uestigia ostendit ruinarum, uicos tamen quosdam uili opere constructos et uillas, alias intra et alias extra illas muralium reliquias distructionum, per campestrem collocatos planitiem, in quibus uidelicet uicis et uillis multitudo populi inhabitat.

VIIII. DE VALLE MAMBRE.

Ab orientali uero plaga eiusdem Chebron ager occurrit speluncae duplicis respiciens Mambre, quem emit Abraham ab Effron Hethaeo in possessionem duplicis sepulchri.

7 Hieron. Onom. p. 84, 14 17 Gen. 23, 17—19

1 de[x]tro *Z* dextero *Br* 2 uili opere uel operatione *Br* 3 ornationem *Y* de lapidea *Br* circumdatus, *sed corr. 2. m. Br* 4 demonstratur *Br* 5 maritus eius *Br* direxit *Z* 6 VIII *titulus deest in Z* DE HEBRON *Y* 7 quoque et *Z* quod et *Y* filistinorum *Y* 8 gygantum *Y* 9 sanctus *om. Br* arculfus dicit *Br* 10 ciui[ti]tas *corr. 2. m. Br* 11 reliquis *PBr* quosdam tamen *Br* 12 agellos et uillas *Br* alios intra et alios extra *YBr* 13 reliquas *P* reliquis *Y* distinctionum *Br* habet collocatos *Br* 15 habitat *Z* 16 VIIII *titulus tantum extat in Br* VIIII De ualle Mambre. X Et de sepulcris IIII patriarcharum. 17 ager ille *YBr* ager] ate *P* 18 spelunce duplici *Br* habraham *Br* 19 aetheo *Y* ce[t]dheo *Z corr. 1. m.* ≡etheo *Br littera* c *erasa. Post* sepulchri *addit Br*: que non uidetur super terram, sed sub terra putantur bina sepulchra.

X. DE SEPVLCHRIS IIII PATRIARCHARVM.

In huius agelli ualle sanctus Arculfus locum sepulchrorum Arbe uisitauit, hoc est quatuor patriarcharum, Abraham et Isaac et Iacob et Adam primi hominis, quorum plantae non sicut in aliis orbis regionibus ad orientem humatorum conuerti moris est, sed ad meridiem uersae et capita contra septemtrionalem plagam conuersa. Horum locus sepulchrorum quadrato humili circumuenitur muro. Adam protoplastus, cui peccanti continuo post perpetratum peccatum a deo creatore dictum est: Terra es et in terram ibis, separatus a ceteris tribus haut longe ad borealem illius extremam quadrangulati lapidei ualli partem non in saxeo in petra exciso sepulchro super terram, ut ceteri de semine eius honorati quiescunt, sed in terra humatus humo tectus et ipse puluis in puluerem uersus expectans resurrectionem cum uniuerso semine suo pausat. Et sic de tali sepulchro eius ad ipsum de se ipso prolata expletur diuina sententia. Et iuxta exemplum primi parentis sepulchri ceteri tres patriarchae et ipsi uili puluere tecti dormientes pausant. Quorum quatuor sepulchra habent circumcisas et dolatas de singulis lapidibus superpositas quasi ad formam alicuius basilicae paruas memorias fabricatas iuxta mensuram longitudinis et latitudinis uniuscuiusque sepulchri formatas. Abraham et Isaac et Iacob tria sepulchra uicina tribus superpositis candidis lapidibus, ad hanc, de qua scri-

2 Hieron. quaest. hebr. t. III p. 340 ed. Vall. 10 Gen. 3, 19

1 *titulus deest in omnibus codicibus* 2 agelli *om. P* sanctus ille arculfus *Br* locum *om. Z* 3 habraham *P* abraham, isaac, iacob et adam *Br* 4 isac *Y* 5 urbis *Z* 7 locum *Z* 8 circumuenit *Z* proptoplaustus *PYZBr* 11 haud *Z* [h]aut *corr. 2. m. Br* aborialem *Br, 2. m.* i *in* e *corr.* extremum *Y* 12 uali *PZ* uili *Y* saxeo petra *Y* non infra ex ea in petra *Br* excisa *Y* exciso *ex* excisa *1. m. corr. Br* 13 de *om. Z* 14 sed intra humatas in *Br* 16 pausauit *Br* talis de sepulchro *Y* eius quod in terra sepultus est, *absque dubio glossema Br* 17 diuina expletur *Br* 18 patriarce *Br* 19 habentur *Br* 22 in uniuscuiusque *Br* 23 abraham, isaac et iacob *Br* isac *Y* 24 conditis *PZ* scribsimus *P* scribimus *Br*

psimus, figuram formatis, ut superius dictum est, proteguntur. Adam uero sepulchrum superposito quidem, sed obscurioris lapide coloris et uilioris operis protegitur. Trium quoque feminarum uiliores et minores memorias ibidem conspexit Arculfus, Sarrae uidelicet et Rebeccae et Liae, humatarum in terra. Illorum itaque patriarcharum sepulcralis agellus a muro illius antiquissimae Chebron in unius stadii spatio orientem uersus distare dinoscitur. Quae utique Chebron, ut fertur, ante omnes non solum Palaestinae ciuitates condita fuerat, sed etiam uniuersas Aegyptiuas urbes in sua praecessit conditione, quae nunc misere monstratur distructa.

Hucusque de sepulchris patriarcharum sufficiat craxasse. Nunc de Mambre colle.

XI. DE MONTE ET QVERCV MAMBRE.

Mambre collis mille passibus a monumentis supra descriptis ad boream separatus distat, herbosus ualde et floridus, respiciens Chebron ab Affrico sibi occurrentem. Idem itaque monticellus Mambre nominatus habet in cacumine campestrem planitiem, ubi ad aquilonalem eiusdem cacuminis partem lapidea magna fundata est ecclesia, in cuius dextrali parte inter duos grandis eiusdem basilicae parietes, mirum dictu, quercus Mambre extat in terra radicata, quae et quercus Abraham dicitur, eo quod sub ea quondam angelos hospitio receperit. Quam sanctus

8 Heges. IV c. 23 p. 258, 24, cf. Hieron. Onom. p. 112, 5   21 Hieron. Onom. p. 84, 16 et 114, 17, cf. etiam Heges. IV c. 23 p. 258, 30

1 formatas *Y*   2 sepulchrum uero adam *Y*   3 lapideae *Br*   4 aspexit *P*   5 et *ante* Rebeccae *om. YBr*   in terra humatarum *Z*   7 cebron *Z et sic semper*   10 uniuersarum aegyptias *Br*   12 de patriarcarum sepulcra sufficiat craxare *Br*   caraxare *Z*   13 Nunc de manbre colle *P*, De mambre colle *Y ut titulus capiti XI praeponitur. Hinc numeri cap. desunt in Y*   XI De monte et quercu mambre *Br Capitulum ipsum* (X *Z*) *incipit:* Nunc de mambre colle *ZBr*   16 ab boream *Br, corr. 2. m.*   et flores habens *Br*   17 africo *Br*   18 caspestrem *Br solus*   19 aquilonem *PBr*   20 in duos *Br*   grandes *YBr*   21 existit *Z*   23 reciperit *PYZ, in Z correctum in* reciperet   quod *Br*

Hieronymus alibi narrat ab exordio mundi usque ad Constantini regis imperium permansisse, et fortassis ideo non dixit penitus defecisse, quia eadem aetate, quamuis non tota illa, sicuti prius fuerat, grandissima quercus monstrabatur, tamen aliqua pars eius permansit in suo stabilita loco. Ex qua, ut refert Arculfus, qui eam propriis conspexit oculis, adhuc quoddam truncatum remanet spurium radicatum in terra, sub ecclesiae protectum tegmine, mensuram quasi duum longitudinis uirorum habens; de quo uidelicet conroso spurio et ex omni parte securibus circumciso astellarum ad diuersas orbis prouincias particulae asportantur ob eiusdem quercus uenerationem et recordationem, sub qua, ut superius conmemoratum est, angelorum quondam conuentio ad Abraham patriarcham famosa et praedicabilis fuerat condonata. In circuitu eiusdem ecclesiae, quae ibidem ob loci illius honorificentiam constructa habetur, pauca quaedam religiosarum habitacula fabricata monstrantur. Sed de his ista sufficiant dixisse; ad alia pergamus.

XII. DE ILLO PINETO, EX QVO LIGNA IN CAMELIS AD IGNIS MINISTERIA IN HIEROSOLYMIS PERFICIENDA VEHVNTVR.

Egredientibus de Chebron in campi latitudine sita ad aquilonalem plagam haut procul a margine uiae ad sinistram occurrit pinosus non grandis mons tribus milibus a Chebron distans, a cuius pineto pinea ad Hierosolymam usque in camelis

1 alibi *om. Z* 3 quod *Z* 5 tamen] sed *2. m. superscr. Br* remansit *Br* in suae stabilitatis loco *Y* 6 ut refert sanctus arculfus *Z* ut sanctus refert arculfus *Br* propriis tamen *Br* 7 truncum *Z* 8 quasi duum *om. P* duorum *Z* 9 conso *P* conruso *Br* 10 et *om. Z* aut stellarum *Br 1. m., 2. m. corr.* 11 ansportantur *P* 13 habraham patriarcam *Br* 15 honorificantiam *Br* 16 religiosorum *Y* 17 sufficiat *Br* ad alia pergamus *om. Y* 19 XII = XI *Z titulus deest in PYZ* 21 Ad alia pergamus *incipit Br* decebron *ZBr* aquilonem plagam *Br* 22 ^{h}aut *corr. 2. m. Br* marginetenę *P* margine uenae *Z* sinistrum *Y* 23 excurrit *Z* a^{h}cebron *P* acebron *Z* 24 pinea] pineta *Y* hierusolimam *Br* came≡lis *P, una littera* l *erasa*

uehuntur ligna ad focos nutriendos. In camelis inquam, nam in omni Iudaea, ut Arculfus refert, plaustra uel etiam currus raro repperiri possunt.

XIII. DE HIERICHO.

Hiericho urbis, quam Iesus Iordane transmisso subuertit rege illius interfecto, sanctus noster Arculfus conspexit locum, pro qua Oza de Bethel ex tribu Effraim aliam extruxit, quam noster saluator sua praesentia uisitare dignatus est. Quae eodem tempore, quo Hierusalem Romani obpugnantes obsedebant, propter ciuium perfidiam capta et distructa est. Pro qua tertia condita est, quae post multa temporum interualla et ipsa subuersa est, cuius nunc quaedam, ut Arculfus refert, ruinarum uestigia monstrantur. Mirum dictu, sola domus Raab post tres in eodem loco distructas ciuitates remansit, quae duos exploratores, quos Iesu Ben Nun transmisit, in solario eiusdem domus suae lini stipula abscondit, cuius lapidei parietes sine culmine permanent. Locus uero totius urbis ab humana desertus habitatione nullam domum habens commorationis segetes et uineta recipit. Inter locum eiusdem distructae ciuitatis et Iordanen fluuium grandia insunt palmeta, in

5 Hieron. Onom. p. 131, 31 13 Ios. 2, 1—6

1 uechuntur *Y* ficos *Y* in camelis *om. Br* in camelis inquam *om. Z* inquam *om. Y* 3 possunt sanctus noster arculfus conspexit *Br* 4 XIII = XII *Z numerus est erasus in Y, titulus deest in Z* 5 Hierico urb=s, *littera* i *erasa Br* urbis *om. Z* quam *ex* quod *2. m. corr. Br* 6 interfecto, *posteriores quattuor litterae in rasura sunt, quas sequitur rasura trium litterarum Br* sanctus—locum *om. Br* 7 Oza] contra *Y* aliam] alicui *P* 8 nostra salus *Br 1. m., corr. 2. m.* Quae *om. Br* 9 temporeque eodem *Br* obpugnantes *om. P* obpugnantes romani *Z* 10 propter *in Z pallidiore atramento superscriptum est* peruidiam *P* 11 tempor$\overset{v}{a}$ *corr. 2. m. Br* 13 raab meretricis *Br* 15 duos *om. Z* iosue *Br* filius nun *Y* misit *Br* 16 lapideae *P* 18 habitatione *corr. 2. m. ex* -nis *Br* domus *Z, sed corr. eadem manu* commemorationis *Z, syllaba* me *erasa est in Br* 19 uineas recepit *Br* destructe *corr. 2. m. ex* distructe *Br* 20 Iordanem *YZ* palmita *Br 1, corr. 2. m.*

quorum medio campuli interpositi habentur, in quibus quorundam Cananeae stirpis homuncionum prope innumerae sunt fabricatae habitantium domus.

XIIII. DE GALGALIS.

Arculfus saepe memoratus quandam grandem ecclesiam in Galgalis fundatam uidit eo in loco constructam, in quo filii Israel Iordane transgresso castra metati primam in terra Canaan mansionem habuere.

XV. DE DVODECIM LAPIDIBVS, QVOS FILII ISRAEL TRANSVADATO IORDANIS FLVVIO SICCATO DETVLERVNT PROFVNDO.

In qua uidelicet ecclesia idem sanctus Arculfus illos considerauit duodenos lapides, de quibus ad Iosue Dominus post transitum Iordanis locutus est dicens: Elege duodecim uiros, singulos per singulas tribus, et praecipe eis, ut tollant de medio Iordanis alueo, ubi sacerdotum steterunt pedes, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, ubi fixeritis hac nocte tentoria. Hos, inquam, Arculfus uiderat, e quibus senos in dextera ecclesiae parte in pauimento iacentes et alios eiusdem numeri in aquilonali omnes inpolitos et uiles conspexit; quorum unumquemque, ut ipse refert Arculfus, huius temporis duo iuuenes uiri fortes uix possunt de terra subleuare. Ex quibus unus, quo casu accidente nescitur, in duas

13 Ios. 4, 2. 3

2 channaneae *P* cannaneae *Z* ca[na]neae *corr. eadem m. Br* homuntionum *PBr* homun[c]tiorum *Z* 3 inhab. *ZBr* 4 XIII *Z titulus deest in Z* XIIII De Galgalis XV Et de duodecim lapidibus, quos filii israhel transuadato iordanis fluuio siccato detulerunt *Br* 5 saepe *om. Z* sepe memorat[v]os *P* 6 uidit fundatam *Y* 7 israhel *Z* iordanne *Br* 8 channan *P* chanan *Z* hab[v]ere mansionem *corr. 2. m. Br* mansionem habere *P* 9 *numerus et titulus deest in codicibus* 12 dudenos *Y* et iosue *Y* ab iosue *Br* postransitum *Br* 13 elige tibi *Br* 17 deponetis *Z* 20 numero *Br* omnesque *YBr* conspicit *Br 1, corr. 2. m.* huius tempr *Br* 23 accedente *PZ* quo casu accidente nescitur *hoc loco deest in Br*

confractus partes iterum ferro condensatus manu artificis coniunctus est. Galgal itaque, ubi supra memorata fundata est ecclesia, ad orientalem antiquae Hiericho plagam cis Iordanen est in sorte tribus Iuda in quinto miliario ab Hiericho, ubi et tabernaculum fixum multo tempore fuit, in cuius loco, ut traditur, constructa supradicta ecclesia, in qua illi duodeni supra memorati habentur lapides, ab illius regionis mortalibus miro cultu et honorificentia habita honorificatur.

XVI. DE ILLO IORDANIS LOCO, IN QVO DOMINVS AB IOHANNE BAPTIZATVS EST.

Ille sacrosanctus et honorabilis locus, in quo Dominus ab Iohanne baptizatus est, semper aquis fluminis tegitur Iordanis, et sicut Arculfus refert, qui ad eundem peruenerat locum hucque et illuc per eundem transnatauit fluuium, in eodem sacrosancto loco lignea crux summa infixa est, iuxta quam aqua usque ad collum longissimi uenit stantis uiri aut alio in tempore nimiae siccitatis ad mammillas usque; inundatione uero facta maiore illa tota crux aquarum adiectione protegitur. Locus itaque eiusdem crucis, in quo, ut superius dictum est, Dominus baptizatus est, citra alueum fluminis habetur, a quo usque in alteram ripam in parte Arabiae homo fortis iactare lapidem potest funda inpellente. Igitur a loco supra memoratae

2 Hieron. Onom. p. 126, 21 ss.

1 partes confractus *Y* ferro *om. Br* 2 galgalis uero *Y* est fundata *Y* 3 iordanem *Z* 4 *inter* in *et* quinto *uerba supra omissa:* quo casu accidente nescitur *male inserit Br* in q. ab H. m. *Y* 5 multo fuit tempore *Br* 6 est constructa *Y* ecclesia supradicta constructa *P* est fundata uel constructa supra dicta ecclesia *Br* dudeni *Y* 7 ab] ad *P* ob *Br* 8 honorificantia *Br* honoratur *Z* honorifica=tur *littera* n *erasa Y* honorificantur *Br* 9 XVI = XV *P* = XIIII *Z titulus deest in Z* loco Iordanis *Br* a *Y* 10 babtizatus *P* 11 sanctus *Y* et *om. Z* locos *corr. 1. m. Z* 12 babtizatus *P* 14 hucque] huc *Z* hucusque *Br* natauit *Y* intrauit *Z* transiuit *Br* 15 iuxta aquam quae *Y* 17 mamillas *Y* usque ad mamellas *Br* 19 in quo superius dictus est dominus *Z* 20 babtizatus *P* cytra *P* 22 memorato *Br*

crucis pons lapideus arcibus fultus ad aridam usque porrigitur, per quem ipsam adeuntes crucem per cliuum homines descendunt, ad aridam reuersi ascendunt. In extremitate uero fluminis quaedam habetur parua quadrata ecclesia in eo, sicut traditur, fundata loco, ubi dominica uestimenta hora illa custodita sunt, qua baptizatus est Dominus. Haec quatuor lapideis suffulta cancris stat super aquas inhabitabilis, quia sub ipsam hinc et inde subintrant aquae. Haec desuper coctili protegitur creta, inferius uero, ut dictum est, cancris et arcibus sustentata. Haec talis ecclesia in locis inferioribus illius uallis extat, per quam influit Iordanis fluuius, in superioribus uero locis quoddam inest grande monachorum monasterium, quod supra discriptae supereminet ecclesiae in supercilio monticuli e regione constructum; ibidemque et ecclesia in honorem sancti baptizatoris Iohannis fundata eodem monasterii circumdatur muro quadratis constructo lapidibus.

XVII. DE COLORE IORDANIS.

Iordanici color fluminis, sicut nobis Arculfus intimauit, albidus in superficie quasi lac uidetur; cuius talis color mare salinarum intrantis longo maris tramite a colore maris mortui per alueum eius facile discerni potest.

Quod uidelicet mortuum mare in magnis tempestatibus conlisione fluctuum ad terras sal efficit per illius circuitum maris habundanter haberi, quod non solum undique uicinis, sed

1 porregitur *P* 2 adeuntis *Br solus* cliuium *PY* discendunt *Z* 3 reuersi descendunt *Br* 6 babtizatus *P* lapidibus *Y* 7 canchris *Br* quae *Br* sub ipsa *Z* 8 aquae] atque *Z* 9 canchris *Br* 10 in uallis *Z* 11 per que iordanis influit fluuius *Br* 12 quoddam grande monachorum est monasterium *Y* 13 descripte *P* monticulo, *corr. 1. m. Z* 14 et *om. Z* in honore *PBr* 15 babtizatoris *P* idem monasterium *Y* circumdatus *P* circum *Br* 17 XVII *Br* = XVI *P* = XV *Z titulus deest in Z* De iordanis colore *Br* 18 cholor *Z* 19 cuis *Z* 20 intrans *Y* longe, *corr. 1. m. Z* maris *ante* tramite *om. YZBr* 22 *a uerbis*: Quod uidelicet etc. *nouum capitulum, XVI, exordium sumit in Z* 24 seu etiam *Br*

etiam longe positis nationibus ualde magnum profectum praebet solis calore satis sufficienter siccatum. Aliter uero sal in quodam Siculo monte haberi solet. Nam illius montis lapides de terra euulsi uerum naturaliter salsissimum sal esse gustu conprobantur, quod proprie nominatur sal terrae. Aliter ergo sal maris atque aliter sal terrae uocitari solet. Unde et Dominus in euangelio per similitudinem ad apostolos dixisse creditur: Vos estis sal terrae et cetera. De hoc itaque sale terrae in Siciliae monte reperto nobis sanctus intimauit Arculfus, qui illud per aliquot dies in Sicilia manens uisu et gustu atque tactu conprobauit esse uerum salsissimum sal.

XVIII. DE MARI MORTVO.

Idem nobis et de maris mortui sale narrauit, quod similiter hisdem tribus supradictis sensibus a se conprobatum nuntiauit. Qui etiam eiusdem superius memorati lacus maritimam frequentauit oram, cuius longitudo usque ad Zoaros Arabiae stadiis quingentis octuaginta dirigitur, latitudo stadiis centum quinquaginta usque ad uicina Sodomorum.

8 Matth. 5, 13   16 Heges. IV c. 18 p. 253, 29, cf. Pseudo-Eucher. in IV Reg. c. 25

2 colore *P*   sal terrae *Br*   3 siçculo *corr. 2. m. Br*   habere, *corr. eadem m. Z*   lapides montis *Br*   5 conprobatur *Z*   *a uerbis:* Aliter ergo etc. *nouum capitulum exordium sumit in Br* XVIII De mare mortuo   ergo] uero *Z*   6 uocitare *P, sed corr.*   inde et *Z*   8 et cetera *om. YBr*   10 per *om. Z*   aliqđ *Br*   in Sicilia] ibidem *Br*   uisu et tactu atque gustu *Br*   12 *titulus deest in omnibus codicibus. Nouum capitulum* (XVII *P*) *solummodo hic inchoatur in YP*   13 maris mortui] inosaui uel ortui *Br*   sal enarrauit *Z*   qui *YP*   14 isdem *Y* idem *Br 1, corr. 2. m.*   narrauit *Br*   15 maritinam *Z*   16 usque *om. Z, pro quo* cuius, *sed lineola perducta deletum*   17 quincentis *PBr, corr. 2. m. Br*   octuaginta *hanc formam exhibent PZ*   centum quinquaginta stadiis *Br*   stad(i)s *Z*   18 uicinam *codices*, uicina *scripsi secutus uulgatam lectionem Hegesippi p. 253, 31 et Ps. Euch. in IV Reg. c. 25*

XVIIII. DE FONTIBVS IORDANIS.

Arculfus noster et ad illum peruenit locum in prouincia Foenicis, ubi Iordanis ad Libani radices de duobus uicinis fontibus emergere uidetur, quorum unum nomine Ior et alter Dan uocitatur. Qui simul mixti conpositum Iordanis accipiunt nomen. Sed notandum non esse in Panio exordium Iordanis, sed in Traconitide terra CXX interiectis stadiis usque ad Caesaream Philippi, quae nunc Panias a Panio montę tractum nomen accipiens uocitatur. Est ergo illius fontis nomen, qui est in Traconitide, Fiala plena aquarum semper, unde Iordanis subterraneis meatibus diriuatur et in Panio diuisis aquarum effusionibus ebullit, quae, ut supra dictum est, Ior et Dan nominari solent. Inde quoque emergentes et interiecto quodam interuallo in unum confluentes fluuium coeunt, qui exinde suum dirigens cursum CXX stadia sine ulla interfusione usque ad urbem, cui nomen est Iulias, progreditur. Postea lacum istum, qui Genezar dicitur, medio transit fluento. Quibus ex locis plurima circumuagatus deserta Asfaltio suscipitur lacu atque in eum conditur. Itaque duos lacus uictor egressus in tertio haeret.

3 Hieron. (ed. Maurina) t. IV p. 73 Onom. p. 131, 25 Eucher. Instr. II p. 153 (ed. Wotke) Heges. III c. 26 p. 217, 12 ss.

1 XVIII *P* = XVII *Z* = XVIIII *Br* *titulus deest in YZ; in P in extrema linea paginae est*: De iordanis binis fontibus 3 fenicis *YBr* uicini *Br solus* 4 uni nomen *Z* et dan alter *Br* 5 accepit *Br* 7 *ante* in Traconitide *in Br repetitur* accepit nomen, *deleuit eadem manus* intra conitide *Z* introconitide *Br* terr$\overset{a}{ę}$ *P* terre *Br solus* 8 cęsariam *P* qui *P* paneas, *sed* panio *Y* pannias *et* pannio *Br* 10 intrachonitide *P* fiola *Br* 12 duabus effusionibus *YBr* 13 nominare sol$\overset{n}{\&}$ *P* inde *YBr* et *Heges. p. 218, 30* unde *PZ* qđdam *Br solus* 14 deinde *Z* 15 diregens *P* 16 locum *Br* 17 situm *codices,* istum *scripsi, cf. Heges. p. 218, 32* genesar *Y* geresar *Br* trans *Br* 18 per plurima *Y* circum$\overset{v}{f}$agatus *corr. 1. m. Z* asfaleo *P* lacu *om. Br* 19 lacos *Y*

XX. DE MARE GALILEAE.

Noster saepe memoratus sanctus Arculfus mare Galileae, quod et lacus Cinereth et mare Tiberiadis nominatur, ex maiore circumiit parte, cui magnae finitimae adhaerent siluae. Lacus ipsius ueluti quodam maris ambitu <sinus> amplissimus in longitudinem CXL stadia extenditur, latitudine XL diffunditur; cuius aquae dulces et ad potandum habiles, siquidem nec palustris uliginis crassum aliquid aut turbidum recipit, quia harenoso undique litore circumuenitur, unde et purior haustus eius ac mollior est ad usum. Genera quoque piscium gustu et specie nusquam in alio lacu praestantiora repperiri possunt.

Haec breuia de Iordanis exordio et lacu Cinereth partim de tertio Iudaicae captiuitatis libro, partim de sancti Arculfi experientia excerpta detulimus, qui, ut ipse indubitanter refert, ab eo loco, quo de faucibus maris Galileae Iordanis egreditur, usque ad eum locum, ubi in mare mortuum intrat, VIII dierum iter habuit; quod scilicet idem mare salsissimum et de montis Oliueti specula saepius, sicut ipse narrat, sanctus prospexit Arculfus.

14 Heges. III c. 26

1 X//VIIII *P* = XVIII *Z* = XX *Br* *titulus deest in Z* 2 sanctus *om. Y* arculfus sanctus *Z* 3 cinnereth *Z* tyberiadis *YZ* 4 masore *P* circuiuit *Z* 4 fiti[ni]mę *corr. eadem m. P* 5 quondam *Y* ambitu *om. PZ* sinus *om. omnes codices, addidi ex Heges. III c. 26 p. 217, 1* amplissimis *PZ* 6 per CXL *Br* latitudinem *Br* difunditur *P* 8 uiliginis *Y* turpidum *Y* tur[b]pidum *corr. 2. m. Br solus* recipitque *Br, 2. m. corr.* quę 9 quod *YZ* quia *P et Heges. p. 217, 5* harenoso *scripsi cum YZ et Heges. l. c.* arenoso *PBr* 10 austus *PY;* h *2. m. ascriptum est Y* eius] est *Y* 11 speciae *Br* et in *Br* loco, *sed corr. in* lacu *P* loco *Z* lacu *etiam Heges. p. 217, 12* repperi *P* 13 de *om. Br, sed eadem manu super* Iordanis *scriptum est* cinner& *Z* ciner& *Br* 15 excepta *Y* et ipse *Z* 16 de eo loco *Z* 17 in *om. Y* 18 itiner *Br* item *Z* 19 speculas *Br* sicuti *YBr* pro≡spexit, *duabus litteris erasis Br*

XXI. DE PVTEO SAMARIAE.

Arculfus sacerdos sanctus regionem Samariae peragrans ad eiusdem prouinciae peruenit ciuitatem, quae hebraice dicitur Sichem, graeca uero et latina consuetudine Sicima nominatur, quae, quamlibet uitiose, et Sichar uocitari solet. Itaque prope hanc eandem ciuitatem quandam extra murum uidit constructam ecclesiam, quae quadrifida in quatuor mundi cardines formata extenditur, quasi in similitudinem crucis, cuius figura inferius describitur.

In cuius medietate fons Iacob, qui et puteus dici solet, ad eius quatuor respiciens partes intrinsecus medius habetur, super quem Saluator itineris labore fatigatus cuiusdam diei hora sedebat sexta. et ad eundem puteum illa Samaritana mulier eodem meridiano tempore aquam haurire uenit. De quo uidelicet puteo eadem mulier inter cetera ad Dominum respondens dixit: Domine, neque in quo haurias habes et puteus altus est. Arculfus itaque, qui de eiusdem putei bibit aqua, de illius altitudine enarrat dicens: Ille, quem aspexi, puteus altitudinis habet bis uicenas orias, hoc est XL cubitos. Oria ergo siue cubitus est utriusque manus a latere extensio utroque.

Sichem ergo, quae et Sicima, quondam sacerdotalis ciuitas et fugitiuorum, habetur in tribu Manasse et in monte Effraim, ubi et ossa Ioseph sunt humata.

3 Hieron. Onom. p. 154, 30 Quaest. in Genes. c. 48, 22 16 Ioh. 4, 11 21 Hieron. Onom. p. 152, 5

1 XX *P* = XVIIII *Z* = XXI *Br* *titulus deest in Z* 2 sanctus sacerdos *Y* 3 hebraicae *P* ebraicę *Z* dicitur dicitur, *sed altero deleto Z* 4 sethim *Br* 5 quequilebet uiciose *Br* uiti et *P* 7 qua quadrifica *Y* quadrificam *Br, corr. 2. m.* 8 in crucis similitudinem *Br* figura *om. Br* *post* inferius *2. m. additum est* forma *Br* 9 discribitur *P* 12 iteneris *Br, corr. Z* in cuiusdam *Y* 14 aurire *PBr* ^{h}aurire *corr. 2. m. Y* 15 ad iesum *Z* 16 auries *P* aurias *Y* 18 altitudinem, *sed littera* m *erasa Br* enarrauit *Y* inquiens *YBr* 20 extensa *Y* 22 fugitiuam *Br* habebatur *Br* manase *Y* man^{a}esse *P* et monte *Br*



XXII. DE QVODAM FONTICVLO SOLITVDINIS.

Arculfus saepe memoratus quendam in deserto lucidum aspexit fonticulum, de quo, quemadmodum traditur, sanctus Iohannes bibebat baptizator, lapideo protectum tecto calce perlito.

XXIII. DE LOCVSTIS ET MELLE SILVESTRI.

De eodem namque Iohanne euangelistae scribunt: Esca autem eius erat locustae et mel siluestre. Idem noster Arculfus in illa solitudine, ubi Iohannes habitabat, quoddam locustarum uidit minimum genus, quarum corpuscula in modum digiti manus exilia et breuia sunt; et quod earum breuis <est> ualde uolatus, similis leuium saltibus ranarum, facile in herbis capiuntur. Coctae per oleum pauperem praebent uictum. De melle uero siluestri hanc ab Arculfo experientiam didicimus ita dicente: In eodem deserto quasdam uideram arbores, quarum folia lata et rotunda sunt lactei coloris et saporis mellei; quorum utique foliorum natura fragilis ualde est, et qui ea in escam sumere cupiunt, primum manibus confricant, deinde comedunt. Et hoc est siluestre mel in siluis sic repertum.

7 Matth. 3, 4

1 XXI *P* = XX *Z* = XXII *Br* *titulus deest in Z* De lucustis et mel siluestr̄ *Y* solitudinis fonticulo *Br* 3 fonticulum aspexit *P* 4 bibebat iohannes *Br* iohannis *PZ* babtizator *P* 5 p̄r̄olito *P* 6 XXII *P* = XXI *Z* *titulus deest in YZBr* siluestri mellae *P* 7 iohanne *om. Y* iohanne *corr. ex* iohannes *Z* 8 erant *P* erāt *corr. 2. m Br* locusta *Z* 9 inhabitabat *YBr* 10 quorum *YZ* 11 quia *P* breuis euolatus *P* est *om. codd.* breuis est ualde uolatus *scripsi* 13 coctaeque *Y* pauperum *Br* De melle etc. *est initium capitis XXIII in Br, quod inscribitur:* De locustis et mel siluestre 15 eo ita *Br* eadem *Z, sed corr.* quosdam *P, sed* quarum 16 et *ante* saporis *om. Br* mellis *Br* 17 ea *om. Br* 18 confringunt *YBr et Z m. 1., corr. 2. m. Z in* confricant 19 melle siluis *Br*

XXIIII. DE ILLO LOCO, IN QVO SALVATOR QVINQVE PANES ET DVOS BENEDIXIT PISCES.

Ad quem locum noster saepe memoratus peruenit Arculfus, cuius herbosus et planus campus, ex qua die in eo Saluator quinque milia quinque panibus et duobus piscibus saturauit, numquam aratus est. In quo nulla cernuntur aedificia; quasdam solummodo columnas paucas Arculfus aspexit lapideas super marginem illius fonticuli iacentes, de quo illi eadem biberunt, ut fertur, die, qua Dominus esurientes eos tali refectione recreauit. Qui uidelicet locus citra mare Galileae est, respiciens ciuitatem Tiberiadem ab australi plaga sibi occurrentem.

XXV. DE CAPHARNAVM.

Qui ab Hierosolymis discendentes Capharnaum adire cupiunt, ut Arculfus refert, per Tiberiadem uia uadunt recta, deinde secus lacum Cinereth, quod est et mare Tiberiadis et mare Galileae, locumque superius memoratae benedictionis peruium habent, a quo per marginem eiusdem supra commemorati stagni non longo circuitu Capharnaum perueniunt maritimam in finibus Zabulon et Neptalim. Quae, ut Arculfus refert, qui eam de monte uicino prospexit, murum non habens angusto inter montem et stagnum coartata spatio per illam maritimam

19 Hieron. Onom. p. 111, 23

1 XXIII *P* = XXII *Z* = XXIIII *Br* *titulus deest in Z* ubi *Br* dominus *Br* 2 duo *P* pisces benedixit *Br* 3 arculfus peruenit *Z* 4 erbosus *Br* saluator in eo *Y* 5 quinque *om. Br., sed 2. m.* V *supra scriptum est* saturauit hominum *Br* 6 numq *Br* in qua *Br solus* 7 solum modum *ex* solummodo *corr. 2. m. Z* conspexit *Br* 8 eadem *ex* earum *corr. 2. m. Br* 9 ut refert *Br* estali (o *supra*) *corr. 2. m. Br* 10 contra *Br* gallĩ *Z* 11 plagaiṇ *Br* 12 XXIIII *P* = XXIII *Z* = XXV *Br* *titulus deest in Z* Cafarnaum *Y* 13 hierusolimis *Y* descendentes *YBr* cafarnaum *YZ* 14 uiam uadunt rectam *Br* 15 cineret *P* ciner&h (n *supra*) *corr. 2. m. Z* 16 locum namque *Br* per uiam (u *supra*) *corr. 1. m. Z* 17 memorati *YBr* 18 stangni *Z* peruenerunt *Br* 19 ut refert arculfus *Br* 20 prospexit uicino *Br* 21 cohartata *P* co·l·artata *Z* spatia *Y*

oram longo tramite protenditur, montem ab aquilonali plaga, lacum uero ab australi habens ab occasu in ortum extensa dirigitur.

XXVI. DE NAZARETH ET ECCLESIA EIVS.

Ciuitas Nazareth, ut Arculfus, qui in ea hospitatus est, narrat, et ipsa ut Capharnaum murorum ambitum non habet supra montem posita, grandia tamen lapidea habet aedificia ibidemque duae pergrandes habentur constructae ecclesiae, una in medio ciuitatis loco super duos fundata cancros, ubi quondam illa fuerat domus aedificata, Dominus in qua noster nutritus est saluator. Haec itaque eadem ecclesia duobus, ut superius dictum est, tumulis et interpositis arcibus subfulta habet inferius inter eosdem tumulos lucidissimum fontem conlocatum, quem totus ciuium frequentat populus de illo exhauriens aquam, et de latice eodem sursum in ecclesiam superaedificatam aqua in uasculis per trocleas subrigitur. Altera uero ecclesia in eo fabricata habetur loco, ubi illa fuerat domus constructa, in qua Gabrihel archangelus ad beatam Mariam ingressus ibidem eadem hora solam est locutus inuentam. Hanc de Nazareth experientiam a sancto didicimus Arculfo, qui in illa duabus hospitatus est noctibus et totidem diebus et idcirco in ea diutius hospitari non poterat, quia ipsum cogebat locorum peritus Christi miles festinare de Burgunnia

1 ab *om. Br* 2 locum *Br* australe *Y* 3 diregitur, *sed corr. Z* dir. extensa *Br* 4 XXV *P* = XXIIII (*cod. falso* XII) *Z* = XXVI *Br* *titulus deest in Z, solum* De nazareth *PY* ecclesiis *Br* 6 cafarnaum *Y* 8 grandes *Br* aecclesiae *Br* 9 duos *om. Y* canchros *Br* 10 quandam *P* quandam *corr. 2. m. Br* dominus *om. Y* in qua dns nr̄ *P* 11 itaque *om. Br* duabus—tabulis *Br* 12 arcubus *Z* 13 eodem *corr. 1. m. Z* 14 exauriens *PYBr* 15 sursum eclesiam *Z* superaedificatam *om. Br* 16 aqua *ex* aq, *corr. 2. m. Br solus* cocleas *Y* subregitur *PY* 17 eclesia *deleta littera* m *Z* 19 ibidem] ibi superedificatam *Br* solamen locutus *Z* locutus solam est inuentans *Y* sola locutus est inuenta *Br* 20 nazareht *P* nazaret *Br* dedicimus *P* 21 qui ibi *Br* 23 burgunia *P* bugunia *corr. 1. m. ex* gubunia *Z*

ortus uitam ducens solitariam Petrus nomine, qui post eundem circuitum ad illum, in quo prius est commoratus, reuersus est solitarium locum.

XXVII. DE MONTE THABOR.

Mons Thabor in Galilea tribus milibus a lacu Cinereth distat mira rotunditate ex omni parte collectus, a plaga boreali respiciens supradictum stagnum herbosus ualde et floridus. In cuius amoena summitate ampla planities silua pergrandi circumcincta habetur, cuius in medio campo monachorum inest grande monasterium et plurimae eorundem cellulae. Nam illius montis campestris uertex non in angustum coartatur cacumen, sed in latitudine dilatatur stadiorum XXIII, altitudo autem eius XXX stadiis sublimatur. In eadem quoque superiore planitie non parui aedificii ternae sunt fundatae celebres ecclesiae iuxta illorum tabernaculorum numerum, de quibus in eodem sancto monte Petrus caelesti laetificatus uisione et ualde pauefactus ad Dominum locutus ait: Bonum est nobis hic esse, et faciamus tria tabernacula, unum tibi et unum Moysi et unum Heliae. Itaque supra memorati monasterii et trium ecclesiarum aedificia cum cellulis monachorum lapideo omnia circumueniuntur muro; ubi sanctus Arculfus una hospitatus est nocte in eiusdem sancti montis celsitudine; nam

5 Hieron. Onom. p. 156, 33   10 Heges. IIII c. 4 p. 230, 63   17 Luc. 9, 33

1 qui iam *Y*   2 est *om. PZ*   3 est *om. P*   solitarium sanctum locum *Br*   *Lacuna in P uno folio amisso*   4 XXV *Z* = XXVII *Br*   *titulus deest in Z*   tabor *littera* h *2. m. inserta Br*   6 collectus *om. Y*   collectus parte *Br*   bore[a]li *Br*   7 f[l]ro[r]didus *corr. 1. m. Z*   8 siluae *Y*   10 .erum diei *corr. 2. m. in* eorum *Br*   cel-lo[v]le *corr. 2. m. Br*   11 coartatus *Br*   12 latitudinem *Br*   XXIII *ex* XXIIII *corr. Y* XX trium *Z*   13 autem *om. Br*   eodem *Br*   14 sunt ternae *Y* terna e[un]st *Br, corr. 1. m., ut uidetur*   17 est *om. Br*   18 et *ante* faciamus *om. Z*   19 eliae *Y*   monasteria *Y*   et *ante* trium *om. Br*   20 lapidea *Z*

Petrus Burgunnio christicola in illis terris semitarum eius ductor non ipsum sinebat in uno eodemque hospitio diutius inmorari festinationis intuitu. Sed inter haec et hoc etiam notandum, quod illius famosi montis nomen graecis litteris sic oporteat scribi per ϑ et ω longum ΘΑΒΩΡ, latinis uero litterulis cum adspiratione Thabor producta o littera. Huius orthographia uocabuli in libris Graecitatis est reperta.

XXVIII. DE DAMASCO.

Damascus ciuitas regalis magna, ut Arculfus refert, qui in illa per aliquot hospitatus est dies, in campo posita lato, amplo murorum ambitu circumcincta, insuper etiam et crebris turribus communita, plurima extra muros habens in circuitu olueta, quam et magna IIII flumina interfluentia gaudenter laetificant. In qua Saracenorum rex adeptus eius principatum regnat, et ibidem in honorem sancti Iohannis baptistae grandis fundata ecclesia est. Quaedam etiam Saracenorum ecclesia incredulorum et ipsa in eadem ciuitate, quam ipsi frequentant, fabricata est.

XXVIIII. DE TYRO.

Plurimarum peragrator regionum noster Arculfus etiam Tyrum Foenicis prouinciae metropolim introiit, quae hebraico

20 Hieron. in Ezech. c. 26 (cf. in Amos c. 1, in Abacuc c. 1, Onom. p. 30, 20. 63, 27. 71, 27)

1 burganio *Z* burgunio, *corr. 2. m. in* burgundio *Br* cristicola *Z* in *om. Y* illius *Br* 2 dọctor (v *supra*) *corr. 1. m. Z* 3 Sed inter *om. Br* 4 montis famosi *Y* gregorum *Y* 5 per e *Z* per t *Br* ΘΑΒΩΡ] ea siuis litteris *Z* ΝΑΒΩΡ *Br* 6 or *Br* 7 ortografia *Y* ortographia *Z* ortagrafio *corr. 2. m. in* ortografio *Br* greṭitatis (c *supra*) *Z* 8 XXVI *Z* *titulus deest in Z* XXVIII De damasco. XXVIIII Et de tyro. XXX Et de alexandria *Br* 9 *deest littera initialis in Z* qui refert *Br* in illa *om. Br* 10 aliquod *Br* dies *ante* hosp. *Y* 14 saracinorum *YBr* adeptus *corr. ex* adalpertus *Z* 15 in honore *Br* baptiste tegu (lorum *2. m.*) *Br* aeclesia *Z* est ecclesia *Y* 16 et quedam *Br* saracinorum *YBr* ecclesiam *Br* 17 *post* fabricata est *rasura in Z* 18 XXVII *Z titulus deest in Br* 20 thyrum *Y* tirum *Br* fenicis *YBr* hebreo *Y* ebreico *Br*

et syro sermone Soar appellatur. Quae nullum habuisse de terra introitum in graecis et latinis barbarisque historiis legitur, sed postea a Nabuchodonosor rege Chaldaeorum iactos esse aggeres nonnulli adfirmant et ab obpugnatore iaculis et arietibus locum fuisse praeparatum ac de in<sula paen>insulam factam esse et campi planitiem. Haec pulchra et nobilis ualde erat, quae non inmerito latine interpretatur angustia; nam eandem terrae demensionem angusta habet insula et ciuitas. Haec in terra Canaan posita, de qua mulier Cananaea siue Tyrofinissa in euangelio fuerat commorata.

Notandum itaque est, quod sancti Arculfi de situ Tyri relatio per omnia concordat cum his, quae superius de sancti Hieronymi commentariis excerpta detulimus. Similiter et ea, quae supra de montis Thabor situ et forma iuxta sancti Arculfi narrationem descripsimus, nullo discrepant modo ab his, quae de situ eiusdem montis et mira rotunditate sanctus Hieronymus narrat. A quo uidelicet Thabor monte usque ad Damascum iter septem dierum Arculfus habuit.

1 siro *ZBr* soara *Br* qui *Br* 2 barbaricisque *Br* 3 nabocō *Y* nabucodonosor *Z* nabugodonosor *corr. 2. m. in* nabogodonosor *Br* caldeorum *YZBr* iactatos *Br* 5 aurietibus *Y* deinde insulam factam esse *codices omnes; emendaui ex commentariis Hieronymi in Ezech. c. 26 in programmate gymnasii Annaei Augustani 1895 p. 9* ins$\overset{v}{o}$lam *corr. 2. m. Br* 6 fuisse. Campi planities autem pulchra *Y a uerbis:* Haec pulchra *denuo incipit P* 7 iam angusta *Y* interpretatur *ex* praeter *corr. 2. m. Br* 8 dimensionem *YZ* angustam *Z* 9 haec *om. Y* channan *P* possita *Br* channanea *P* cananea *Y* 10 tiro finissa *PZ* sirofinissa *Y* tiro fenissa *Br* commemorata *fortasse recte Br* 11 arculfi *corr. ex* arculfus *Br* relatione de situ tiri *Y* 12 super omnia *Z* post omnia *Br* concordet *YBr* superius] ipsius *Br* de *om. Y* 14 superius *YZ* 15 discripsimus *Br* descriptā *Y* discrepat *Y* ab aliis *Y* 17 monte thabor *Y* 18 dierum *ex* diebus *corr. 1. m. Z*

XXX. DE ALEXANDRIAE SITV ET NILO FLVMINE.

Grandis illa ciuitas, quae quondam metropolis Aegypti fuerat, ebraice olim No uocitabatur, urbs ualde populosa, quae ab Alexandro rege Macedone eiusdem conditore famoso Alexandria noto per uniuersas gentes nominatur uocabulo, et magnitudinem urbis et nomen accipiens ab eodem reaedificatore. De cuius situ etiam Arculfus enarrans ab his, quae prius lectione didicimus, nullo discrepat modo, qui ab Hierosolymis discendens et ab Ioppe nauigare incipiens XL dierum iter usque ad Alexandriam habuit, de qua breuiter Naum prophetae sermo habetur ita dicentis: Aqua in circuitu eius, cuius diuitiae mare, aquae muri eius. Ab australi namque parte hostiis Nili fluminis cingitur, ab aquilonali uero plaga lacu Mareotico. Sic itaque discriptus aperte situs monstratur eius, quod super Nilum et mare posita hinc et inde aquis ambiatur. Quae quasi claustrum inter Aegyptum et mare magnum interiacet, ciuitas inportuosa et ab externo difficilis accessu. Cuius portus ceteris difficilior quasi ad formam humani corporis in capite ipso et statione capacior, in faucibus angustior, qua meatus maris ac

2 Hieron. in Oseae c. 9, cf. in Nahum 3, 8 11 Nahum 3, 8 15 Heg. IV c. 27, p. 264, 1 s. 17 Heg. ib. p. 265, 24 ss.

1 XXVIIII *P* XXVIII *rasura ex* XXVIIII *correctum Z titulus deest in Br, in Z litteris saeculi XIII in margine scriptum est:* De allexandria egypti 2 quondam, o *ex* a *corr. P* 3 hebreorum *Y* hebreice *Br* No *om. Z* noua *Y* uocitatabatur *Br solus* urbis *Br* 4 alaxandro *Br* macedonum *Z, sed cf. Hier. in Oseae c. 9* conditorē *Br solus* famoso *corr. ex* famosa *Z* alexandri *Z* alaxandria *sic saepius Br* 5 nato *Br* nominatur *om. Br* nominis *Y* uocam *Br* 6 aedificatore *Br* 7 didi[ci]mus *corr. 1. m. Br* 8 qui *ex* quasi *corr. 2. m. Br* hierusalem *Y* descendens *Y* discendens *corr. 2. m. in* descendens *Br* 9 iope *P* et ioppe *Br* 10 abuit *P* nouum *Y* profete *YBr* 11 in eius in circuitu diuitiae cuius mare *Br* [di]uitiae *corr. 1. m. Z* 12 hostis *Y* hosti[i]s *corr. 2. m. Br* 13 uero *om. Br* mare otico *PZ* 14 dicens descriptus *Z* 16 o[b]claustrum *corr. 2. m. Br* egiptum *P* aegiptum *Br* 17 dificilis *Br* 18 dificilior *PBr* 19 capa[c]tior *corr. 1. m. Z* capatior *Br*

nauium suscipit, quibus quaedam spirandi subsidia portui subministrantur. Ubi quis angustias atque ora portus euaserit, tamquam reliqua corporis forma ita diffusio maris longe lateque extenditur. In eiusdem dextera portus parua insula habetur, in qua maxima turris est, quam in commune Graeci ac Latini ex ipsius rei usu Farum uocitauerunt, eo quod longe a nauigantibus uideatur, ut, priusquam in portum adpropinquent, nocturno maxime tempore terram finitimam sibi esse flammarum incendio cognoscant, ne tenebris decepti in scopulos incidant aut ne uestibuli limitem non queant conprehendere. Sunt itaque illic ministratores, per quos subiectis facibus ceterisque lignorum struibus adoletur ignis quasi terrae praenuntius et index portensium faucium, demonstrans ingrediendi angustias, undarum sinus et uestibuli anfractus, ne tenuis carina praestringat cautes et in ipso ingressu offendat inter opertos fluctibus scopulos. Itaque directum cursum paulisper inflecti oportet, ne caecis inlisa saxis ibi incurrat nauis periculum, ⟨ubi speratur effugium periculorum⟩. Angu-

1 oauium *P* 2 subministratur *Br* hora, *sed erasa littera* h *Z* portus ora euasserit *Br* 3 difusio *Br* di[f]fusio *Z* 4 portus parua *om. P* 5 turris est quam *om. P* est turris *Br* in cō mone *P* 6 ex ipsius fora[m]d *corr. 2. m. Br* uocitarunt *YBr* 7 ut prius *om. P* 8 maxime *om. P* finitimam terram *Z* 9 flammarum *om. P* agnoscant *P* in *om. Br* 10 incedant *PY* inceda[n]t *corr. 2. m. Br* *Post* incedant *magna lacuna est in P compluribus foliis abscissis. Cum in extrema pagina multa liquore superfuso legi non iam possent, maxime in inferiore parte, scriptura multis locis obscuriore atramento et crassioribus litteris renouata est, quae est causa, cur nonnulla uerba interciderint* nequeant *Z* 11 utique *Br* illi *codd.* illic *Heges.* 12 faucibus *corr. 2. m. Br* ada[o]letur *corr. 1. m. Br* 13 pronuntiet index *Z* & pronuntius, *sed & expunctum est Br* praenuntius *Y et Heges.* protensium facium *Z* 14 anfra[c]tus *corr. eadem manus Z* 15 perstringant *Y* perstringat *Z* praestringat *Br et Heges.* in *om. Br* offendant i[n]ter *Z* 16 apertos *Z* scopulos *corr. ex* scopulas *Br* 17 oporteat *codd.* oportet *Heges.* sibi *Y* 18 ubi speratur effugium periculorum *addidi ex Heges. p. 266, 39*

stior enim aditus in portu, qui a dextera parte laterali artatur; a laeua uero <rupibus, quibus obstructum est sinistrum> latus portus. Circa insulam quoque instructae ingentis magnitudinis moles deiciuntur, ne adsiduo adsurgentis inpetu maris conlisa insulae cedant fundamenta atque uetere iniuria soluantur. Unde procul dubio fit, ut <inlidentibus se in partem insulae fluctibus et recurrentibus> in aduersum inter scrupeas rupes molesque disruptas canalis ille medius semper sit inquietus atque exasperato transitu periculosus fiat nauigiis ingressus.

Amplitudo autem portus stadiorum triginta patet dimensione, et quamuis maxima tempestate intus tutissimus est portus compensatione, quia supra memoratis angustiis atque obiectu insulae a se maris repellit undas, quod per easdem portuensis oris angustias totius portus defenditur sinus, summouetur a tempestatibus, placidatur a fragoribus, per quos ingressus exasperatur. Nec inmerito uel tutamen uel magnitudo est portus huiusmodi, cum in eum, quae ad usum totius orbis proficiant, conuectari necessarium sit. Nam et populi innumerabiles eorundem locorum ad usum sui totius orbis expetunt commercia, et frugum regio ferax ceterorumque terrae mune-

1 quia dextera *Z* qd̄ dextera *Y* qui dextera *Br* qui a *Heges. Cassell.* quia a *Heges. uulgo* oritur *Z* aptatur *Br* uero] ergo *Y* rupibus quibus obstructum est sinistrum *om. codd., addidi ex Hegesippo* latus est portus *Br* latus portus est *Y* 5 insula *Y* 6 inlidentibus se in partem insulae fluctibus et recurrentibus *addidi ex Heges.* 7 aduerso *codd.* scropeas *Z* 9 nauis *codd., emendaui ex Hegesippo* ingressis *Y* 11 maxime *Br* tempestate fit *Y* tempestate sit *Br* est *om. YBr* *fortasse:* ut, quauis maxima tempestate (maxima quauis tempestate *Heg.*), sit intus tutissimus portus 12 conuersatione *codd.; correxi ex Heges. p. 266, 48* qua *Y* quae *Br*, quia *Z et Heg.* memoratas *Br* angusti[i]s *corr. 2. m. Br* 13 quam per [h]os easdem *corr. 2. m. Br* 14 ḥoris *corr. eadem m. Z* suique portus *Z* 16 est huius portus modicum in eum *YBr* est portus huius modicum in eum *Z* est portus huiusmodi, cum in eum *scripsi coll. Heg. p. 266, 51* 17 qui *Y* 18 proficiunt *Z* conuentari *Y* populi] propter *Br* 19 [v]orbis *corr. 2. m. Br* 20 commertia *ZBr* numerum *Br solus*

rum uel negotiorum abundans totum frumento alit atque instruit necessariis mercibus orbem terrarum. Cui scilicet tali regioni, quae procul dubio pluuiarum indiga est, Nili inrigua spontaneos imbres ministrant, ubi utrumque arua temperat, hoc est caeli ubertas et terrae fecunditas, et ubi † opime nautis et agricolis solum usui commodum habetur. Hi nauigant, illi serunt, isti circumuehuntur nauigiis, illi excolunt sine aratro serentes, uiantes sine carpento. Distinctam fluentis cernas regionem et quasi quibusdam excelsam moenibus nauigiorum. Totis domicilia terris ⟨uagantur⟩, quae Nili fluminis riparum marginibus ex utraque cohaerent parte. Nauigabilis enim est usque ad urbem, ut appellant, Elefantorum; ulterius nauem procedere cataractae, hoc est fluminales aquarum tolli, non sinunt, non defectu gurgitis, sed totius fluminis praecipitio et quadam ruina currentium aquarum.

Sancti igitur Arculfi relatio de Alexandriae situ et Nilo non discrepare conprobatur ab his, quae in aliorum libris scripta ex lectione cognouimus. De quibus quaedam breui textu excerpta in hac praesenti discriptione interposita inseruimus, hoc est de illius inportuositate urbis, de portuensi difficultate,

1 negotiatorum *Br* abundans *corr. ex* abundant *Z* habundans *Br* uel alii atque, *sed corr. 2. m. Br* 2 necessaris *Z* mertibus *Br* 3 regioni *corr. ex* regione *Z* indigena *Br* nihil inrigua imbres ministrant spontaneos *Z* 4 temperet haec est *Br* 5 ubertas terrae *Y* opime *Y* opimene *Br* optime *Z* 6 usui] sui *Br* *mirum in modum turbata et corrupta sunt uerba Hegesippi p. 265, 16:* ,utrumque ei Nilus est, caeli ubertas terraeque fecunditas. Arua temperat, solum opimat, nautis et agricolis iuxta usui.' hi *corr. ex* his *Z om. Br* 7 ferunt *Y* circumuechuntur *Y* nauigis *corr. 2. m. Br* 8 carpentis *Z* distinatam *Y* distinctam *ex* -um *corr. 2. m. Br* 9 quasi *om. Z* excelsa *codd.* 10 uagantur *addidi coll. Heg. p. 265, 21* nihili *corr. 2. m. Br* fluminis *corr. ex* fluminili *Z* 11 utroque *corr. 2. m. Br* parte cohe- rent *Y* 12 appellent *Br* elefantorum *corr. ex* elifantorum *Br* 13 katarectę *Y* kateracte *Br* 14 nec defectu *Z* praecipiti *YZ* praecipitis *Br* praecipitio *scripsi coll. Heg. p. 265, 23* 18 de quibusdam *Y* 19 descriptione *Y* 20 inoportunitate *Z* uel portuensis deficultate *Br*

de insula et turre in ea constructa, de Alexandriae inter mare et hostia fluminis Nili terminata positione et de ceteris.

Quae procul dubio causa facit, ut eiusdem ciuitatis locus, qui ita ex duabus coartatus partibus strangulatur, longo ualde et angusto tramitis spatio ab occasu in ortum protendatur, quod etiam Arculfi narratio demonstrat, qui, ut ipse refert, hora diei tertia coepit intrare ciuitatem mense octobri per longitudinem deambulans urbis et uix ante uespertinum tempus ad extremitatem longitudinis eius peruenire poterat. Haec longo ambitu murorum crebris insuper turribus conmunitorum per marginem fluminis et oram culpi maris ambitur conpositorum. Item de parte Aegypti aduentantibus et urbem intrantibus Alexandrinam ab aquilonali latere occurrit grandis ecclesia structurae, in qua Marcus euangelista in terra humatus iacet, cuius sepulchrum ante altare in orientali eiusdem quadrangulae loco ecclesiae memoria superposita marmoreis lapidibus constructa monstratur.

Haec itaque Alexandria, quae, priusquam ab Alexandro Magno in maius aucta aedificaretur, No, ut supra dictum est, uocitabatur, cui, ut superius descriptum est, hostium Nili fluminis cohaerens, quod Canopicum nominatur, Asiam cum Aegypto et Libyam disterminat. Ob cuius itaque Niloei fluminis inundationem Aegyptii excelsos aggeres circa ripas eius construunt, qui, si custodum neglegentia uel nimia aquarum eruptione

1 turrae *Y* alaxandrie uel mare *Br* 2 possitione *Br* 3 procul[du]bio *corr. 2. m. Br* facit] fuit *Br* 4 stran//gulatur *Z* longe *Br* 5 tramitis *corr. ex* transmitis *Z* *ante* occasu *l.* h *erasa est Z* orientem *Y* protenditur *ZBr* 6 quam etiam *Br* arculfi *rasura corr. ex* arculfus *Br* qui *corr. ex* quam *Br* 7 in mense *Y* octembri *Z* 9 uenire *Br* 11 oram *corr. 2. m. ex* orum *Br* conpositorum ambitur *Y* ambitu comp. *Br* 13 alexandriam *Br* ab propinquo latere *Br* 15 orientale *Y* 16 ecclesiae loco *Y* memoriae *Z* marmoreis, *littera* s *2. m. addita Br* *reliqua pars huius capituli deest Br, locus de crocodilis in fine tertii libri positus est* 19 No] nomen *Y* non *corr. ex* nomen *Z* supra *corr. ex* super *Z* 20 descriptum est *om. Y* hostium, *sed littera* h *erasa Z* 21 canopecon *Z* canope cognominatur *Y* 22 libia *Y* libiam *Z* nili *Br* 23 aegyptiui *Y* 24 custodie *Y*

rupti fuerint, subiacentes campos nequaquam rigant, sed obprimunt et populantur. Ob quam causam plurimi, qui plana Aegypti incolunt, ut sanctus refert Arculfus, qui eundem fluuium in Aegypto means saepe transmeauit, in domibus transuersis tabulis suffultis aquas supra inhabitant.

Corcodrilli, ut Arculfus refert, in Nilo fluuio aquaticae conmorantur quadrupedes bestiae non grandes, ualde edaces et in tantum ualidae, ut una etiam ex eis, si forte equum aut asinum uel bouem iuxta ripam fluminis herbas carpentem inuenire potuerit, subita inruptione emergens inuadat uel etiam animantis unum pedem mordens et sub aquas trahens penitus totum deuoret animal.

CAPITVLATIONES LIBRI TERTII.

I. De Constantinopolitana ciuitate.
II. De conditione eiusdem ciuitatis.
III. De illa ecclesia, in qua crux Domini habetur.
IIII. De Georgio martyre.
V. De imagine sanctae Mariae.
VI. De monte Vulcano.

LIBER TERTIVS.

I. DE CONSTANTINOPOLITANA CIVITATE.

Arculfus saepe memoratus ab Alexandria reuersus per aliquot dies in Creta hospitatus est insula et ab ea nauigans

5 supra inhabitant aquas *Y* 6 *nouum capitulum, quod inscribitur:* De corcodrilis *Y* corcodrili *Y* corchodrylli *Br* refert sacerdos *Br* aquatice, e *in* ę *corr. 2. m. Br* 7 ualle, *sed corr. 2. m. Br* 8 etiam una *Br* aequum *Z* åequum *corr. 2. m. Br* 9 poterit *Br* 10 et uel etiam *Z* et uelut etiam *Br* animantibus *Z* 11 trahens *om. Br* poenitus *Z* totum *om. Br* FINIT *Br* EXPLICIT LIBER SECVNDVS *Z*
13 TERTII LIBELLI CAPITVLATIONES *Y* INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI TERTII *Z* INCIPIT LIBER III *Br. In omnibus codicibus tituli cap. II et III commutati sunt. Unus librarius codicis Z errorem cognouit et signis ascriptis ordinem restituit* 18 uulgano *Y* g *in* c *corr. Z* 19 INCIPIT LIBER TERTIVS *ZBr* 20 I De Constantinopolitana ciuitate. II Et de illa ecclesia in qua crux domini habetur. III Seu de conditione eiusdem ciuitatis *Br* 21 ab *om. Br* aliquod *Br* 22 creta *corr. 2. m. ex* crepa *Br* est *om. ZBr*

Constantinopolim appetiuit, in qua per aliquot demoratus est menses. Quae procul dubio Romani est metropolis imperii, undique mari circumdata excepta aquilonali parte illius, quod mare LX milibus passuum a mari magno erumpens ad murum usque ciuitatis extenditur. A muro uero Constantinopoleos usque ad hostia Danubii fluminis LX milibus hoc idem protenditur mare. Haec itaque imperatoria ciuitas non paruo murorum ambitu per XII milia passuum circumcincta angulos iuxta situm maris habens per maritimam, ut Alexandria siue Carthago, constructos oram et ad Tyri similitudinem crebris insuper turribus communitos muros, domus intra ciuitatis moenia numerosas, ex quibus plurimae mirae magnitudinis lapideae instar Romae habitaculorum fabricatae consurgunt.

II. DE CONDITIONE EIVSDEM CIVITATIS.

De cuius conditione hanc traditionem ciues a maioribus promulgatam enarrant dicentes: Imperator Constantinus infinita hominum multitudine congregata et undique infinitis sumptibus paene nuditate omnium ciuitatum collectis urbem sui participem nominis in parte Asiae, hoc est in Cilicia, interiecto mari, quod in illis finibus inter Asiam et Europam disterminat, aedificare coepit. Quadam uero nocte, cum innumerabiles

1 qua *ex* quo *corr.* *Br* aliqđ *Br* 3 undique] unde *Z* uidelicet *Br* aqu[lo]inali *corr. 1. m. Z* quoque mare *Y* quam mare sexaginta milibus pass[v]um *corr. 2. m. Br* 4 ad murum *om. Y* 5 usque ciuitatem *YBr* constantinopoleo *Br* 6 danai *Y* dani *corr. 2. m. in* danai *Z* danu[b]uii *corr. 2. m. Br* XL *Br* 7 inpratoria ciuium *Br* paruo *ex* parua *corr. 2. m. Br* 8 milibus pass[u]um *corr. 2. m. Br* angulosos *Br* 9 alaxandria *Br* kartago *Br* cartago *YZ* 10 constructuosarum *Y* oram *om. Y* 11 comminutos *Z* comm[v]onitos *corr. 2. m. Br* domos *Z* intra cium *corr. 2. m. in* intra cuius *Br* 13 fabricatae *om. Y* 14 *titulus deest in codd.* 16 imp m̄r [perator] *corr. 1. m. Br* 17 infinit[i]us *corr. Br* 18 nuditate *l.* s *erasa Br* urbes *corr. eadem m. Z* 19 in asiae parte *Br* ç[i]on parte asiae *corr. Z* 20 quod *ex* quam *corr. 2. m. Br* inter *om. Z* 21 quodam, *sed corr. 2. m. Br* uero] uel *Br*

operariorum exercitus per inmensam castrorum latitudinem in papilionibus dormirent, omnia ferramentorum genera, quibus diuersorum operum artifices uti consueuerant, subito quomodo sunt sublata nescitur. De quorum subitanea et occulta sublatione cum primo mane ad ipsum imperatorem Constantinum plurimi operatores maestitia molestati querimonium detulissent, rex consequenter inquirit ab eis dicens: 'Si alias res de castris subtractas audistis?' 'Nullas, aiunt, exceptis omnibus operum ferramentis.' Tum deinde rex praecipit inquiens ad eos: 'Ite citius et circumeuntes ultra citra per maritimas regionum oras conterminarum lustrate. Et si in aliquo agrorum loco forte uestra reppereritis ferramenta, ibidem interim ea custodite et illa huc non reportetis, sed ad me aliquos ex uobis reuerti facite, ut pro certo scire possim de ferramentorum repertione.' Quibus auditis operarii obsequuntur sermonibus a rege dictis et exeuntes, sicuti fuerant iussi, lustratis hinc et inde ponto uicinis agrorum terminis, et ecce in parte Europae ultra mare ferramentorum congeriem repperiunt inter duo maria in uno congregatam loco. Quo reperto ad regem ex eis aliqui ueniunt remissi et inuenta nuntiant ferramenta in tali loco. Quo conperto rex continuo tubicines per castrorum circuitum tubis iubet canere et exercitum mouere castra dicens: 'Emigremus hinc ad aedificandam ciuitatem in loco nobis diuinitus designato.' Simulque praeparatis cum uniuerso exercitu

1 longitudinem *Br* 2 papillionimonibus, *sed expunx.* moni *Br* 3 consuerant *Z* 4 sunt *om. Br* subiectanea *Z* 5 plurimum *Z* 6 mistitia *Br* querimoniam, *sed corr. 1. m. Z* 8 inquiunt *Br* 9 praecepit *Y* dicens *Y* 10 circumeuntis, *sed corr. 2. m. Br* 11 loco *om. Z* 12 repperiatis *Y* repperietis *Z* repperieritis *Br* ea *om. Y ead. manu superscripsit Z* 15 obsequenter *Br* discriptis uel dictis *Br* 16 exeuntis, *sed corr. 2. m. Br* secuti quae fuerant iussi, *uoce* quae *suprascripta Z* 17 uicinius *Br* in eurupe parte *Br* 18 repperérunt *Z* resperint *corr. 2. m. in* reperunt *Br* 19 congregatum *YZBr, sed corr. in ZBr* quo *om. Br* aliqui *om. Z* 20 remisi *Br* 21 reperto *Z* circuitum castrorum *Y* 23 ciuium, *sed corr. 2. m. Br* nobis in loco *Z* 24 uniuers[o]is exer[ci]tu *corr. 2. m. Z*

nauibus ad locum repertorum transfretauit ferramentorum, quem uidelicet locum in tali eorum translatione cognouit sibi a deo praeparatum designari. In quo continuo ciuitatem condidit, quae conposito nomine ex proprio eius uocabulo et appellatiua ciuitatis graeca nominatione Constantinopolis uocitatur, ut conditoris uocamen in priore talis inhaereat conpositionis parte. Haec de situ et conditione illius regiae urbis discripta sufficiant.

III. DE ILLA ECCLESIA, IN QVA CRVX DOMINI HABETVR.

Ceterum de celeberrima eiusdem ciuitatis rotunda mirae magnitudinis lapidea ecclesia silere non debemus. Quae, ut sanctus refert Arculfus, qui eam non breui frequentauit tempore, ab imo fundamentorum in tribus consurgens parietibus triplex super illos altius sublimata rotundissima et nimis pulchra simplici consummatur culminata camara. Haec arcibus suffulta grandibus inter singulos supra memoratos parietes latum habet spatium uel ad inhabitandum uel etiam ad exorandum Dominum aptum et commodum. Interioris domus aquilonali in parte pergrande et ualde pulchrum monstratur armarium, in quo capsa habetur recondita lignea, quae similiter ligneo supercluditur operculo, in quo illud salutare habetur reconditum crucis lignum, in quo noster saluator pro salute humani generis suspensus passus est. Quae uidelicet praedicabilis capsa, ut sanctus refert Arculfus, in tribus continuis diebus post expletum annum super altare aureum cum tali pretioso eleuatur thesauro. Quod utique altarium in eadem

1 reportatorum *Y* reppertorum *Br* ferramentorum transfretauit *Br* 3 et ipse continuo *Br* ciuitatem *corr. 2. m. ex* ciuium *Br* 4 appellatione *Y* 5 grega (c *suprascr.*) *corr. 2. m. Br* nominatur *Y* 9 II *Y* *titulus deest in YZBr* 11 ut sanctus arculfus refert *Z* 14 supra *Y* 15 camera *Z* arcibus] arculfus *Br* 17 uel inhabitandum *omisso* ad *Y* 18 deum *Z* interioribus *Z* 20 recondita—habetur *l. 21 om. Br* 21 in *om. Z* 22 *ante* reconditum *rasura unius litterae in Br* humani salute *Br* 23 passus *om. Z* quem *Br* 25 aereum *Z* aureum altare *Br* 26 quod *ex* q *corr. 2. m. Br*

habetur rotunda ecclesia duos longitudinis habens cubitos et unum latitudinis. In ternis, inquam, tantummodo anniuersariis sibi succedentibus diebus dominica crux supra altare eleuata ponitur, hoc est in caena Domini, qua die imperator et exercitus militum ecclesiam intrantes et ad illud accedentes altare aperta illa sacrosancta capsella salutarem osculantur crucem. Primus ante omnes imperator orbis illam inclinato osculatur uultu, deinde iuxta condicionum uel aetatum ordinem unus post unum accedens honorabile osculatur patibulum. Proinde crastina die, hoc est sexta feria ante pascha, reginae, matronae et omnes populi mulieres supra obseruato memorato ordine accedunt cum omni ueneratione osculantes. Tertia die, hoc est sabbato paschali, episcopus et uniuersus post eum clerus cum timore et tremore et omni honorificentia accedunt ordinatim uictoriale osculantes lignum in sua positum capsa, finitisque sanctis et laetificis talibus sacrosanctae crucis osculationibus illa uenerabilis capsa supercluditur et ad suum cum tali honorifico thesauro reportatur armarium.

Sed et hoc non neglegenter intuendum, quod non duo, sed tria ibidem crucis habeantur breuia ligna, hoc est transuersum lignum et longum incisum et in duas aequas diuisum partes, e quibus tripertitis honorificabilibus lignis, quando illa aperitur capsa, miri odoris fragrantia ac si omnium florum inibi collectorum mirabili plena suauitate exoritur satians et laetificans omnes in propatulo intra illius ecclesiae parietes interiores

1 ecclesiam ad uos *Br* 2 *a uoce* inquam *denuo incipit P* 3 sibi *om.* Υ succidentibus *Br* super *Br* 6 aperte (a *supra* e) *corr. obscuriore atramento Z* 10 crastino *PBr* 11 ac mulieres Υ obseruato *om. Br* obseruato supra memorato Υ supra obseruatạ memoratạ (o *supra*) *corr. 2. m. Z* supra memorata accedunt ordine *Br* 12 osculantur *Z* 13 paschali sabbato *Br* uniuersi *Z* 14 cum omni Υ omnigena *Br* honorificancia *P* honorificantia *Br* ordinatim accedunt *Br* 15 uictorale Υ posita *Z* 17 supra cluditur *P* et ad suum *om. P* cum tale Υ 19 haec, *sed corr. 2. m. Z* 20 inter *ante* crucis *add. Br* cruces Υ breui *Br* haec est *Z* 21 diuisus, *sed corr. Z* 22 aequibus *Br* honorabilibus *Z* apperitur *Br* 23 flagrantia *sic codd.* 24 saciens *P* 25 propatibulo *Br*

positos, qui eodem temporis spatio intrantes stant; nam de nodis eorundem trinalium lignorum liquor quidam odorifer quasi in similitudinem olei expressus talem facit uniuersos intrantes ex diuersis gentibus adgregatos supra memoratam sentire suauissimi odoris fragrantiam. Cuius uidelicet liquoris si etiam paruula quaedam stillula supra aegrotantes inponatur, qualicumque languore uel morbo molestati plenam recuperant sanitatem. Sed de his ista sufficiant discripsisse.

IIII. DE GEORGIO MARTYRE.

Arculfus homo sanctus, qui nobis haec omnia de dominica cruce narrauit, quam ipse propriis conspexit oculis et osculatus est, aliam nobis de aliquo confessore Georgio nomine relationem contulit, quam in Constantinopoli urbe a quibusdam expertis didicit ciuibus, qui hoc modo narrare soliti eidem dicebant: In Diospoli ciuitate cuiusdam confessoris Georgii in quadam domu statuta marmorea in columna, contra quam alligatus persecutionis tempore flagellatus est, formula depicta est; qui tamen post flagellationem e uinculis absolutus multis uixit annis. Quadam uero die, cum quidam duricors et incredulus homuncio in equo sedens eandem intrasset domum, eandemque uidens marmoream columnam ab his, qui ibidem inerant, interrogat dicens: ‘Cuius est haec imago in marmorea

1 positos *om. YBr* qui] quasi *Br* 2 de no[d]bis *corr. 2. m. Z* ex nobis *Br*, ex *in rasura 2. m.* 3 quasi] qui *Y* olei similitudinem *Br* expsus *P* tale *Br* 5 flagrantiam *codd.* 6 stipula *Br* super *YZ* 7 plena recipientes recuperant *Br* recipiant *Y* 8 descripsisse *Br* scripsisse *Z om. Y* 9 *solum:* De georgio *P om. Z* confessore *Br* 10 quasi, *corr. 2. m. Br* 11 et *om. Z* 12 alio *PZ* quodam *Y* georgius *Y* geurgio *Br* 13 rationem *Z* *post* constantinop *scissura in P* quibus *Br* 14 dedicit, *sed corr. PZ* ciuibus] quibus *Y* quasi *Br* 15 dicebant *om. P* 16 *post* domu *denuo lacuna in P una scheda excisa* statua *Br* 17 formola *Br* 18 quasi *Br* post *om. Z* absolutus *om. Br* 19 quasidam *Br* duri cordis *Z* 20 homo *Y* homontio *Br* *post* sedens *uerba* eandem intrasset domum *2. m. superscripta sunt in Z* 21 que *om. Br* quasi ibidem *Br* 22 erant *Z* interrogauit *Y* cuius hoc imago *Br*

columna formata?' Quibus respondentibus et dicentibus: ,Georgii confessoris haec figura est, qui ad hanc uinculatus et mastigatus est columnam': quo audito ille stolidissimus homunculus ualde iratus contra insensibilem rem sancti confessoris formulam instigante diabolo lancea percussit. Quae uidelicet eiusdem aduersarii lancea quasi per globum niuis mollem mirum in modum facile penetrans lapideam illam perforauit columnam exteriore parte eius. Cuius ferrum interius haerens retentum est nec unquam quomodo retrahi potuit, hastile autem eius ad sancti confessoris conlisum marmoream imagunculam exterius confractum est. Illius quoque miselli homuncionis equus, in quo sedebat, eodem momento sub eo in pauimento domus cecidit mortuus, ipse autem simul misellus in terram cadens manus in illam marmoream misit columnam eiusque digiti quasi in polline uel luto intrantes in eadem inpressi inhaeserunt columna. Quod uidens miser, qui retrahere denos duarum digitos manuum ad se non poterat in marmorea sancti confessoris inhaerentes formula conligatos et insertos, nomen dei aeterni eiusdemque confessoris agens paenitudinem inuocat et, ut ab eodem absolueretur uinculo, inlacrimatus precatur. Quam eius lacrimosam paenitentiam misericors deus suscipiens, qui non uult peccatoris mortem, sed ut conuertatur et uiuat, non solum ab illo praesenti marmoreo uisibili absoluit uinculo, sed etiam a

21 Ezech. 18, 23

1 quibus quibus *Z priore deleto* qui respond̄ (*in fine lineae*) dicunt *Y* 2 quasi ad hanc uinculatus in astigatus columna *Br* qui ad hanc columnam uinculatus est (*omisso* et mastigatus) *Y* 3 homunculis *Br* homo *Y* 5 diabulo *ZBr* 6 aduersariis *Br* lancea aduersarii *Y* niuis] nimis *YBr* 7 penetras *Br* 8 ex interiore eius parte *Br* 9 quoquo *Br* quomodo nec unquam *Y* astile *Y* 10 conlissum confessoris *Br* imaginem *Y* 11 misselli omuncionis *Br* homuncini *corr. in* homuncii *Z* aequo sedebat *Br* in *om. Z* 13 missellus *Br* misellus simul *Z* maius *Br* 15 poline *YZBr* in eandem *Br* columnam *Br* 16 tunc uidens *Y* quam uidens *Br* qui] quod *Y* qui *ex* quae *corr. Z* quasi *Br* 18 deum *Br* que *om. ZBr* 19 agiens *Br* poenitudinem *Z* solueretur *Y* abseueretur *Br* 20 praecatur *Z* 21 qui] quasi *Br* 23 presentibus *Br* uinculos *Br*

peccatorum inuisibilibus alligamentis fide saluatum subueniens misericorditer liberauit.

Hinc itaque manifeste ostenditur, quantae et qualis fuerit honorificentiae apud Dominum Georgius suus inter tormenta confessor, cuius thoracidam in re natura inpenetrabili penetrabilem potentia fecit lanceamque aduersarii aeque naturaliter inpenetrabilem mirabiliter effecit penetrabilem digitosque eiusdem homunculi infirmos in eadem natura inpenetrabili re potenter penetrales fecit, quos in marmore uinculatos primule et ipse durus retrahere non potuit, sed eodem momento ualde perterritus et exinde mitigatus paenitens deo miserante retraxit. Mirum dictu, usque in hodiernum diem eadem bis quinorum eius uestigia digitulorum apparent usque ad radices in marmorea insertorum columna, in quorum loco sanctus Arculfus suos denos proprios inseruit digitos similiter ad radices usque intrantes. Eiusdem quoque homulli sanguis equi, cuius coxa in pauimento mortui cadentis in duas confracta est partes, nullo modo ablui aut deleri potuit, sed indelebilis in pauimento domus usque ad nostra permanet tempora idem equinus cruor.

Aliam quoque de eodem Georgio confessore certam relationem nobis sanctus Arculfus intimauit, quam ab expertis quibusdam satis idoneis narratoribus in supra memorata Con-

1 fidei *Y* 4 honorificantiae *Br* deum *Z* 5 confessor *om. Z* torace clam *Y* toraclicam *Z* toracletam *Br, cf. Du Cange, glossarium mediae et infimae latinitatis s. v.* in se *Y* inrenatura, *uirgula 2. m. adscripta separauit Z* 6 poenitentia *Z* potentiam lanceam *omisso* fecit *et* que *Br* foecit, *sed corr. Z* 7 efficit *YBr* penetralem *Z* 8 infirmes *ZBr, corr. Z* penetrabili rem *Br* 9 penetrabiles *Z* prime *Br* 10 rethrahere *Br* sed *in rasura Z* 11 preterritus *Br* 12 ho//diernam *Z* *a uoce* eadem *denuo incipit P* quasinorum *Br* 13 digitorum *P* digitolorum *YBr* 14 loca *Br* 16 homuli *P* humilli *Y* humili, *sed 2. m. in* homuli *corr. Z* 17 constructas *l.* s *expuncta P* 18 delere, *sed corr. Z* 19 ad *om. Br* aequinus *P* aequibus *Br* 21 alia *Z* aliam quoque relationem certam de *Y* deor georgio, *priore uoce deleta Z* 22 quam ex peritis *Br* 23 insuper memorata constantinopoli *Z*

stantinopolitana urbe indubitanter didicit, qui hoc modo de illo sancto confessore pronuntiare soliti erant dicentes: Quidam homunculus saecularis Diospolim ciuitatem in equo sedens ingressus eo in tempore, quo ad expeditionem faciendam multa populorum milia undique conueniebant collecta, illam accedens intrauit in domum, in qua supra memorata marmorea extat columna in se sancti confessoris Georgii habens depictam imaginem, ad quam quasi ad praesentem Georgium loqui coepit dicens: 'Me tibi, Georgio confessori, et meum commendo equum, et ut per orationum uirtutem tuarum ab uniuersis bellorum atque morborum aquarumque periculis liberati ambo ad hanc usque urbem post expeditionis tempus incolumes reuersi perueniamus, et si tibi ita deus misericors nostram reuersionem donauerit prosperam secundum optionem nostrae paruitatis, ego hunc meum, quem ualde amo, ippum tibi pro munere donandum offeram in conspectu tuae adsignaturus formulae.' Quis sermunculis ocius terminatis domum egressus inter exercitus multitudinem cum ceteris contubernalibus commeans idem homuncio in expeditionis comitatu emigrat, qui post multa et diuersa bellica pericula, inter quae misella plurimorum milia homunculorum constituta disperierant, ipse

1 dedicit, *sed corr. Z* qui] quasi *Br* 2 georgio confessore *Br* 3 homolulus *P* de diospolim *Br* 4 eo tempore *omisso* in *Br* ad *om. Y* 7 in se] in frem *Br* sancti *om. Z* 8 ad quam] atque *Br* 9 georgi *corr. ex* georgii *Br* confessore *P* -i *ex* -e *corr. Z* et mecum *P* 10 aequum *Br* per *om. Z* oratione (v *superscr.*) *P* orationem *Y* uirtutem, *sed corr. l.* m *erasa Z* uirtutum *Y* ad uniuersis *Br* 12 urbem *om. Br* post *in rasura; antea* propter *scriptum erat Z* incolomes *PYBr* 13 peruenimus (a *superscr.*) *corr. 2. m. Z* sit ibi, *sed corr. Z* 14 oblationem *ZBr* prosperam faciens obtionem *Y* 15 equum ipsum *PZ* ipsum *Y* ipsum *superscr. 1. m.* equum *Br* ippum *scripsi* 17 qui *Y* quibus *Z* sermunculis *corr. 2. m. ex* sermusculis *Br* terminatis ocius *Y* 18 cumtubernalibus *corr. 1. m. Br* 19 homo *Y* homuntio *Br* comeatu *Br* qui] quasi, *sed corr. Br* 20 diuersas, *sed corr. Br* bella periculosa *Y* belli pericula *Br* uel quae *Y* interq: (a *superscr.*) *corr. 2. m. Br* 21 hominum *Y*

in eodem suo sedens dilecto equo ab omnibus infestis casibus iuxta supra memoratam talem exemptus commendationem christicolae Georgio deo condonante ad Diospolim prospere reuertitur illamque domum, in qua eiusdem sancti confessoris habebatur imago, secum deferens aurum in equi pretium sui gaudenter intrat sanctumque Georgium ac si praesentem adloquitur dicens: ,Sancte confessor, deo aeterno grates refero, qui me per tuae celsitudinis firmitudinem orationis sospitem reduxit. Propterea hos tibi uiginti solidos auri adfero equi pretium mei, quem tibi primule commendatum mihi usque in hodiernum conseruasti diem.' Haec dicens supra discriptum auri pondus ante pedes sancti formulae confessoris deponit plus equum amans quam aurum et egressus foras ingeniculatione expleta tale iumentum supra sedens ad emigrandum instigat quidem, sed nullo modo moueri potuit. Quod ille homunculus uidens discendit de equo reuersusque domum intrat, alios decem adfert solidos inquiens: ,Sancte confessor, mansuetus quidem mihi equiti tutor in expeditione inter pericula fuisti, sed tamen, ut uideo, durus et auarus es in commercio equi.' Haec dicens X super XX solidos adiciens ad sanctum dicit confessorem: ,Et hos tibi addo solidos, ut mihi placabilis fias et meum ad ambulandum resoluas equum.' Hoc dicto egressus iterum ascendens equum ad meandum

1 aequo *Br* 2 exemtus *P* 3 christicola *Y* cristicole *Z* dospoim *corr. 1. m. Br* 5 habeatur ymago *P* habetur *Y* defferens, *sed corr. Z* praetium *corr. Z* 6 intrauit *corr. ex* intrant *Br* 7 scae *hic et l. 17 corr. 1. m. ZBr* gratias *Y* gratis *corr. in* gratias *Br* reffero *PZ, sed corr. Z* 8 qui *ex* quasi *corr. 1. m. Br* perpetuae *ZBr, corr. 1. m. Br* firmitudine *erasa l.* m *Z* 9 equasi, *sed corr. Br* 10 mei *om. Br* 11 diem conseruasti *Br* discriptum *in* descr. *corr. Z* 13 quam *corr. ex* quia *Z* ingenti locutione *Y* 14 supersedens *Y* 15 quod *corr. ex* quam *Br* 16 homo *Y* uidit *P* descendit *YZ* denscendit *corr. 1. m. Br* domus *Z* 17 soledos *corr. Br* 18 equique *Y* aequititii, *corr. in* aequitanti *2. m. Br* equiti tutor] equitator *Z* in in *priore expuncto Br* 19 perricula *corr. P* sed nunc *Z* 20 commertio *Br* X solidos super XX adiciens *Y* adiciens solidos (*corr. ex* soledos) *Br* 23 hoc dictu *P* haec dictu *corr. Z* regressus *P* aequum *corr. Br*

incitat, qui quasi infixus in eodem stabat loco nec etiam unum poterat mouere pedem. Quid plura? Post equum ascensum discensumque per quatuor singulas uices intrans domum decem secum solidos adferens et ad inmobilem reuersus equum iterum in domum regressus huc atque illuc currebat et tamdiu illius ippus nulla instigatione remoueri poterat, usquequo numerus solidorum LX adinpleretur congregatorum. Tum deinde supra commemoratum repetens sermonem de sancti confessoris mansueta humanitate et tuta in expeditione custodia et de eius quasi duritia uel etiam in commerciis auaritia commemorans, quae talia uerba, ut fertur, per quaternales singulas uices in domum reuersus repetebat, ad ultimum hoc modo sanctum adloquitur Georgium dicens: 'Sancte confessor, nunc tuam pro certo cognosco uoluntatem. Hoc itaque iuxta id, quod desideras, totum auri pondus, uidelicet LX solidos, tibi munus offero, ippum quoque meum, quem tibi prius promiseram post expeditionem condonandum, nunc tibi, licet inuisibilibus alligamentis uinculatum, condono, sed mox, ut credo, resoluendum per tuam in deo honorificentiam.' Hoc terminato sermone egressus domum eodem horae momento absolutum repperit ippum, quem

1 qui *om., sed 2. m. superscripsit Br* quasi quibus, *deleto* quibus *Br* 2 pedem poterat mouere pedem *deleto priore* pedem *Br* qui plura *Y* post] propter *Z* equi *Y* 3 descensum *Y* in domum *YBr* 4 secum X *Br* ad *om. Y* aequum *corr. 2. m. Br* 5 reuersus *Br* 6 ipsius *PYZ* equus *Br* ippus *scripsi* nulla *om. Y* signatione *corr. in margine 2. m. Br* numerum *corr. 1. m. P* 7 simul congregatorum *YBr* commemoratum supra *Z* 8 commemoratarum *Y* 9 humanitatis, *sed corr. Z* tota *corr. 2. m. Br* in *om. Br* 10 duritiam *corr. 2. m. Br* in *om. Br* commercis *Br, corr. Z* commemoransque *Br* 11 quae tali *corr. in* qui talia *Z* et per singulas uices in domum quaternales *Y* per] et post *Br* 13 giorgium *P* scae, *sed corr. ZBr* 14 id q *Br* 15 uidi LX *Y* offe//ro *litt.* r *erasa Z* 16 ipsum quoque meum equum *PZ et omisso* equum *Y* ippum *recte solum Br* promi//seram *una l.* s *erasa Z* commiseram prius *Br* post] propter *Z* 18 cr&o (d superscr.) *Br* 19 in *om. PZ* honorificantiam *PBr, corr. 2. m. Br* egrediens *Y* 20 reperiit *Br* ipsum *PYZ,* ippum *solummodo Br*

secum deducens in domum sancto donatum adsignauit confessori in conspectu imaginis ipsius indeque laetabundus Christum magnificans discessit.

Hinc manifeste colligitur, quod omne, quodcunque Domino consecratur, siue homo erit siue animal, iuxta id quod in Leuitico scriptum est libro, nullo modo redimi possit aut mutari. Nam si quis mutauerit, et quod mutatum est et pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino et non redimetur.

V. DE IMAGINE SANCTAE MARIAE.

Arculfus saepe memoratus et de sanctae Mariae matris Domini thoracida certam nobis relationem, quam in Constantinopolitana urbe ab expertis quibusdam testibus didicit, indubitanter enarrauit inquiens: In eadem metropolitana ciuitate imago beatae Mariae in breui tabula figurata lignea in pariete cuiusdam domus suspensa pendebat, de qua cum quidam stolidus et duricors homo percunctaretur, cuius esset propria, a quodam respondente didicit, quod esset sanctae Mariae semper uirginis figura faciei. Quod audiens ille Iudaeus incredulus diabolo instigante eandem de pariete ualde iratus tulit imaginem et ad uicinam cucurrit domum, ubi humana stercora per longarum foramina tabularum egesta supra sedentium uentribus degeri solent, ibidemque ob Christi ex Maria nati dehonorationem imaginem eius per foramen super humanum

6 Leuit. 27, 20

1 ducens *Z* 2 ymaginis *P* 4 collegitur *P corr. in* colligitur *ZBr* quia omne *Y* 5 id ꝗ *Br* 6 libro *om. Z* modo *om. Z* redemi *PZBr*, *corr. Z* 7 motari, motauerit, motatum *P* mutuari, mutuauerit *Br* motauerit, *sed corr. Z* pro quod *Br* 8 motatum *P* est *om. Z* remittetur *Y* 9 *titulus deest in YZ* 10 et *om. Y* mariae *om. Br* 11 domini *om. Br* toracicla *PYZ* tolaclita *Br* 12 urbe—metropolitana *om. Br* dedicit *P*, *corr. 2. m. Z* 13 in eodem *Z* 14 ymago *P* 15 cum quibusdam *Br* 16 duri cordis *Z* procunctaretur *corr. 1. m. Br* prię *P* proprie *Y* imago propriae *Br* 17 dedicit *corr. 2. m. Z* quod] quam *Br* esset *om. Br* 18 faciae *Z* incredulos *P* 19 diabulo *ZBr* ymaginem *P* (*sic semper*) imagionem, *sed corr. Z* 20 adq *l.* q *expuncta Br* 21 longorum *Br* tabularum foramina *Y* 23 dehonerationem, *sed corr. 1. m. Br*

stercus inferius iacens proiecit et ipse supersedens per idem foramen aluum purgans proprii stercus uentris super thoracidam beatae Mariae paulo ante inibi depositam dimittens stolidissime agens effudit et post turpissimam illam uentris purgationem ille infelicissimus discessit homo. Quid uero postea gessit aut quomodo uixit uel qualem uitae terminum habuit, inconpertum habetur. Igitur post illius discessum maligni alius de Christianorum plebe superuenit felix homo zelotypus dominicarum rerum; sciens, quod factum fuerat, imaginem sanctae Mariae requisiuit et inter humana stercora absconditam inueniens subleuauit et diligenter abstergens et lauans aquis emundauit mundissimis secumque in domo honorifice conlocatam habuit. Mirum dictu, ex eadem beatae Mariae imaginis tabula uerum ebulliens distillat semper oleum, quod Arculfus, ut referre solet, propriis conspexit oculis. Hoc mirabile oleum honorem protestatur Mariae matris domini Iesu, de quo pater ait: In oleo sancto meo liniui eum. Item psalmigraphus ad ipsum filium dei loquitur dicens: Unxit te deus deus tuus oleo laetitiae prae participibus tuis.

Haec itaque, quae superius, de Constantinopoleos situ et conditione nec non et de illa rotunda ecclesia, in qua salutare lignum reconditum habetur, et cetera ab ore sancti sacerdotis Arculfi intente didicimus, qui in eadem primaria Romani imperii ciuitate a paschali solemnitate usque ad dominicum

17 Psalm. 88, 21 18 Psalm. 44, 8

2 album, *sed corr. PZ* toraciclam *P* torciclam *Y* toracidam *Z* toraclicam *Br* 4 *et* 7 post *corr. ex* propter *Z* uentris] uenit, *sed corr. 2. m. Br* 6 postea *corr. ex* propterea *Z* uel quomodo uixit uel quale aut terminum *Br* 8 maligni alius] magnilius *Br* 9 zelotipus *codd.* 10 in imagine *Z* 11 abstergens et *om. Z* 12 domu *YBr* 13 dictū *Br* 14 oleum ꝗ *Br* 16 horem *P* domini nostri iesu christi *YBr* 17 ait per prophetam *Y* linui *corr. 1. m. Br* 18 uncxit *Y* deus tus ł r Ł *Br* 20 hoc *Br* quae *om. Z* constantinopoleo *P* 21 salutar&ụụ̄ *expunx.* uū *Br* 23 inte, *sed corr. 1. m., ut uidetur Br* dedicimus, *sed corr. Z* quasi *corr. 2. m. Br* permaximaria, *corr. 1. m. Br* impii *corr. 2. m. Br* 24 a paschali solemnitate *om. P* pascali *Z* sollemnitate *ZBr*

permansit natalicium, postea exinde Romam appetens enauigauit.

VI. DE MONTE VVLCANO, QVI SEMPER INTONAT.

Quaedam insula in mari magno habetur ad orientalem plagam XII milibus a Sicilia distans, in qua Vulcanus mons quasi tonitruum totis diebus et noctibus in tantum intonat, ut Siciliae terra longius positae terrifico tremore submoueri putetur; sed maius sexta feria et sabbato intonare uidetur. Qui omni tempore noctibus flammare monstratur, diebus uero fumare. Haec mihi Arculfus scribenti de eodem dictauit monte, qui propriis illum oculorum aspexit obtutibus noctu ignitosum, die uero fumosum; eius quoque tonitrualem sonitum propriis aurium audiuit auditibus in Sicilia per aliquot hospitatus dies.

Obsecro itaque eos, quicumque hos breues legerint libellos, ut pro eodem sancto sacerdote Arculfo diuinam precentur clementiam, qui haec de sanctis experimenta locis eorum frequentator libentissime nobis dictauit, quae et ego, quamlibet inter laboriosas et prope insustentabiles tota die undique conglobatas ecclesiasticae sollicitudinis occupationes consti-

1 nauigauit *Y post haec uerba nulla interpunctione interposita pergitur in Z*: de monte uulcano qui semper intonat 3 uulgano *P* qui semper intonat *om. Br* 5 silicia *Br* uulganus *PYBr, corr. 2. m. Br* 6 ut—putetur *hoc loco om. Br, transposuit post:* sed maius VI feria et sabbato, *quae uerba post* putetur *repetuntur* 7 terra *ex* terrę *corr. P* terrę *Y* positę *corr. 2. m. Br* 8 magis *Z* tonare *Y* 9 quasi *Br* 10 hoc *Br* scribendi *Y* eodem *corr. ex* eo *Z* montē quasi *corr. 2. m. Br* 11 nocte *in textu*, noctu *1. m. in margine P* ignotosum *Br* 12 diae *Br* 13 aliqđ *Br* hospitatus est *Z. In cod. Br sequitur capitulum supra omissum de corchodryllis, quo finito extat* FINIT. *Verba:* Obsecro—neglegat *hic desunt, cum iam post capitulationes scripta sint hoc titulo praemisso:* INCIPIT PROLOGVS. 15 hos *om. P* breuiter *Br* 18 quaslibet *Br* q//ālibet *Z* 19 laboriosos, *sed corr. 2. m. Br* 20 sollicitudines *P* constitutas, *sed corr. 2. m. Z*

tutus, uili quamuis sermone, discribens declaraui. Horum ergo lectorem ammoneo experimentorum, ut pro me misello peccatore eorundem craxatore Christum iudicem saeculorum exorare non neglegat.

1 describens *Br* discripsi *omisso* declaraui *Y* 2 lectorum, *sed corr. 2. m. ZBr* mi//selo *una l.* s *erasa Z* 3 caraxatore *Z* LIBER TERTIVS HIC TERMINATVR *P* FINIT *Y* EXPLICIT LIBER TERTIVS *Z* Finit prologus *Br*

BAEDAE

LIBER DE LOCIS SANCTIS.

M = cod. Monacensis 6389 saec. IX.
P = cod. Parisinus 2321 saec. X.
V = cod. Vindobonensis 580 saec. XI.
A = cod. Ambrosianus M. 79 sup. saec. XII.

Descripsi breuiter finesque situsque locorum,
Pagina sacra magis quae memoranda refert,
Baeda sequens ueterum monumenta, simulque nouorum
Carta magistrorum quae sonat inspiciens.
Da Iesu, ut patriam semper tendamus ad illam,
Quam beat aeternum uisio summa tui.

INCIPIVNT CAPITVLA.

I. De situ Hierusalem.
II. De locis in ea sanctis.
III. De Acheldemach et loco, quo suspensus est Iudas.
IIII. De sudario capitis Domini et alio maiore linteo a sancta Maria confecto.
V. De locis circa Hierusalem et ecclesia in ualle Iosaphat.
VI. De monte Oliueti et locis sanctis in eo.
VII. De situ Bethleem et locis ibidem sanctis.
VIII. De situ Chebron et monumentis patrum.
VIIII. De Hiericho et locis eiusdem.

Incipit Libellus Baede Prespiteri de locis sanctis, quem de opusculis maiorum abbreuiando composuit *M* *titulus deest PV* BEDÆ (*2. m. nigro colore*). Incipiunt capitula de locis sanctis (*1. m. rubro colore*) *A* *In codice Parisino fol.* 135^{b} *hi uersus exstant:* Pagina sacra magis *etc.*, *ita tamen, ut singuli uersus singulas lineas occupent, sed non expleant. In spatio uacuo linearum uersus primus supra omissus adscriptus est, uersus 3 et 5 repetuntur* *uersus desunt A* 3 Beda *PV* ueterem *P* monimenta *P* 4 charta *M* sonet *V* 7 incipiunt capͥ *P* incipiunt capitula *V om. M* incipiunt capitula de locis sc̄is *A* 8 desitus *P* ierusalem *PV* ih̄rlm *A* 10 acheldema *AM* achel de mach *P* in quo *M* 15 *caput VII et VIII in unum contrahuntur:* De situ b&leaem et monumentis patrum, *quamobrem numeri sequentium capitum a ceteris codicibus abhorrent et XVIII tantum capita numerantur M* bethlehem *semper PV* 17 ierieho *PV*

X. De Iordane et mare Galileae.
XI. De natura maris mortui.
XII. De loco, quo Dominus baptizatus est.
XIII. De locustis et melle siluestri et fonte Iohannis.
XIIII. De fonte Iacob iuxta Sichem.
XV. De Tiberiade et Capharnaum et Nazareth et de locis ibidem sanctis.
XVI. De monte Thabor.
XVII. De situ Damasci.
XVIII. De situ Alexandriae et Nilo.
XVIIII. De Constantinopoli et basilica in ea, quae crucem Domini continet.

I. DE SITV HIERVSALEM.

Situs urbis Hierusalem paene in orbem circumactus non paruo murorum ambitu adsurgit, quo etiam montem Sion quondam uicinum intra se recipit, qui a meridie positus pro arce urbi supereminet. Et maior pars ciuitatis infra montem iacet in planitie humilioris collis sita. Post passionem quippe Domini a Tito imperatore destructa, sed ab Helio Adriano Caesare, a quo etiam nunc Helia uocatur, instaurata multoque amplior effecta est. Unde est, quod, cum Dominus extra portas urbis passus sepultusque sit, modo loca passionis et resurrectionis illius intra eiusdem moenia cernuntur. Cuius in magno

13 Eucher. p. 125, 11 19 Eucher. p. 125, 7 23 Adamn. p. 224, 6

3 in quod *M* 4 lucustis *M* mel *AM* de fonte *PV* 5 sychem *V* 6 tyberiade *A* tyberiate *V* nazaret *A* de *ante* locis *om. AV* 7 ibidem *om. A* sanctis *om. V* 8 tabor *PV* 10 nylo *V* 11 constantinopolim *V* 12 Expliċ capitula. Incipit ipse libellus de locis scs feliciter *M* Expliciunt capit. Incipit liber de locis sanctis *PV* Expliciunt cap. Item ipse liber *A* 13 Hierłm *M* ierłm *A* ierusalem *PV* 14 *in margine rubris litteris*: Eucherio *A* 15 morum *A* in montem *M* syon *PV* 16 recepit *M* 17 arce] parte *P* urbis *AM* urbiș. Et maior *V in margine* eucher *M* 18 planicie *AM* planitię *P* collis *om. M* quippe] itaque *PV* 20 caesare *om. M* 23 cernantur *A*

murorum ambitu LXXXIIII turres, portae uero sex uisuntur: Prima porta Dauid ad occidentem montis Sion, secunda porta uillae fullonis, tertia porta sancti Stephani, quarta porta Beniamin, quinta portula, id est paruula porta (ab hac per gradus ad uallem Iosaphat descenditur), sexta porta Thecuitis. Celebriores tamen ex his sunt tres exitus portarum, unus quidem ab occasu, alius a septemtrione, tertius ab oriente. A meridie autem aquilonale montis Sion supercilium supereminet ciuitati et ea pars murorum cum interpositis turribus nullas habere portas comprobatur, id est a supra scripta Dauid porta, usque ad eam eiusdem montis Sion frontem, quae praerupta rupe orientalem respicit plagam. Situs quippe ipsius urbis a supercilio aquilonali montis Sion incipiens ita est molli cliuo dispositus usque ad humiliora aquilonalium orientaliumque loca murorum, ut pluuia ibidem decidens nequaquam stet, sed instar fluuiorum per orientales defluens portas cunctis secum platearum sordibus raptis in ualle Iosaphat torrentem Cedron augeat.

II. DE LOCIS IN EA SANCTIS.

Ingressis ergo a septemtrionali parte urbem primum de locis sanctis pro conditione platearum diuertendum est ad ecclesiam Constantinianam, quae Martyrium appellatur. Hanc Constantinus imperator, eo quod ibi crux Domini ab Helena matre reperta sit, magnifico et regio cultu construxit. Dehinc

6 Eucher. p. 126, 5   20 Eucher. p. 126, 6   22 *cf. etiam* Adamn. *p.* 234, 1

1 uisuntur] insunt *A*   2 syon *sic semper PV*   porta. dd uillę fulonis *P*   4 portula] porta *M*   5 iosaphath *A*   thecuites *M* tecuitis *PV*   6 exitus uiarum portarum, *sed* uiarum *eadem manu deleto V*   7 tercius *A*   8 aquilonali *A*   9 ea pars] capars *P*   10 scripta] dicta *PV* *cf. Adamn. p. 224, 19*   13 aquilonali *in rasura positum V*   aquilonalis *M*   14 cliuo] diuo *P*   15 loca *om. PV*   16 pluuiorum *A*   19 eucherio *P* EVCHERIO *V* euch *A in margine*   21 sanctis *om. A*   22 ęcclesiam *AP*   martyrum *A*   24 *a uocabulo* Dehinc *noua periodus incipit PV in margine* ARCVLES *P* ARCVLFS *V*

ab occasu Golgothana uidetur ecclesia, in qua etiam rupis apparet illa, quae quondam ipsam adfixo Domini corpore crucem pertulit, argenteam modo pergrandem sustinens crucem, pendente magna desuper aerea rota cum lampadibus. Infra ipsum uero locum dominicae crucis excisa in petra crypta est, in qua super altare pro defunctis honoratis sacrificium solet offerri, positis interim in platea corporibus. Huius quoque ad occasum ecclesiae Anastasis, hoc est resurrectionis dominicae, rotunda ecclesia tribus cincta parietibus duodecim columnis sustentatur, inter parietes singulos latum habens spatium uiae, quae tria altaria in tribus locis parietis medii continet, hoc est australi, aquilonali et occidentali. Haec bis quaternas portas, id est introitus, per tres e regione parietes habet, e quibus quattuor ad uulturnum et quattuor ad eurum spectant. Huius in medio monumentum Domini rotundum petra excisum est, cuius culmen intrinsecus stans homo manu contingere potest, ab oriente habens introitum, cui lapis ille magnus adpositus est, quod intrinsecus ferramentorum uestigia usque in praesens ostendit. Nam extrinsecus usque ad culminis summitatem totum marmore tectum est; summum uero culmen auro ornatum auream magnam gestat crucem. In huius ergo monumenti aquilonali parte sepulchrum Domini in eadem petra excisum longitudinis VII pedum, trium mensura palmorum pauimento altius eminet, introitum habens a latere meridiano, ubi die noctuque XII lampades ardent, quattuor intra sepulchrum, octo supra in margine dextro. Lapis, qui ad hostium monumenti positus erat, nunc fissus est, cuius pars minor quadratum altare ante hostium nihilominus eiusdem monumenti

7 Adamn. p. 227, 16

2 afixo *A* 3 sustenens////crucē *erasum uidetur* ns *P* 4 desuper magna *P* ipsius *A* 5 cripta *AMV* scripta *P* 6 sacrifitia solent *A* 8 ḣcasū *P* ecclesiae *om. A* inastasis *P* 9 rotundā *M* 12 id est *A* 14 et quattuor ad uulturnum (*sed erasum*) et quattuor ad eurum *M* 15 in *om. P* medium *A* 18 feramentorum *P* 20 tectum] tactum *M* 22 tumuli *A* aquilonea *A* parte] porte *M* 23 palmarum *A* 25 inter *M* 26 ostium *A* 28 nichilominus *A* nihil ominus *M* nichil hóminus *P*

stat, maior uero in orientali eiusdem ecclesiae loco quadrangulum aliud altare sub linteaminibus extat. Color autem eiusdem monumenti et sepulchri albo et rubicundo permixtus uidetur. A dextera autem parte huic ecclesiae cohaeret beatae dei genetricis ecclesia quadrangula. In platea, quae Martyrium et Golgotha continuat, exedra est, in qua calix Domini scriniolo reconditus per operculi foramen tangi solet et osculari; qui argenteus calix duas hinc et inde habens ansulas sextarii Gallici mensuram capit, in quo est et illa spongia dominici potus ministra. In loco autem illo, quo Abraham altare ad immolandum filium construxit, mensa est lignea non parua, in qua pauperum elemosinae solent a populo deferri. Sed singula, quae dixi, ut manifestius agnosceres, etiam prae oculis depingere curaui.

Figura ecclesiarum.

Lancea militis inserta habetur in cruce lignea in porticu Martyrii, cuius hastile in duas intercisum partes a tota ueneratur ciuitate.

Haec quidem omnia, quae commemorauimus, sancta loca extra montem Sion posita cernuntur, quo se ad aquilonem

4 Adamn. p. 233, 2 5 Adamn. p. 234, 20 10 Adamn. p. 234, 6 16 Adamn. p. 235, 11 19 Eucher. p. 126, 15

3 *post* monumenti *rasura trium litterarum P* 4 ad dexteram autem partem *PV* ad dextera autem parte *A* a dextera autem parte *M et Adamn.* 5 martirium *P* martirum *A* 6 in *om. P* scriniola *M* 8 argentea *omisso* calix *A* habe^{n}as ansulas *A* ansulas habens *PV* habens ansulas *M* 9 ca=lici *P* 10 *post* ministra *in codice M nouem lineae uacant. Sequitur continuo u. 16—20:* Lancea militis—extra montem, *deinceps u. 10—14:* In loco autem illo—depingere curaui. Sion posita cernuntur *(u. 20) et q. s., uerbis, quae sunt:* In loco—curaui *male inter* extra montem *et* Sion posita cernuntur *interpositis* in quo *A* habra hā *P* 12 Sed singula—curaui *lineola rubra perducta deleuit A* 13 cognosceres *V* cognoscē *P* prae oculis de oculis pingere, *sed altero* oculis *eraso M* *in margine* Euch *A* *figura deest AM, codices PV similem figuram exhibent atque Arculfus* 17 astile *A* 19 *in margine* EVCHERIVS *PV* 20 si ñ *M*

deficiens loci tumor porrexit. In inferiore uero parte urbis, ubi templum in uicinia muri ab oriente locatum ipsique urbi transitu peruio ponte mediante fuerat coniunctum, nunc ibi Saraceni quadratam domum subrectis tabulis et magnis trabibus super quasdam ruinarum reliquias uili opere construentes oratione frequentant, quae tria milia hominum capere uidetur. Paucae illic cisternae in usum aquarum ostenduntur.

In uicinia templi Bethsaida piscina gemino insignis lacu apparet, quorum alter hibernis plerumque impletur imbribus, alter rubris est discolor aquis. Ab ea fronte montis Sion, quae praerupta rupe orientalem plagam spectat, intra muros atque in radicibus collis fons Siloe prorumpit, qui alternante quidem aquarum accessu in meridiem fluit, id est non iugibus aquis, sed in certis horis diebusque ebullit et per terrarum concaua et antra saxi durissimi cum magno sonitu uenire consueuit. In suprema montis Sion planitie monachorum cellulae frequentes ecclesiam magnam circumdant illic, ut perhibent, ab apostolis fundatam, eo quod ibi spiritum sanctum acceperint ibique sancta Maria obierit, in qua etiam locus cenae Domini uenerabilis ostenditur. Sed et columna marmorea in medio stat ecclesiae, cui adhaerens Dominus flagellatus est. Huius ergo ecclesiae talis dicitur esse figura.

1 Adamn. p. 226, 16   7 Eucher. p. 126, 20   8 Eucher. p. 127, 3   10 Eucher. p. 127, 6   16 Eucher. p. 125, 17   20 Adamn. p. 243, 13

1 *in codice P fol. 137 lin. 4 desinit cum* defi; *quae hic desiderantur:* ciens loci tumor porrexit *supra in spatio uacuo lineae post uerba:* ueneratur ciuitate *ascripta sunt*   inferiori *V*   2 uicina *PV*, *cf. Adamn. p. 226, 17 PY*   *ante uerba* ab oriente *in margine exstat* ARCVLFVS *PV*   5 quosdam *A*   constituentes *PV*   7 *ante:* Paucae *in margine* EVCHERIVS *PV* euchēr *M*   ostendunt *A*   8 in uicinia////templi *PV* bethaida *A*   9 ybernis *PV*   11 expectat *M* spectant *A*   12 fons *om. A*   syloe *PV*   quidam *A*   15 antra] antea *P*   cum magno sonitu *om. PV*   16 supprema *APV* sup[a] *M*   planitiae *M*   18 acceperunt *A*   19 cena *A*   20 ostendatur *PV*   columpna *V*   stat *om. A*   21 est *add. 2. m. P*   ergo *om. M*

Figura ecclesiae.

Hic monstratur petra, super quam lapidatus est sanctus protomartyr Stephanus extra ciuitatem. In medio autem Hierusalem, ubi cruce Domini superposita mortuus reuixit, columna celsa stat, quae aestiuo solstitio umbram non facit. Unde putant ibi mediam esse terram et historice dictum: Deus autem, rex noster, ante saecula operatus est salutem in medio terrae. Qua ductus opinione et Victorinus Pictabionensis antistes ecclesiae de Golgotha scribens ita inchoat:

Est locus, ex omni medium quem credimus orbe;
Golgotha Iudaei patrio cognomine dicunt.

III. DE ACHELDEMACH ET LOCO, QVO SVSPENSVS EST IVDAS.

Portam Dauid egredientibus pons occurrit in austrum per uallem directus, ad cuius medietatem ab occasu Iudas se suspendisse narratur. Nam et ficus magna ibi ac uetustissima stat, iuxta quod Iuuencus ait:

Informem rapuit ficus de uertice mortem.

Porro Acheldemach ad australem plagam montis Sion peregrinos et ignobiles mortuos hodie quoque alios terra tegit, alios inhumatos putrefacit.

IIII. DE SVDARIO CAPITIS DOMINI ET DE ALIO MAIORE LINTEO A SANCTA MARIA CONFECTO.

Sudarium capitis Domini post resurrectionem eius mox christianissimus quidam Iudaeus furatus usque ad obitum

3 Adamn. p. 239, 10 6 Psalm. 73, 12 10 cf. Migne. Patrol. lat. V p. 294 13 Adamn. p. 242, 16 17 Iuuencus IV 631 18 Adamn. p. 243, 19 21 Adamn. p. 235, 17

2 *in margine* II *M* 3 autem *om. A* 4 superpositus *A* resurrexit *PV* reuixit *AM et Arculfus p. 239, 11. 15* 6 quidam putant *A* historiae *M* historicẹ *A* hystorice *PV* 8 uictorius *AMPV* 9 pictauensis *M* 12 acheldema *AM* achel de mach *P* est *om. M* 13 fons *AM cf. Adamn. p. 242, 18 BrZ* australem *A* 15 Nam ficus *P* ibi *om. PV* et uetustissima *A* au&ussima *M* 17 informe *A* montem *M, cf. Adamn. p. 243, 4 YBr* 18 acheldema *AM* acheldemach *P* 19 homines *ante* mortuos *expunxit M* quoque] quosque *A* tegit terra *A* 21 maiori *PV* 22 confecto] contextum *M cf. Adamn. p. 239, 2. 4* 23 resurrectione mei; *M*

diuitiis sibi affluentibus habuit. Qui moriturus interrogat filios, qui Domini sudarium, qui ceteras patris uelit accipere diuitias. Maior thesauros rerum, minor elegit sudarium, et mox illi decrescunt usque ad paupertatem, fratri autem cum fide crescunt et opes. Usque ad quintam ergo generationem fideles tenuere. Hinc ad impios perueniens diuitias tantum auxit ut Iudaeis, et hoc multo tempore, donec post longa litigia, quibus christiani Iudaei se Christi, infideles uero se patrum suorum adfirmabant heredes, Mauuias Sarracenorum rex, qui nostra aetate fuit, iudex postulatur. Qui accensa grandi pyra Christum iudicem precatur, qui hoc pro suorum salute super caput habere dignaretur. Missum ergo in igne sudarium ueloci raptu aufugiens euolat et in summo aere diutissime quasi ludendo uolucritans, ad ultimum cunctis utrimque intuentibus se leuiter in cuiusdam de christianis sinu deposuit. Quod mane mox totus populus summa ueneratione salutabat et osculabatur; habebat autem longitudinis octo pedes.

Aliud quoque aliquanto maius linteum in ecclesia ueneratur, quod fertur a sancta Maria contextum, XII apostolorum et ipsius Domini continens imagines, uno latere rubro et altero uiridi.

V. DE LOCIS CIRCA HIERVSALEM ET ECCLESIA IN VALLE IOSAPHAT.

Circa Hierosolimam aspera ac montuosa cernuntur loca. Hinc quoque septemtrionem uersus usque ad Arimathiam terra

18 Adamn. p. 239, 3 24 Adamn. p. 245, 7 Eucher. p. 127, 13

1 interrogauit *PV* filios suos *A* 2 quis *A* quis *A* patres, *sed corr. 1. m. V* 3 *post* maior *add.* uero *PV* sudarium elegit *A* illi priori *PV* illi thesauros eligenti *A* 4 decrescunt omnia *A* fratri autem iuniori *PV* 5 et *om. A* ergo] eius *PV* 6 tantam *PV* ut ^{iu}deis *corr. 1. m. P* 8 iudaei fideles *A* 9 affirmabant *PV* mauuius *A* mai uuas *M* mauuras *P* mauuyas *V* saracenorum *P* 10 pyrra *M* 11 capud *A* 12 raptum *A* 14 utrisque *PV* 15 sina *PV* 17 habet *A* 18 aliqua^{n}to *corr. 1. m. V* 19 XII^{ci} *PV* 22 hierusalem *M* ierusalem *APV* 24 circum hierosolimam *AM* ierosolimam *P* ieru^{o}solimam *V* aspera *om. A*

petrosa et aspera per interualla monstratur, ualles quoque spinosae usque ad Thamnicam regionem patentes. Ad Caesaream uero Palaestinae ab Helia quamuis aliqua repperiantur angusta et breuia aspera loca, praecipue tamen planities camporum interpositis oliuetis. Distant autem LXXV milibus passuum. Longitudo uero terrae repromissionis a Dan usque Bersabee tenditur spatio CLXV milium, ab Ioppe usque Bethleem XLVI milibus.

Iuxta murum templi uel Hierusalem ab oriente Gehennon occurrit, quae est uallis Iosaphat a septemtrionali plaga in austrum porrecta, per quam torrens Cedron, si quando pluuiarum aquam reccipit, decurrit. Haec uallis et parua campi planities inrigua et nemorosa plenaque deliciis locum in se quondam Baalim sacrum habuit. In hac turris est regis Iosaphat, sepulchrum eius continens, cuius ad dexteram de rupe montis Olitueti excisa et separata domus duo cauata habet sepulchra, hoc est Symeonis senis et Ioseph sanctae Mariae sponsi. In eadem ualle sanctae Mariae rotunda est ecclesia, lapideo tabulato discreta, cuius in superioribus quattuor altaria, in inferioribus unum habetur in orientali plaga, et ad eius dexteram monumentum uacuum, in quo sancta Maria aliquandiu pausasse dicitur, sed a quo uel quando sit ablata, nescitur. Hanc intrantes uident ad dexteram insertam parieti petram, in

5 Hieron. ep. ad Dardanum 7 Eucher. p. 129, 8. 18 9 Adamn. p. 246, 5 Eucher. p. 127, 9 Hieron. Onom. ed. Lagarde p. 128, 9 12 cf. Eucher. in Reg. IV c. 31 14 Adamn. p. 241, 6 18 Adamn. p. 241, 3 20 Adamn. p. 240, 12

1 et interualla *M* 2 tamnicam *M* thanicam *A* cesariam *A* 3 aliquā *V* re//periantur *littera* p *erasa P* 4 p̄cipuę *AP* planitiaes *M* caporum *P* 5 *in margine adscriptum est* IERONIMVS *V* hieronim' *A* 7 usque ad b&hleaem *M* bethlehem *PV* bethleem *A; sic etiam scribitur histor. eccl. gentis Anglorum V 16 in codice Cantabrigiensi Baedae fere aequali* 11 cedrom *P* 13 planitięs *M* irrigua *PV* plenaque] planeque *M* 14 baali *M* bahalim *P* 16 seperata *M* 17 hoc est] id̄ *A* simeonis *A* iosaph& scā *M* 21 aliquamdiu *A* 22 a quo] a quibus *A* 23 inserta in parieti *M*

qua Dominus nocte, qua tradebatur, orauit, uestigiis genuum quasi cera molli inpressis.

VI. DE MONTE OLIVETI ET LOCIS SANCTIS IN EO.

Mons oliuarum mille ab Hierusalem discretus passibus altitudine montis Sion par est, sed latitudine et longitudine praestat, exceptis uitibus et oliuis rarae ferax arboris, frumenti quoque et ordei fertilis; neque enim brucosa, sed herbosa et florida soli illius est qualitas. In cuius summo uertice, ubi Dominus ad caelos ascendit, ecclesia rotunda grandis ternas per circuitum cameratas habet porticus desuper tectas; interior namque domus propter dominici corporis meatum camerari et tegi non potuit; altare ad orientem habens angusto culmine protectum, in cuius medio ultima Domini uestigia caelo desuper patente, ubi ascendit, uisuntur. Quae cum cotidie a credentibus terra tollatur, nihilominus manet eandemque adhuc sui speciem ueluti inpressis signata uestigiis seruat. Haec circa aerea rota iacet usque ad ceruicem alta, ab occasu habens introitum, pendente desuper in trocleis magna lampade totaque die et nocte lucente. In occidentali eiusdem ecclesiae parte fenestrae octo totidemque e regione lampades in funibus pendentes usque Hierosolimam per uitrum fulgent, quarum lux corda intuentium cum quadam alacritate et conpunctione pauefacere dicitur. In die ascensionis dominicae per annos singulos missa peracta ualidi flaminis procella desursum uenire consueuit et omnes, qui in ecclesia adfuerint, terrae prosternere. Tot ibi

3 Adamn. p. 246 ss.

2 impreosis *P* 5 longitudine et latitudine *PV*, latitudine et longitudine *AM et Adamn. p. 246, 4* 6 rare *codd.* 7 ordȩi *M* ferulis *V* erbosa *A* 8 ubi dn̄s *corr. 2. m. ex* ubi om̄s *P* 9 caelo *M* 10 tectos *M* tectus *P* 12 altare] altera *M* 14 quotidie *PV* 15 nihilhominus *M* nichilominus *APV* eadēque *P* 16 impressis *PV* 17 iacet] uacet *M* ceruicem] uerticem *PV cf. Adamn. p. 247, 11 Z* 18 mag in trocleis magna, *sed* mag *del. 1. m. V* magra *P* tota *omisso* que *M* 20 in finibus peridentes *P* 21 ierusolimam *PV* hierosolimam *AM* 22 compunctione *PV* 23 dicitor *P* 24 fulminis *A* decursum *M* uenire *om. M*

nocte illa lucernae ardent, ut non inlustrari tantum, sed et ardere mons et supposita loca uideantur. Et huius quoque basilicae figuram prae oculis depingere placuit.

Figura basilicae.

Monumentum Lazari ecclesia ibidem extructa demonstrat et monasterium grande in campo quodam Bethaniae magna oliuarum silua circumdato. Est autem Bethania quindecim stadiis ab Hierusalem. Tertia quoque montis eiusdem ad australem Bethaniae partem ecclesia est, ubi Dominus ante passionem discipulis suis de die iudicii loquitur.

VII. DE SITV BETHLEEM ET LOCIS IBIDEM SANCTIS.

Bethleem sex milibus in austrum ab Hierusolima secreta in dorso sita est angusto ex omni parte uallibus circumdato, ab occidente in orientem mille passibus longa, humili sine turribus muro per extrema plani uerticis instructo; in cuius orientali angulo quasi quoddam naturale semiantrum est, cuius exterior pars natiuitatis dominicae fuisse dicitur locus, interior praesepe Domini nominatur. Haec spelunca tota interius pretioso marmore tecta supra ipsum locum, ubi Dominus natus specialius traditur, sanctae Mariae grandem gestat ecclesiam. Petra iuxta murum cauata primum dominici cor-

5 Adamn. p. 251, 4   11 Adamn. p. 255, 5 ss. Eucher. p. 127, 19

1 illa nocte *A*   illustrari *PV*   2 quoque *om. M*   *in codice P 6 lineae inferiores huius paginae* (138^{b}) *uacant. Figura ecclesiae sequitur in pagina insequente 139 P*   *spatium 5 linearum uacat, sed figura deest M*   5 Tumulus Lazari basilicam gestat et monasterium grande *et q. s. A*   demonstratur *M*   7 circumdatū *M* circundato *PV cf. Adamn. p. 251, 7* $\mathrm{XV}^{\mathrm{cim}}$ *A*   8 stadias *corr. 1. m. PV*   tercia *A* austrū *A*   9 partem *om. A*   10 iuditii *A*   11 b&hleaem *M* bethleem *A* bethlehem *PV semper*   12 be&hleahem *M littera initialis deest PV* hieru̎salem, *in margine* o̎solimi *M* hierosolima *A*   13 augusto *P* 14 longo *A*, *sed cf. Beda hist. eccl. V c. 16*   16 quodam *P*   17 pars *om. M*   Locus uero interior *A*   19 precioso *A*   20 natus ē *A* sancteq; *A*   grandē ẹccłam gestat ẹccłam, *sed priore* ẹccłam *2. m. deleto P*   21 mu////rum *A*

poris lauacrum de muro missum suscipiens hactenus seruat; quae si qua forte occasione uel industria fuerit exhausta, haec nihilominus continuo, dum respicis, sicut ante fuerat, plena redundat.

Ad aquilonem Bethleem in ualle contigua sepulchrum Dauid in medio ecclesiae humili lapide tegitur lampade superposita, ad austrum uero in ualle contigua in ecclesia sepulchrum sancti Hieronymi.

Porro ad orientem in turre Ader, id est gregis, mille passibus a ciuitate segregata ecclesia est trium pastorum dominicae natiuitatis consciorum monumenta continens. Haec relationem Arculfi Galliarum episcopi secutus dixerim; ceterum Ezras aperte scribit in Hierusalem esse Dauid sepultum.

Via regia, quae ab Helia Chebron ducit, ab oriente Bethleem, ab occidente sepulchrum Rachel habens titulo nominis eius usque hodie signatum.

VIII. DE SITV CHEBRON ET MONVMENTIS PATRVM.

Chebron autem in campi latitudine sita et ab Helia, [hoc est Ierusalem,] XXII milibus separata, uno ad orientem stadio speluncam duplicem in ualle habet, ubi sepulchra patriarcharum quadrato muro circumdantur, capitibus uersis ad aquilonem, et haec singula singulis tecta lapidibus instar basilicae dolatis, trium patriarcharum candidis, Adam obscurioris et uilioris

5 Adamn. p. 257, 15 9 Adamn. p. 258, 9 12 II. Esdra 3, 16 14 Adamn. p. 258, 20 17 Adamn. p. 259, 7 ss.

1 actenus *MPV* 2 exausta *M* 3 nichilominus *A* nichil hominus *P* 7 uallē *M* 8 hieronimi *AM* ieronimi *PV* 9 in turre *corr. ex* in terrę *A* 10 pastṙorum *corr. 2. m. P* 11 monimenta *A* relatione *PV* 12 arcuulfi *AM* 13 dauid esse sepulchrum (sepulcrum *V*) *PV* sepultum esse dauid *M* 14 quae *om. M* cebron *PV* 15 titulum *M* 16 designatum *PV* 17 ebron *P* cebron *V* patruum *A* 18 cebron *PV* hoc est Ierusalem *add. PV* 19 sepata *P* 20 in ualle] in se *PV* ubi] in qua *A* 21 circundantur *PV* 22 singuli stecta *M* tecta *om. A* lapidibus superposita *A* 23 obscuriori *MP* uiliori *P* et uilioris operis *om. A*

operis, qui haud longe ab illis ad borealem extremamque muri illius partem pausat. Trium quoque feminarum uiliores et minores memoriae cernuntur.

Mambre collis mille passibus a monumentis his ad boream, herbosus ualde et floridus, campestrem habens in uertice planitiem, in cuius aquilonali parte quercus Abrahae, duorum hominum altitudinis truncus, ecclesia circumdata est.

Egredientibus Chebron ad aquilonem in sinistra parte uiae occurrit mons pinosus paruus, tribus milibus passuum a Chebron, unde Hierosolimam pinea ligna feruntur in camelis; nam in omni Iudaea plaustra uel currus raro fiunt.

VIIII. DE HIERICHO ET LOCIS EIVSDEM.

Hiericho ab Helia orientem uersus XVIII milia pedes abest, qua tertio ad solum destructa sola domus Raab ob signum fidei remanet; eius enim adhuc parietes sine culmine durant; locus urbis segetes et uineta recipit. Inter hanc et Iordanem, quinque uel sex ab ea milibus separatum, grandia palmeta campulis interpositis et inhabitatoribus Cananaeis.

Duodecim lapides, quos Iosue de Iordane tolli praeceperat, in ecclesia Galgalis facta altrinsecus iuxta parietes eiusdem iacent, uix singuli nunc duobus uiris eleuabiles, quorum unus nescio quo casu fractus, sed ferro medicante reconiunctus est.

Est iuxta Hiericho fons uber ad potum, pinguis ad rigandum, qui quondam sterilis ad generandum, parum salubris ad potan-

4 Adamn. p. 261, 15 8 Adamn. p. 262, 21 12 Adamn. p. 263, 5 23 Heges. ed. Weber-Caesar p. 250, 3

1 haud] aut *A* ab illis *om. A* 2 muri *om. A* illius ualli partem pulsat *A* 4 mamre *PV* 5 cāpemstrē *littera* m *2. m. deleta P* 6 habrahę *PV* 7 ecclesia] edam *M* circundata *PV* 8 aquilonalem *PV* 10 cebron *PV* uñ aierosolimā *P* ierosolimam *V* 11 raro] rora *M* 12 iericho *sic semper PV* hiericho *AM* 13 in orientem *PV* XVIIII *M* decem et octo *A* milibus passuum *A* 14 qua] quę *A* ad solum usque *A* 16 durantur *A* uineta] iuncta *M* uincta *V* 18 cā cāmpulis *priore illo* cā *2. m. deleto P* chananeis *APV* 22 mediante *M* 23 potandum *A* inrigandum *A* 24 c̄dā *P* sterelis *AP* sterelis fuit *A*

dum, per Heliseum prophetam, dum uas salis in eum mitteret, sanatus est. Denique campus eum circumiacet LXX stadiorum in longitudinem, XX in latitudinem patens, in quo mirabilis hortorum gratia, uaria palmarum genera, praestantissimi apium fetus. Illic opobalsamum gignitur, quod ideo cum adiectione significamus, quia agricolae cortice tenus uirgulas acutis lapidibus incidunt eas, in quibus balsama generantur, ut per illas cauernas paulatim destillans humor se colligat lacrimis pulchre rorantibus; cauerna autem graeco nomine ope dicitur. Illic cyprum, illic myrobalanum nasci ferunt. Aqua ut cetera fontium, illic tamen praestantius, aestate frigida, hieme tepens, aer mollior, ut summa hieme lineis utantur exuuiis indumentorum. Urbs ipsa condita in campo, cui supereminet mons diffusior et nudus gignentium; aegrum enim et ieiunum solum et ideo desertum ab incolis. Hic a Scythopolis urbis terra usque ad regionem Sodomitanam et Asfaltios fines locus diffusus habetur. Aduersus huic mons supra Iordanem ab urbe Iuliade usque ad Zoaros Arabiae Petraeae conterminos extentus, ubi etiam mons est Ferreus nuncupatus. Inter hos duos montes campus iacet, quem ueteres latine Magnum appellauere, hebraice autem Aulon, cuius longitudo XXX et CCtorum stadiorum, latitudo CXX, exordium a uico Gennauari, finis usque ad Asfal-

2 Heges. p. 251, 3 7 Heges. p. 22, 43 12 Heges. p. 251, 35 13 Heges. p. 248, 25 14 Heges. p. 249, 28 17 Heges. p. 249, 29

1 quę per *A* uassallis *M* mitteret *om. M* 3 in longitudine *M* LXXta *A* in latitudinem *A* 4 ortorum *APV* 5 uetus *A* 6 quod *A* tenus] tenues *codd. et Hegesippus p. 251, 21, cod. C*, tenus *Heg. uulgo, cf. Fr. Vogel, de Hegesippo p. 45 adn. 1* 8 distillans *M* destillans *APV* pulchre] pulcher *AMPV* 9 cyprum illic *V* 10 fertur *M* feruntur *PV* ferunt *A et Heges. p. 251, 32* 11 hyeme *PV* 12 aer] uer *PV* exuuiis indumentorum *A et Heges.* indumentis *MPV* 13 supereminet] semper eminet *P* 14 agrum *M* 15 Hinc *A* sextopolis *M* 16 asfalcios *M* affaltios *P* locus *om. MPV* 17 iordanen *M* iordane in *Heges. p. 249, 29* 18 goaros *M* petrae *AMPV* cū terminus *A* .c. terminos *PV* 19 etiam] et *A* 20 hebraicae *M* 21 autem dicitur *A* 22 genuauari *codd.* genuabari *cod. Cassell. Heges. p. 249, 35* finis] situs *V* as faltiū *P*

tium lacum. Iordanis eum medium intersecat uiridantibus ripis fluminis alluuione, siquidem supra ripas eiusdem fructus arborum uberior est, alias longe exilior; arida sunt enim omnia praeter oras fluminis.

X. DE IORDANE ET MARE GALILAEAE.

Ipsius autem Iordanis exordium uulgo putatur in prouincia Foenice ad radices montis Libani, ubi Panium, id est Caesarea Philippi, sita est, unde et idem Panium, hoc est speleum, per quod sese adtollit Iordanis, a rege Agrippa decore admirabili extructum uenustatumque accipimus. Est autem in Traconitide terra fons rotae qualitatem exprimens, unde et Fialae nomen accepit, XV a Caesarea milibus passuum secretus, ita iugiter plenus aquarum [habundantia], ut neque superfluant neque umquam minuantur. In hunc Philippus tetrarches eiusdem regionis paleas misit, quas in Panio fluuius ebulliuit. Unde liquet in Fiala principium esse Iordanis, sed post subterraneos meatus in Panio coepisse fluentum, qui mox lacum ingressus paludes eius intersecat. Inde quoque cursus suos dirigens XV milia passuum sine ulla interfusione progreditur usque ad urbem, cui Iulias nomen. Postea lacum Genesar medio transit fluento, unde plurima circumuagatus Asfaltium, hoc est mare mortuum, ingressus laudabiles perdit aquas; est

5 Heges. p. 217, 12 Adamn. p. 268, 1 ss. 9 Heges. p. 218, 26 10 Heges. p. 218, 19 14 Heges. p. 217, 14 ss. 17 Heg. p. 218, 30 22 Adamn. p. 266, 18

3 arida enim sunt *A, sed cf. Heges. p. 249, 42* enim *om. V* 4 horas *A* oras *Heges. p. 249, 42* horam *M* oram *PV* 6 prouintia *M* prouinciȩ *A* 8 phylippi *P* id est spelium *A* 9 sese] esse *M* se[se] *corr. 2. m. P* attollit *APV* adtollit *M* 10 Et autem *P* ' inter conitide *M* intra conitide *P* 11 rotae] rorȩ *P* 12 ita ut iugiter *P* 13 *post* aquarum *add.* habundantia *P* abundantia *V deest AM et Heges. p. 218, 21* 14 tetrarcha *A* 15 in pamo *P* 16 in fialā *M* principius *P* terraneos *M* 17 in pamo *P* cȩpisse *AV* 20 nomen est *APV*; est *deest M et Heges. p. 218. 32* gennesar *A* 21 Inde *A* *post* circumuagatus *perperam add.* loca *Tobler* 22 id est *A* ingresus *M*

enim coloris albidi sicut lac et ob hoc in mari mortuo longo tramite discernitur. Est autem Genesar, id est mare Galilaeae, magnis siluis circumdatum, in longitudine habens CXL stadia, in latitudine XL. Aqua dulcis et ad potandum habilis, siquidem nec palustris uliginis crassum aliquid aut turbidum recipit, quia arenoso undique litore circumuenitur; sed et amoenis circumdatur oppidis, ab oriente Iuliade et Hippo, ab occidente Tiberiade aquis calidis salubri; genera quoque piscium gustu et specie quam in alio lacu praestantiora.

XI. DE NATVRA MARIS MORTVI.

Mare uero mortuum longitudine stadiis DLXXX usque ad Zoaros Arabiae, latitudine CL usque ad uicina Sodomorum protenditur; nam et de puteis quondam salis post Sodomae et Gomorrae et ciuitatum finitimarum combustionem inundasse certissimum est. Apparet uero procul de specula montis Oliueti cernentibus, quod fluctuum conlisione commotum salsissimum eicit sal, et hoc sole siccatum accipitur multis utique nationibus profuturum. Aliter uero in quodam Siculo monte sal fieri dicitur, ubi lapides de terra euulsi uerum salsissimum sal et cunctis usibus aptissimum praebeant, quod esse sal terrae dicitur. Mortuum autem appellatur mare, quod nihil recipiat generum uiuentium, neque pisces neque adsuetas aquis

2 Heges. p. 217, 1 Adamn. p. 269, 4 11 Adamn. p. 267, 16 Eucher. in IV Reg. c. 25 Heges. p. 253, 29 15 Adamn. p. 269, 19 16 Adamn. p. 266, 22 21 Heges. p. 252, 12

1 albi *PV*, albidi *AM et Adamn. p. 266, 19* longo tramite *om. PV, add. AM et Adamn. p. 266, 20* 3 circumdata *M* circundatum *PV* 4 aquae *AP* abilis *M* 5 crassatum *PV, sed cf. Adamn. p. 269, 8 Heges. p. 217, 5* 6 harenoso *M* et *om. PV* 7 circundatur *PV* hyppo *APV* hoccidente *P* 8 tyberiade *APV* genera] caenam *M* 9 et *om. P* specię *P* *post* presantiora (*sic*) *rasura 4 uel 5 litterarum P* 11 ad *om. A* 12 goaros *M* uicinia *APV* uicina *M et Heges. p. 253, 31 uulgo,* uiciniam *Cassell.* 13 protendit *PV* 15 est] es *P* 19 fieri dicitur] fit *A* 20 prebent *A* 21 nichil *APV*

aues, tauri camelique fluitent. Denique si Iordanis auctus imbribus pisces illuc influentes rapuerit, statim moriuntur et pinguibus aquis supernatant. Lucernam accensam ferunt supernatare sine ulla conuersione, extincto demergi lumine, et quauis demersum arte, quod uiuat, difficile haerere in profundo, omniaque uiuentia demersa, licet et uehementer inlisa, statim resilire.

Denique Vespasianum praecepisse natandi ignaros reuinctis manibus in profundum deici eosque omnes ilico supernatasse. Aqua ipsa sterilis et amara ceterisque aquis obscurior et quasi adustae praeferens similitudinem. Vagari super aquas bituminis glebas certum est atro liquore, quae scaphis adpropinquantes colligunt. Haerere sibi bitumen et nequaquam ferro praecidi fertur, sanguini tantum mulierum menstruo uel urinae cedere, utilis autem ad compagem nauium uel corporibus hominum medendis. Seruat adhuc regio speciem poenae; nascuntur enim poma pulcherrima, quae edendi cupiditatem spectantibus generent; si carpas, fatescunt ac resoluuntur in cinerem fumumque excitant, quasi adhuc ardeant. Sane in diebus aestatis inmodicus per spatia campi exaestuat uapor, unde et coalescente

8 Heges. p. 252, 15 10 Heges. p. 252, 12 et 21 11 Heges. p. 252, 24 16 Heges. p. 253, 42 19 Heges. p. 249, 39

1 fluitent] fluenti *PV* fluitant *M* iordanes *A* 2 rapit *A* 3 fertur *M* 4 dimergi *M* et quauis] quā uas *A* qua uas *M* quia uas *PV* et quauis *Heges. p. 252, 14* 5 dimersum *M* quod bibat *codd., sed cf. Heges. p. 252, 15* 6 omnia quae *M* 7 relisire *corr. 2. m. A* 8 nandi *M, sed cf. Heges. p. 252, 16* ignaras *M* gnaros *A* 9 omnes *om. M, sed cf. Heges. p. 252, 17* ilico *sic AMP et Heges. p. 252, 17* 10 sterelis *PV* et ceterisque *M* 12 appropinquantes *PV* 13 bitur men *M* 14 sanguine *codd.*, sanguini *Heges. p. 252, 26* tantum] tamen *M* uel] et *PV* urina *codd.*, urinae *Heges.* caedere *M* 15 Utilis *codd.* autem *om. M* compagiem *M* 16 medentes *M* ipsa regio *A* poenae] pomorum *A* enim] etiam *PV* 17 generant *M* 18 sicque ibidem carpas *A* 19 quasi adhuc] et quasi *A* modicus *PV, sed cf. Heges. p. 249, 40* 20 spacia *M*

uitio nimiae siccitatis atque humi arido corruptior aer miserandas incolis conficit aegritudines.

XII. DE LOCO, IN QVO DOMINVS BAPTIZATVS EST.

In loco ergo, in quo Dominus baptizatus est, crux lignea stat usque ad collum alta, quae aliquotiens aqua transcendente absconditur. A quo loco ripa ulterior, id est orientalis, in iactu fundae est, citerior uero ripa in supercilio monticuli grande monasterium gestat beati baptistae Iohannis ecclesia clarum, de quo per pontem arcubus suffultum solent descendere ad illam crucem et orare. In extrema fluminis parte quadrata ecclesia quattuor lapideis cancris superposita est, coctili creta desuper tecta, ubi Domini uestimenta, cum baptizaretur, seruata esse dicuntur. Hanc non homines intrare, sed undae cingere ac penetrare solent. Ab eo loco, quo de faucibus maris Galilaeae Iordanis exit, usque ubi mare mortuum intrat, VIII dierum iter.

XIII. DE LOCVSTIS ET MELLE SILVESTRI ET FONTE IOHANNIS.

Minimum genus locustarum fuisse, quo pastus est baptista Iohannes, usque hodie apparet; quae corpusculis in modum digiti manus exilibus et breuibus in herbis facile captae coctaeque in oleo pauperem praebent uictum. In eodem deserto sunt arbores, folia lata et rotunda lactei coloris et melliti saporis habentes, quae natura fragilia manibus confricantur et

3 Adamn. p. 265, 9 ss. 14 Adamn. p. 269, 16 17 Adamn. p. 272, 10

1 nimio *M* nimee, *sed corr. 1. m. V* 4 In loco ergo *om. M* in quo] quo *A* 5 ascendente *M* 6 in actu *M* in actu (i *superscr.*) *corr. 1. m. P* 7 funda *M* 9 de qua *A* 10 *post* extrema *addit* uero *A* 11 IIII (or *superscr.*) *P* coctili latere creta *P* coctili creta *superscripto* latere *V* 12 baptizare//tur *littera* n *erasa P* 13 undae] ibidem *A* ac] et *A* 15 exiit *A* usque quo *A* VIIII *A* 16 iter est *A* 17 lucustis *M* mel *AM et Adamn. p. 272, 12 Br* ioħ *A* iohanne *M* 18 lucustarum *M* 19 q usque *A* 20 preb'ibus *littera* 'u *in margine posita M* 21 pauperum *A* 23 natā *P* fragili *PV* c̄frigantur (c *superscr.*) *corr. 1. m. P* c̄ fricatur (n *superscr.*) *corr. 1. m. V*

eduntur. Hoc esse mel siluestre dicitur. Ibidem et fons sancti baptistae Iohannis ostenditur lucida aqua, lapideo protectus tecto, calce perlito.

XIIII. DE FONTE IACOB IVXTA SICHEM.

Prope ciuitatem Sichem, quae nunc Neapolis dicitur, ecclesia quadrifida est, hoc est in crucis modum facta, in cuius medio fons Iacob XL cubitis altus, a latere ipso usque ad summum digitorum extentus, de quo Dominus aquas a Samaritana muliere petere dignatus est.

XV. DE TIBERIADE ET CAPHARNAVM ET NAZARETH ET LOCIS IBIDEM SANCTIS.

Locus ille, in quo Dominus panes benedixit et pisces, citra mare Galilaeae ad aquilonem ciuitatis Tiberiadis, campus herbosus et planus nunquam ex illo tempore aratus, nulla suscipiens aedificia, fontem tantum, ex quo tunc illi biberunt, ostendens. Qui ergo ab Helia Capharnaum pergunt, per Tiberiadem iter habent, deinde secus mare Galilaeae et locum benedictionis panum, a quo non longe Capharnaum in finibus Zabulon et Neptalim, quae murum non habens angusto inter montem et stagnum situ per maritimam oram orientem uersus longo tramite protenditur, montem ab aquilone, lacum ab austro habens.

Nazareth muros non habet, sed magna aedificia duasque grandes ecclesias: una in medio ciuitatis supra duos fundata cancros, ubi quondam fuerat domus, in qua Dominus nutritus

1 Adamn. p. 272, 1 ss. 4 Adamn. p. 270, 5 10 Adamn. p. 273, 1 ss. 23 Adamn. p. 274, 4 ss.

1 hoc es semel siluestri *M* 2 iohannis baptistae *PV* baptistae *om. A* 3 perdito *M* 4 sychem *V* 5 ciuitate *A* Neapolis] nec apostolis *M* 6 id est *A* *figuram ecclesiae (crucis) exhibet P* 10 tyberiade *sic semper APV* nazaret *APV* de locis *A* 17 iter] uiam *A* 18 ciuitas *ante* Capharnaum *add. PV, deest Adamn. p. 273, 18* 20 super *M* horam *A* 23 murum *PV, sed cf. Adamn. p. 274, 6* 24 unā *A* 25 condam *2. m. superscriptum A*

est infans. Haec autem ecclesia duobus, ut dictum est, tumulis et interpositis arcubus suffulta habet inferius inter eosdem tumulos fontem lucidissimum, unde ciues omnes aquas in uasculis per trocleas in ecclesiam extrahunt. Altera uero est ecclesia, ubi domus erat, in qua angelus ad Mariam uenit.

XVI. DE MONTE THABOR.

Mons Thabor in medio Galilaeae campo in tribus milibus * Manasse (?) ad boream a mari Ceneret distat ex omni parte rotundus, herbosus ualde et floridus altitudinis XXX stadiorum. Vertex ipse campestris et multum amoenus, XX et trium stadiorum spatio dilatatur, ubi grande monasterium grandi quoque silua circumdatur, tres ecclesias habens, iuxta quod Petrus ait: Faciamus hic tria tabernacula. Locus muro cinctus magna gestans aedificia.

XVII. DE SITV DAMASCI.

Damascus in campo sita lato et amplo murorum ambitu et crebris munita turribus, quam magna quattuor flumina interfluunt. Ubi dum christiani sancti baptistae Iohannis ecclesiam frequentant, Saracenorum rex cum sua sibi gente aliam instituit atque sacrauit. Plurima extra muros in gyro oliueta. A Thabor Damascum septem dierum iter.

6 Adamn. p. 275, 4 ss. 13 Luc. 9, 33 15 Adamn. p. 276, 8 ss.

1 haec] quae *A* autem ecclesia—arcubus suffulta *om. A* 2 et *om. M* 3 tumulos] cancros *A* 4 $^{\text{ex}}$trahunt *corr. 1. m. V* 6 tabor *sic semper PV* 7 in tribu *omisso* milibus *A* 8 manasse *AM* mannasse *PV* eminens *coni. Tobler* manans se *codd. Vindob. 2432 s. XI, Cotton. et Lincoln; cf. quae apud Anton. Plac. c. 6 de hoc monte traduntur* a mari] maris *A* chenereth *PV* distat *om. A* 9 adfloridus *M* altitudine *M* 10 XX et III *M* XX$^{\text{ti}}$ et tribus stadiis *A* 11 spacio *M om. A* dilatatus *PV, sed cf. Adamn. p. 275, 12* iacet *A* 12 circundatus *P* circundatur *V* 14 gesta$^{\text{n}}$s *A* 16 latior *A* 17 quam] ubi *A* 19 frequentarent *P* instruit *M* 20 atque sacrauit *om. A* gyro *ex* egypto *corr. 1. m. P* olıueta sunt *A* *uerba* A Thabor—iter *in titulo rubro eraso sequentis capituli 1. manu scripta sunt A* 21 damasco *A* iter *om. PV*

XVIII. DE SITV ALEXANDRIAE ET NILO.

Alexandria ab occasu in ortum solis longa ab austro ostiis Nili cingitur, ab aquilone lacu Mareotico, cuius portus ceteris difficilior quasi ad formam humani corporis in capite ipso et statione capacior, in faucibus uero angustior, qua meatus maris ac nauium suscipit, quibus quaedam spirandi subsidia portui subministrantur. Vbi quis angustias atque ora portus euaserit, tamquam reliqua corporis forma, ita diffusio maris longe lateque extenditur. In eiusdem dextera portus parua insula habetur, in qua Farus, id est turris est maxima, nocturno tempore flammarum facibus ardens, ne decepti tenebris nautae in scopulos incidant et uestibuli limitem comprehendere nequeant, qui et ipse semper inquietus est fluctibus hinc inde conlidentibus. Portus uero placidus semper, amplitudinem habens XXX stadiorum. A parte Aegypti urbem intrantibus ad dexteram occurrit ecclesia, in qua beatus euangelista Marcus requiescit, cuius corpus in orientali parte eiusdem ecclesiae ante altare humatum est memoria superposita de quadrato marmore facta. Circa Nilum Aegyptii aggeres crebros propter inruptionem aquarum facere solent, qui si forte custodum incuria rupti fuerint, non irrigant, sed opprimunt terras subiacentes, et qui plana Aegypti incolunt super riuos aquarum sibi domos faciunt transuersis trabibus superponentes.

XVIIII. DE CONSTANTINOPOLI ET BASILICA IN EA, QVAE CRVCEM DOMINI CONTINET.

Constantinopolis undique praeter aquilonem mari cincta, quod a mari magno LX milibus passuum usque ad murum ciui-

1 Adamn. p. 278, 1 ss. Heges. p. 264, 1 ss. 24 Adamn. p. 284, 3 ss.

2 hortum *M* ostiis] otiis *M* 5 qua] quae *A* 7 atque *om. P* ora] hora *AM* 8 diffusio *in rasura V* 9 dextrā *P* 12 comprehenderen *V* 13 nequeant, eant *2. m. in rasura P* et *om. M* flucibus *P* 15 habens *om. PV* 16 deterā *P* 17 ori[en]tali *corr. 1. m. P* 19 ęgypti *A* egypti (egipti *V*) flumen *PV* 23 trauibus *P* 24 *titulus deest in cod. M, sed duae lineae uacuae relictae sunt M* 26 *littera initialis* C *inchoata relicta est M* mari cincta quod a *om. M*

tatis, et a muro ciuitatis usque ad ostia Danubii quadraginta milibus passuum extenditur, ambitu murorum iuxta situm maris anguloso XII milia passuum circumplectitur. Hanc primo Constantinus in Cilicia iuxta mare, quod Asiam Europamque disterminat, aedificare disposuit, sed quadam nocte ferramenta omnia ablata missis, qui requirerent, in parte Europae, ubi nunc est ipsa ciuitas, inuenta sunt. Ibi enim fieri Dei uoluntas intellecta est. In hac urbe basilica miri operis, quae sancta Sophia cognominatur, rotundo scemate et a fundamentis constructa et concamerata, tribus cincta parietibus et magnis sustentata columnis arcubusque sublimata est. Cuius interior domus in aquilonali sui parte grande et ualde pulchrum armarium habet, in quo capsa lignea ligneo quoque cooperculo tecta crucis dominicae tres particulas continet, longum uidelicet lignum in duas partes incisum et transuersum eiusdem sanctae crucis lignum. Haec tribus tantum per annum diebus, hoc est in cena Domini, in parasceue et in sabbato sancto populis adoranda profertur. Quarum prima capsa illa super altare aureum duos cubitos altitudinis et unum latitudinis habens cum cruce sancta patefacta conponitur. Accedensque primus imperator, deinde cunctus per ordinem laicorum gradus, sanctam crucem adorat et osculatur. Sequenti die imperatrix et omnes matronae uel uirgines idem faciunt, tertia nihilominus die episcopi et cuncti clericorum gradus idem faciunt, et sic capsa reclusa ad supra dictum armarium repor-

3 Adamn. p. 284, 16 ss. 8 Adamn. p. 286, 9 ss.

1 et a muro ciuitatis *om. M* ḥostia *M* danuuii *A* danubi *P* 3 mari *A* 4 primus *A* cilitia *A* 8 uoluntate *A* 9 nominatur, *sed 1. m. corr. V* 10 cūcamerata *M* 12 grande ualde sed pulchrum *PV*, *corr. 1. m. ex* sepulcrum *V* (sepul^d c^h rum) 13 ligneo quoque] auro cum *A* 16 *post* lignum *add.* unum uidetur *A* 17 hoc est] id est *A* 18 populo *PV* adorandum *A* 19 aureum] aurum *M* cubitos *M* 22 et osculatur *om. A* 23 imperatrissa *PV* iđ *A* tertia nihilominus die—idem faciunt *om. PV* 24 graduū idē *A* 25 sicapsa *M* dictam *A*

tatur. Quandiu autem super altare manet aperta, totam ecclesiam mirus odor perfundit. De nodis enim ligni sancti liquor odorifer oleo similis profluit, cuius si etiam modica particula contingat, omnem aegritudinem sanat.

Haec de locis sanctis, prout potui, fidem historiarum secutus exposui et maxime dictatus Arculfi, Galliarum episcopi, quos eruditissimus in scripturis presbyter Adamnanus lacinioso sermone describens tribus libellis conprehendit. Siquidem memoratus antistes desiderio locorum sanctorum patriam deserens terram repromissionis adiit, aliquot mensibus Hierosolimis demoratus est ueteranoque monacho nomine Petro duce pariter atque interprete usus cuncta in circuitu, quae desiderauerat, auida intentione lustrauit. Nec non Alexandriam, Damascum, Constantinopolim Siciliamque percucurrit. Sed cum patriam reuisere uellet, nauis, qua uehebatur, post multos anfractus uento contrario nostram, id est Britaniorum, insulam perlata est, tandemque ipse post nonnulla pericula ad praefatum uirum uenerabilem Adamnanum perueniens iter pariter suum et ea, quae uiderat, explicando pulcherrimae illum historiae docuit esse scriptorem. Ex qua nos aliqua decerpentes ueterumque litteris comparantes tibi legenda transmittimus, obsecrantes per

2 mirus *per rasuram ex* murus *P* odor perfundit. De nodis enim ligni sancti liquor *om. M* de +noū enim (+ *add. 2. m.*) *P* 3 odori feroleo similis *M* odorifer⁹ (*signo* ⁹ *2. m. addito*) *P* si *om. M* 5 de locis] delis *M* hystoriarum *AP* 6 dictatu *P* arcuulfi *AM sic etiam hist. eccles. V c. 15* quos *corr. 2. m. in* qui *P* 7 adopnamus *M* adominanus *P* laciniosa *A* lacioniosa *M* 8 libris *A* 9 antistis *P* antestis *V* 10 repromissionis] remissionis *P* 11 monahco *M* 14 constantinopolum *M* percurrit *PV* 15 anfra(n)ctus *corr. 1. m. P* anfranctus *V* 16 c̄crio nostras id est bri≈taniorum insulā *P* britaniorum *5 prioribus litteris in rasura positis V* brittaniorum *M* 17 praefatum] praesidium *V* 18 adomnanum *MV* ado/////mnanum *P* iter] inter *M* 19 uidera///t *P* hystorię *AP* 21 transmitimus *A*

omnia, ut praesentis saeculi laborem non otio lasciui torporis, sed lectionis orationisque studio tibi temperare satagas.

1 ocio *A* lasciui *om. PV* torpis *P* 2 orationumque *V* temperare satagas *2. manu pallidiore atramento additum est. Deinde duo folia excisa sunt M* Explicit *add. PV* *post* satagas *haec adduntur in codice A*: Orantem pro nobis beatitudinem tuam dominus omnipotens conseruare dignetur. Explicit de locis scis libellus Bede pbri feliciter. Incipit breuiarius Quomodo Hierosolima constructa est.

I. INDEX SCRIPTORVM.

a) Loci scripturae sacrae.

Testamentum uetus.

b) Scriptores alii.

II. INDEX NOMINVM ET RERVM.

INDEX VERBORVM ET LOCVTIONVM.

1. Ad Itinerarium Burdigalense.

2. Ad Siluiae peregrinationem.

3. Ad Petrum Diaconum.

4. Ad Eucherium.

5. Ad Theodosium.

6. Ad Breuiarium.

7. Ad Antoninum Placentinum.

8. Ad Adamnanum.

CORRIGENDA.

p. 3, 15 *not.* soctio *pro* socio.
p. 7, 2 *not.* uersu 6, 24 *pro* uersu 12.
p. 9, 7 *not.* 7 *add. ante* populis V.
p. 9, 23 Leutuoano *pro* Leutuano.
p. 10, 6 *not. add.* XVII V.
p. 14, 8 *not.* 8 *add. ante* mil VIIII V.
p. 15, 14 Malogordis *pro* Malagordis.
p. 24, 4 *et* 6 *not. auct.* IV Reg. *pro* II Reg.
p. 26, 13 *not.* 13 *add. ante* syracella.
p. 30, 7 *et* 9 *not.* 9 *pro* 7; 11 *pro* 9.
p. 126, 6 *interpungendum:* a septentrione. Ingressis a septentrionali parte urbem primum de locis *etc. cf. p. 303, 20.*
p. 165, 17 *not. auct.* Ps. 132, 3 *pro* Ps. 32, 3.
p. 226, 17 *comma post* fuerat *delendum post* locatum *ponendum est.*
p. 235, 2 altrinsecus *add. ante* continens.
p. 247, 17 apertum *pro* apertam.
p. 257, 22 sic *pro* si.
p. 265, 4 *uide praefatio p. XXXVIII.*
p. 280, 11 *ibidem.*
p. 294, 6 *not. auct.* Leuit. 27, 10 *pro* Leuit. 27, 20.
p. 346 *excidit:* domus Abrahae 65, 11. 21. 30.